


Ariſtotelis ad Nico-
MACHVM FILIVM DE MORIBVS,

quæ Ethica nominantur, Libri decem, Ioachimo Perionio Benedictino Cormœriaceno interprete.

Ad Reuerendum in Chriſto Patrem D. Franciſcum Boherum, Epiſcopum Macloūienſem.

COMMENTARII EIVSDEM IN EOSdem *libros, in quibus de conuertendis coniungendisque Græcis cum Latinis præcepta traduntur.*

Acceſsit Liber Ciceronis de Vniuerſitate, coniunctus cum ea parte Timæi Platonis cui reſpondet. Itemq; Arati Phænomena quæcunque extant à Cicerone conuerſa, vt in vtroque genere omnes optimum authorem habeant quem imitentur.

EDITIO SECVNDA.



PARISIIS,

Apud Ioannem Lodoicum Tiletanum, ex aduerſo Collegij Remenſis.

1545.

PRIVILEGE.

IL eſt permis a Simon de Colines, & Iehan Loys imprimeurs, & Libraires iurez de Luniuerſite de Paris, de faire imprimer & mettre en vente vng texte Dethicques auec les annotatiõs, nouuellemẽt traduiz, par Religieuſe perſonne frere Ioachim Periõ de lordre ſainct Benoiſt, & deffenſes a tous libraires & imprimeurs ne limprimer, ou vendre iuſques a quatre ans, ſur peine de confiſcation deſditz liures & damende arbitraire.

I I. Demeſmes.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI D. FRANCISCO BOHERO EPISCOPO Maclouiensi, Ioachimus Perionius Benedictinus Cormœriacenus S. P. D.

Æpenumero mirari soleo, Pontifex sapientissime, quid sit quod libri scripti à Græcis de iis rebus quæ Grāmaticorum & Rhetorum artibus continentur, à nostris hominibus qui nostra patrúmque memoria in laude Græcarum literarū excelluerunt, commodè conuersi adhuc sint: Philosophia, quæ vitæ dux, virtutis indagatrix, expultrix vitiorum, morúmque magistra & disciplina rectè appellata est à Cicerone, quáque nullum maius neque melius hominum generi dei concessu datū munus est, tam inculto, &, vt verè dicam, sordido sermone tractata sit, vt ferè neglecta sine vllo splēdore & lumine literarum Latinarum iacere videatur. Nā à Laurentio Valla Thucydidis ac Herodoti, à Pogio Florentino Diodori Siculi, à Politiano Herodiani historia sic expressa est Latinis literis, vt splendidam eorū illustrēq; animaduertamus orationem. At verò in libris Aristotelis, qui vnus ex omnibus consensu ferè bonorum omnium proximè ad institutum nostræ religionis accessit, ob eamque causam probatur omnibus, tanta repentè sententiarum ac rerum obscuritas nobis legētibus occurrit, tanta etiam verborum insolentia & ariditas, vt pueri vix primis literis eruditi aptius & loquantur & scribant. Quæ rerum obscuritas & confusio tanta, innumerabiles nō solùm à Philosophiæ studio abduxit semper, verum etiam inimicos ei reddidit. Ac mihi quidem huius rei causam diu multúmque requirēti non alia occurrit, quàm quòd videntur ij qui eloquentia valebant, cum à Philosophia ea, quam dixi, rerum obscuritate deterrerentur, in illis maluisse artibus, quantum interpretando possent experiri, in quibus quoniam peruulgatæ essent, amplior ornamentis orationis esset futurus locus. Illi autem qui etsi latinè scirent, tamen interpretari aliena sensa disertè non possent, cum totos se ad Philosophiæ studium contulissent, qui eò lucem quam habebant afferre non potuerunt, tenebras maximas attulisse. In quo neutrorū equidem contemnere consilium & factum possum, præsertim cum liberum sit eum studiorum cursum, quem quisque velit, tenere: in eoque excolendo, quantum

cuique videatur temporis consumere. Nisi forte illos reprehẽdendos putamus, quòd Philosophia deserta & neglecta, idem fecisse videntur, quod ij solent, qui terra, quæ bene culta fructus vberrimos ferat, relicta, mandare semen iis agris malunt, qui peræquè fructuosi esse non possunt; hos verò quòd similiter fecerunt, vt si qui agrum suapte natura fertilem non probis instrumentis colentes, spinosum redderent. Quid enim Philosophia vel vberius ad fructum, vel iucundius ad oblectationem, vel melius ad vitã, vel aptius ad dignitatem? Cæteræ verò artes quid habẽt simile? quæ huius administræ vt sunt, sic verè & iure dici solent. Quo maiore quadam ratione, Pontifex, non iam vt initio feci, miror, sed vehementer etiam doleo, eam artem à nemine adhuc illustratã esse Latinis literis, qua reliquæ artes omnesq; bonæ res continentur. Hinc meus ille ex Philosophiæ amore & natus & susceptus dolor, me noctes diesq; agitans, non antè passus est conquiescere, quàm ad hanc partem ægram, quam cæteri negligerẽt, accederẽ, efficerẽq; quantum consequi labore & diligentia possem, vt Philosophia iterũ latinè loqueretur. Audax negocium, impudens etiam, inuidiæque plenum. Sed nemo inuidiæ metu à rectè factis, quibus præsertim communis omnium vtilitas, tantæ etiam rei dignitas continetur, abduci deterrerique debet. Quanquam mihi ipse tantum neque sumo, neque arrogo. Quicquid enim feci quod aliqua laude sit dignũ, si modo est, id velim Ciceroni tribui, nõ mihi. Nihil est enim tã deforme, quàm si quod ab altero vel didiceris, vel acceperis, eius laudem & gloriam præripias illi, tibi assumas. Id autem quale sit vt intelligatur, tibi rationem studiorum meorum breuiter aperiendam putaui. Ego cum ineunte adolescentia me ad Ciceronis imitationem contulissem, eumque semper cum Græcis Latina coniunxisse animaduerterem, ex quo tantum se fructum studiorum cepisse sentiret, vt idem filio faciundum censeret: quod ille filio consilium dedisset, mihi quoque ac omnibus qui studiosis discendi adiumentum aliquod ad discendũ afferre vellẽt, datũ censui. Itaq; quum paucis annis pòst studio Græcarũ literarũ me penitus dedidissem, illud eius consilium sequutus sum: idque nõ in Philosophia solũ, sed in cæteris etiam disciplinis feci. Hinc mirificos fructus studiorum consequebar. Coniungendis enim his studiis, non modò id assequebar, vt Græca melius intelligerem, sed vt quæ Latina Græcis responderent, notarem, ac disertius de Græcis Latina cõuerterẽ. Iã verò & innumerabiles locos Græcorũ, vt

Platonis, ut Aristotelis, Demosthenis, Aeschinis, aliorumque nonnullorum & in Philosophia, & in arte dicendi non tractatos solum, sed etiam conuersos de Graecis à Cicerone obseruaui. & librum totum de Vniuersitate ex Timaeo Platonis translatum, cum Graeco nostris commentarijs eò adiecimus, ut studiosi Graecarum literarum eum sibi tanquam exemplar conuertendis è Graeco libris proponant ad imitandum. Has ergo Latini sermonis diuitias & opes si vel celarem, vel mihi vendicarem, quis me iure non reprehenderet? An non necesse esset me alterutrum crimen subire, vel inuidiae, si occultarem: vel ingrati animi, si vendicarem? Non est igitur iam quod inuidiae metu de studiosis discendi bene mereri praetermittam ijs praesertim rebus, quas Ciceroni tribuam, mihi non vendicem. Quinetiam omnes mihi potius gratiam habituros spero, quòd laudem alteri debitam reseruans, utilitatem ad se volui peruenire. Sed quum multos multorum libros ab initio studiorum conuertissem, ab eo potissimum initium edendi sumpsi, qui ei studiorum generi quod delegi, visus est aptissimus. Libri decem sunt Aristotelis ad filium scripti de Moribus, qui grauissimis ad bene beatéque viuendum sententijs referti, eo gratiores ad omnes venient, quòd lumina illa quae in ijs quos caeteri transtulerunt, minus apparebant, in his nostris se omni ex parte ostendunt. In quibus conuertendis non semper id quod & fieri non potest, & Cicero ait facere indisertos interpretes, verbum ex verbò exprimendum putaui. Nec verò in eo solum laboraui ut latina, verum ut apta etiam & numerosa esset oratio. Quòd si nonnullis locis aliquorum aures nimium capaces offendentur, ij cogitare debebunt, aliud esse animi sui cogitationes eloqui, aliud aliena sensa interpretari; quod cum fecerint, eos fortè habebo aequiores iudices: quanquam multis locis de industria lumen quod potui non attuli: idque eo feci libentius, quòd omnium rerum sua initia esse debent, quae suis progressionibus vsa, augeri constituique poßint. Atque id totum quale sit (ne de me dicere videar) cum alij plerique, tum verò tu pro ea doctrina & sapientia qua vales plurimum, iudicare poteris. Hunc autem laborē sic à me deberi tuis immortalibus in me meritis putaui, ut eum alteri te praeterito sine scelere non potuerim dedicare. Ecquādo enim partem vllam tuorum erga me beneficiorum consequar? aut vbi vsus erit mei tibi, si in ea facultate non fuerit, quam tua tuique auunculi

cuique videatur temporis consumere. Nisi forte illos reprehēdendos putamus, quòd Philosophia deserta & neglecta, idem fecisse videntur, quod ij solent, qui terra, quæ bene culta fructus vberrimos ferat, relicta, mandare semen iis agris malunt, qui peræquè fructuosi esse non possunt; hos verò quòd similiter fecerunt, vt si qui agrum suapte natura fertilem non probis instrumentis colentes, spinosum redderent. Quid enim Philosophia vel vberius ad fructum, vel iucundius ad oblectationem, vel melius ad vitā, vel aptius ad dignitatem? Cæteræ verò artes quid habēt simile? quæ huius administræ vt sunt, sic verè & iure dici solent. Quo maiore quadam ratione, Pontifex, non iam vt initio feci, miror, sed vehementer etiam doleo, eam artem à nemine adhuc illustratā esse Latinis literis, qua reliquæ artes omnesq; bonæ res continentur. Hinc meus ille ex Philosophiæ amore & natus & susceptus dolor, me noctes diesq; agitans, non antè passus est conquiescere, quàm ad hanc partem ægram, quam cæteri negligerēt, accederē, efficerēq; quantum consequi labore & diligentia possem, vt Philosophia iterū latinè loqueretur. Audax negocium, impudens etiam, inuidiæque plenum. Sed nemo inuidiæ metu à rectè factis, quibus præsertim communis omnium vtilitas, tantæ etiam rei dignitas continetur, abduci deterrerique debet. Quanquam mihi ipse tantum neque sumo, neque arrogo. Quicquid enim feci quod aliqua laude sit dignū, si modo est, id velim Ciceroni tribui, nō mihi. Nihil est enim tā deforme, quàm si quod ab altero vel didiceris, vel acceperis, eius laudem & gloriam præripias illi, tibi assumas. Id autem quale sit vt intelligatur, tibi rationem studiorum meorum breuiter aperiendam putaui. Ego cum ineunte adolescentia me ad Ciceronis imitationem contulissem, eumque semper cum Græcis Latina coniunxisse animaduerterem, ex quo tantum se fructum studiorum cepisse sentiret, vt idem filio faciundum censeret: quod ille filio consilium dedisset, mihi quoque ac omnibus qui studiosis discendi adiumentum aliquod ad discendū afferre vellēt, datū censui. Itaq; quum paucis annis pòst studio Græcarū literarū me penitus dedidissem, illud eius consilium sequutus sum: idque nō in Philosophia solū, sed in cæteris etiam disciplinis feci. Hinc mirificos fructus studiorum consequebar. Coniungendis enim his studiis, non modò id assequebar, vt Græca melius intelligerem, sed vt quæ Latina Græcis responderent, notarem, ac disertius de Græcis Latina cōuerterē. Iā verò & innumerabiles locos Græcorū, vt

Platonis, ut Aristotelis, Demosthenis, Aeschinis, aliorumque nonnullorum & in Philosophia, & in arte dicendi non tractatos solum, sed etiam conuersos de Græcis à Cicerone obseruaui. & librum totum de Vniuersitate ex Timæo Platonis translatum, cum Græco nostris commentarijs eò adiecimus, ut studiosi Græcarum literarum eum sibi tanquam exemplar conuertendis è Græco libris proponant ad imitandum. Has ergo Latini sermonis diuitias & opes si vel celarem, vel mihi vendicarem, quis me iure non reprehenderet? An non necesse esset me alterutrum crimen subire, vel inuidiæ, si occultarem: vel ingrati animi, si vendicarem? Non est igitur iam quod inuidiæ metu de studiosis discendi bene mereri prætermittam ijs præsertim rebus, quas Ciceroni tribuam, mihi non vendicem. Quinetiam omnes mihi potius gratiam habituros spero, quòd laudem alteri debitam reseruans, utilitatem ad se volui peruenire. Sed quum multos multorum libros ab initio studiorum conuertissem, ab eo potissimum initium edendi sumpsi, qui ei studiorum generi quod delegi, visus est aptissimus. Libri decem sunt Aristotelis ad filium scripti de Moribus, qui grauissimis ad bene beateque viuendum sententijs referti, eo gratiores ad omnes venient, quòd lumina illa quæ in ijs quos cæteri transtulerunt, minus apparebant, in his nostris se omni ex parte ostendunt. In quibus conuertendis non semper id quod & fieri non potest, & Cicero ait facere indisertos interpretes, verbum ex verbo exprimendum putaui. Nec verò in eo solum laboraui ut latina, verum ut apta etiam & numerosa esset oratio. Quòd si nonnullis locis aliquorum aures nimium capaces offendentur, ij cogitare debebunt, aliud esse animi sui cogitationes eloqui, aliud aliena sensa interpretari; quod cum fecerint, eos fortè habebo æquiores iudices: quanquam multis locis de industria lumen quod potui non attuli: idque eo feci libentius, quòd omnium rerum sua initia esse debent, quæ suis progressionibus usa, augeri constituique possint. Atque id totum quale sit (ne de me dicere videar) cum alij plerique, tum verò tu pro ea doctrina & sapientia qua vales plurimum, iudicare poteris. Hunc autem laborẽ sic à me deberi tuis immortalibus in me meritis putaui, ut eum alteri te præterito sine scelere non potuerim dedicare. Ecquãdo enim partem ullam tuorum erga me beneficiorum consequar? aut ubi usus erit mei tibi, si in ea facultate non fuerit, quam tua tuique auunculi

D. Dionysii Briconeti clarissimi optimique viri benignitate sum consequutus. Quapropter hoc tam debitum officium vt tibi gratum sit, eiusque patrocinium suscipias, etiam atque etiam rogo. Sic enim summa tua authoritate fretus, facile omnium & odium vitare potero, & inuidiam sustinere. Vale Antistes amplissime.

Lutetiæ Parisiorum pridie Non.
Maias. M. D. X L.

INDEX RERVM INSIGNIO-
rum, in decem libros Ethicorum *Aristotelis.*

ARGVMENTVM IOACHIMI PERIONII, quo horum decem librorum cùm ſententia, tum ordo quem ſeruat Ariſtoteles, breuiter explicatur.

PHILOSOPHIA in tres partes omnis diſtributa eſt, in diſſerendi rationẽ, quæ λογική à Græcis appellatur: in naturæ obſcuritatem, quæ φυσική: in vitam & mores, quæ ἠθική, id eſt, moralis dicitur. Hæc pars tertia in tres etiam alias diuiſa eſt, ἠθικὴν, πολιτικὴν, & οἰκονομικήν. quarũ prima vniuerſam bene viuẽdi rationem cõtinet: altera eam quam ſibi propoſuerũt ei qui in Reip. luce verſantur: tertia quã ſibi quiſque priuatim in tuenda re familiari domi cum vxore ac liberis cõſtituit. Niſi forte has duas poſtremas huius, quam tertiam diximus, partes malumus dicere. Hanc tertiam Ariſtoteles his decem libris tractat, quos quoniam in Latinum de Græcis conuertimus, breuiter & quid iis tradat, & quem ſeruet ordinem, docebimus. Quoniã igitur bene beateq; viuẽdi viam & rationẽ tradere his libris inſtituit, quam beatam vitam, ſeu beatitudinem, ſeu felicitatẽ, ſeu ſummũ hominis bonum appellat, ab ea capit diſputãdi exordiũ, vt intelligatur, quod in omni diſputatione faciundum eſt, quid ſit id de quo diſputetur. In quo docendi rationem ſequitur eam, quam in præceptis reliquit. Primum enim an ſit ſummũ bonũ inueſtigat, deinde quid ſit, poſtremo quale ſit. Eſſe autẽ ſummũ bonũ ex vi & natura finis, omniumque, qui finem ſibi aliquem proponunt conſilio & ratione, cõcludit. Deinde quã vim habeat ad bene viuendũ explicat, cuique ſciẽtiæ ſit propoſitum. Tum in hac tradẽda arte & aliis omnibus, quã & ipſe & alij viam ſequi debeãt, quẽque animũ eos ad hanc percipiendã ſciẽtiã afferre deceat qui in ea verſari velint, exponit. Quid autem ſit ſummum bonũ, vt exquirat, primũ repetit id quod iã inuenerat, eſſe ſummũ bonũ. Deinde omniũ qui ante ipſum ratione quadam hunc locũ attigerãt, enumerat ſententias: quòd ſua confirmare non potuiſſet, niſi alienis, quatenus falſa erant & obſtabant, refutatis. Itaque & eorum qui illud in voluptate, & eorum qui in diuitiis, & eorum qui in honore, & eorum qui in virtute explodit eiicitque ſententias. Poſtremo ne magiſtro quidem Platoni in Idea eſſe conceſsit. His illorum exploſis ſentẽtiis, illud quid ſit, ex artificũ finibus iiſque omnibus quæ in eo debent eſſe, exquirit. Tum ad rem propius accedẽs, quoniam illud & finem eſſe, & in actione eſſe oportere iam concluſerat, ex officio hominis indagat. Idq; eò facit, quòd finis cuiuſque in cuiuſque officio & munere ponatur. Quoniã igitur officium hominis inuenit, viuere ex virtute, ſeu actionẽ virtutis, ſummũ etiã hominis bonũ in eadem ponit: ſed quam vitã intelligeret, quámque virtutẽ, explicauit,

Nam & in virtute omniũ perfectissima, & in vita completa & confecta summũ bonũ locat. Tum sententiam suam, ne quis eã reiiceret, à sententiis omnium docet non abhorrere, qui recte de beatitudine sensissent. In quo explicãdo tacite has duas quæstiones explicat. In quibus bonis summũ bonũ hominis numerandum sit, & num corporis externísque bonis beatæ vitæ sit opus. Nam diuisione adhibita bonorũ, alia animi, alia corporis, alia fortunæ esse: & animi bona cæteris longe præstare, & in iis esse summũ bonũ docet: ita tamen, vt illa etiã requirat. Interim quale sit summũ bonũ, quæ tertia est quæstio, exponit. Nam & optimũ quiddam esse, & pulcherrimum, & suauissimum, quæ tria sic cõiuncta in eo sint, vt nulla ratione possint distrahi. Et quoniam à nõnullis putari dixerat, summum bonum idem esse quod secunda fortuna, causam efficientem eius exquirit deinceps. Fortunæ tribuendã negat, sed deo potius: sin minus, certè exercitationi. Cúmque beatitudinem in vita perfecta statuisset, & Priamum cæterósq; omnes qui similes casus in vita sensissent, deinceps negat beatos esse ducendos: & contra Solonis sententiam, aliquem ducẽdum dum viuat beatum ostendit. In qua explicanda quæstione quoniam de beatis qui è vita excessissent, fecerat mẽtionẽ, & de mortuis amicis ac propinquis eorũ beatorum qui in vita manerent: deinceps quatenus aduersæ res beati, & aduersę res posterorũ vel labefactẽt, vel nõ labefactẽt beatã vitã exponit. Quæ duo nata sunt ex ea, quam summo bono constituerat, definitione. Nam vita completa & absoluta, in qua beatam vitam posuerat, omnes res aduersas, ex quibus miseri nominantur, videtur excludere. Tũ facta alia diuisione bonorũ, alia laude digna, alia gloriatione, alia non esse illa quidem bona, sed esse posse, in iis quę honorabilia sunt, summũ bonũ ostendit esse ducendum, quæ ad qualitatem omnis pertinet quæstio. His ita constitutis, deinceps eam quam summo bono fabricatus est, exponit definitionem. Cum enim summũ bonum in actione virtuti consentanea posuisset, illud intellexit, nisi virtutis natura explicaretur, nõ posse intelligi, quid vellet. Deinceps igitur virtus quid sit ad septimũ vsque librum docet. In quo id seruat, quod in omni re tradenda faciundũ est. Quæ latè patent & cõmunia sunt, partitur: vt cum eam virtutis partẽ quã exquirit inuenerit, ad eã & definiendã & tractãdam, omnẽ accõmodet orationẽ. Quærit animi virtutem, corporis igitur virtutem separat. Non omnem autem animi virtutem sibi proponit, sed eam tantummodo, quæ hominis est propria. Excludit ergo omnes eas quæ nobis cum beluis inuenit esse communes. Et quia nos beluis sola ratione præstamus, animi partes quæ rationis sunt participes notat & obseruat, quòd solæ virtutes quæ ab iis proficiscuntur, hominis sint proprię. Partes autẽ duas tales inuenit, vnam

quæ per ſe,& in ſe ratione vtitur:alteram,quæ non per ſe, verum quatenus illi alteri paret. Hinc duo genera naſcuntur virtutum,alterum mēti attribuit,alterum appetitui.Primum genus tractat ſecūdo,tertio,quarto, & quinto libro,alterū ſexto . Illud ſuperius ſic tractat,vt primū ea omnia quæ cōmunia ſunt omniū virtutum perſequatur , deinde ea quæ propria ſunt ſingularum. Quærit igitur primum quid ſit virtus hominis propria, quoniam quin ſit,nō eſt dubium,deinde qualis ſit. Eſt enim hæc in omni re,vt dixi,tradenda,tenenda via & ratio. Quid ſit virtus,primum ex eius cauſa efficiente exquirit . Sunt enim actiones, quemadmodum oſtendit. Ita virtutes nō ſunt nobis tributæ à natura. Ac mihi quidem hoc videtur tanquam huius artis initium ponere , Omnes habitus & ex ſui ſimilibus actionibus gigni,& ab iiſdem interire. Deinceps hanc partē philoſophiæ in actione verſari ponit,& omniū virtutum actiones conueniēter rationi fieri oportere,eaſdem nimiū & parum tollere,conſeruare,augere ac tueri mediocritatem. Præponit illud etiam,habitus quales ſint ex voluptate & dolore qui actionem conſequitur,intelligendum eſſe. Docet deinceps ex eo virtutem moralem in doloribus voluptatibúsq; verſari,tum quęſtionem ex eo quod præpoſuerat ortam, explicat. quo loco quid inter artes, & virtutes interſit,aperiēs,illa tria ponit ad virtutis actionem neceſſaria, vt ſciens,& conſulto, & ſtabili animo omnis agat qui virtutem & officiū ſequatur. His ita poſitis,quid virtus ſit docet,cum habitum eſſe cōcludit, tum qualis ſit habitus, cum mediocritatis virtutem eſſe indagatricem, cuiúſque mediocritatis,exponit . At ne quis putaret, quoniam virtutem poſuerat in perturbationibus modum exquirere, omnibus perturbationibus & actionibus modum apponi poſſe , quaſdam perturbationes & actiones, quæ nomine ipſo vitioſæ ſunt , ſeparat . Tum quo facilius intelligi poſsit quod dixi, inter nimium & parum virtutem modum indagare,ſingulæ virtutes inter quod nimiū & parū ſitæ ſint,docet,eo ordine vnāquāque cum extremis vitioſis enumerās, quem poſtea tradendis illis extremo,tertio,quarto,quintóque ſeruabit. Itaque hæc omnis deſcriptio non aliud eſt,quàm eorum omniū quæ libris quos dixi tradet,propoſitio & enumeratio. Deinceps media cum extremis confert, vt quemadmodū inter ſe affecta ſint virtus & vitia,intelligatur. Contraria illa ſunt inter ſe omnia,ſed extrema magis inter ſe pugnāt quàm vtrūque virtuti, & illud vitium virtuti magis contrarium eſt, ad quod ſimus natura procliuiores. Deinceps virtutis adipiſcendæ auget difficultatem,ex eo quòd inter duo vitia eā locaſſet. At ne quis ſe ad eā peruenire poſſe diffideret, mox quaſi peritus & nobilis medicus,remedium adhibet. In tertio qualis virtus eſſe debeat exponit, primū quæ voluntate & cōtra voluntatem ſuſcipiantur,

& fiant docet, deinde quid sit electio seu propositum, quod quia inuenit proficisci à consilio & deliberatione, de quibus deliberãdum sit explicat. Et quia voluntatem finis esse dixerat, deinceps quis sit finis volũtati propositus, tradit. His præpositis, virtutem moralem volũtariam esse, & vitiũ voluntarium actionèsque voluntarias esse demonstrat. Deinceps à toto genere virtutum ad singulas conuertit orationem. Qui sanè locus perfacilis est, vt nõ magnopere egeat nostris cõmentationibus. Singulis enim tradẽdis virutibus hoc fere docet, quibus in rebus quæque versetur: si in duabus, in vtra potius: si in pluribus, in qua potissimum. Ex his quid sit quæque virtus colligit, adiectis circunstantiis. Veluti fortitudo, quoniam in rebus formidolosis & iis quæ animis nostris fiduciã præbent cernitur, quærit in vtris potius. Eadem est ratio temperãtiæ. Nam cum in voluptatibus & doloribus eã cerni dicat, in voluptatibus potius versari cõcludit. Itémque liberalitas in dandi accipiendíque rationibus, sed in largiendo potius cernitur. Si multa sint genera, tradũtur, vt fortitudinis, & iustitiæ. Virtutum etiam & eorũ qui iis sunt prediti, officia & munera exquirũtur. Eadem est ratio vitiorum, nisi quòd vtrũ virtuti magis repugnet, exponit. In sexto libro eũdem seruat quem in superioribus, ordinem. Duo genera virtutũ earũ quæ in ratione sitæ sunt, ex duobus earũ subiectis concludit. Quinque autem virtutes esse ex earum munere cõmuni, & quid quæque sit, ex rebus iis in quibus versentur, colligit. Quæ iis quinque attributa sint, quid similitudinis quid dissimilitudinis inter se habeant, doceat. Postremo quæ cum prudentia coniuncta sint, vt recta deliberatio, sagacitas, & sentẽtia: quid sapientia & prudentia cõferant, & vtra melior sit: quod prudentia cum virtutibus moralibus habeat commercium. In septimo, octauo, & nono de iis differit, quæ non sunt illa quidem in virtutibus & vitiis, sed tamen sunt in bonis & malis. In septimo de continentia & impotentia, de voluptate & dolore. In octauo & nono de amicitia, quã virtutem dicit, vel cum virtute copulatam. In decimo primum de voluptate & dolore eadem de causa disputat, quod scilicet ad virtutem conducant. In eo extremo iterũ de beatitudine differit, vt extrema primis respõdeãt. Nam vt illud primum inueniendum est quod nobis quasi finem proposuimus, & eo inuento rationes quibus ad id perueniri possit, exquirendæ sunt, tum postremo id adipiscendum. Sic Aristoteles, cum in primo libro summum bonum finem esse hominis inuenisset, virtutesque omnes quasi gradus quodã per quos facilis ascensus ad illud pateret, animaduertisset, per eos omnes gradus ceteris libris conscendens, tandem in eo tanquam adepto conquiescit.

A

Ariſtotelis ad Nico-

MACHVM FILIVM, DE MORIBVS, quæ Ethica nominantur, Liber primus, Ioachimo Perionio Benedictino Cormœriaceno interprete.

B OMnis ars, omnis doctrina, omnis actio, omne ſtudium & inſtitutum, ad bonum aliquod refertur. Itaque probè veteres ſummum bonum definierunt, id, ad quod omnia referuntur. Finium autem genera ſunt plura. Vnum eorum qui actione, alterum eorum qui nõ ſolùm actione, ſed etiam opere cernuntur. Ac quarum rerũ præterquàm quòd actiones, alii præterea fines ſunt, in iis natura ſunt opera meliora actionibus. Et quoniã multæ actiones & officia, artes, ac ſciẽ- 1

C tiæ erant, complures etiam fines extiterunt. Nam & medicinæ valetudo propoſita eſt, & arti ædificãdarum nauium nauis, & rei militari victoria, & rationi rei familiaris diuitiæ. Quæque artes eius generis vni alicui facultati ſubiectæ ſunt, (velut rei equeſtri ea quæ frenos conficit, cæteræque omnes quæ inſtrumenta equorum tractant, vt hæc ipſa & omnia officia bellica rei militari, itemque aliæ alii) in iis omnibus, fines earum quæ principem locum tenent, magis expetendi ſunt, quàm omniũ earum quæ ſub eas ſubiectæ ſunt: quippe cùm horum cauſa etiam illi expetantur. Nihil autẽ intereſt,

D vtrum actiones ipſæ ſint actionum fines, an aliud quippiam, quemadmodum in iis ſcientiis quas commemorauimus.

Atqui ſi quod eſt rerum agendarum vltimũ, quod & propter ſe expetamus, & propter ipſum cætera omnia, nec omnia propter aliud ſequimur (ſic enim res progredietur in infinitum, vt inanis omnis noſter appetitus, ſtultumque ſtudiũ ſit futurum) perſpicuum eſt in eo eſſe ſummũ bonũ. Cuius cognitio ad vitam degendam momentum magnum habet. Nam tanquam ſagittarii ſignum intuentes, facilius decorum 2

aſſequemur . Quod cum ita ſit,danda opera eſt, vt ipſum & E
quid tandem ſit,& cui ſit ſcientiæ vel facultati propoſitum,
intelligamus. Igitur ei quæ domina eſt & princeps omnium
propoſitum eſſe cõſtat,qualis ciuilis ſcientia videtur eſſe.Nã
& quibus in Rep.ſcientiis vtendũ ſit,& quas quiſque diſce-
re debeat,& quatenus,ipſa deſcribit. Atq; etiam facultates
eas, quæ in maximo honore ſunt, & precio, vt rẽ militarem,
vt rem familiarem, vt Rhetoricen, huic ſubiectas cernimus.
Quòd ſi artes hæc reliquas omnes,quarum omne opus eſt in
agendo,ad vſum ſuum adhibet , præſcribitq́ue legibus quid F
faciendum fugiẽdumq́ue ſit, profectò neceſſe eſt eius extre-
mo & fine reliquarum fines cõtineri: vt in eo ſummũ homi-
nis bonũ eſſe videatur. Etenim ſi eadem eſt vtilitas vniuſcu-
iuſque & vniuerſorum,at Remp.tamen & capeſſere & con-
ſeruare maius quiddã ac perfectius videtur.Præclarè enim ſe
res habeat,ſi vni,eiq́ue in ſolitudine vitã agenti, conſulatur:
at verò ſi gẽti & ciuitatibus, multo & pulchrius & diuinius.
Atq; hæc quidẽ ratio, quoniã ciuilis eſt, in his tota verſatur.

In qua explicanda ſatis longa ſumetur oratio, ſi quãtum
3 res propoſita feret,explanabitur.Nõ enim in omnibus diſpu G
tationibus limatum accuratũq́ue genus ſimiliter requiren-
dum eſt:vt nec in iis,quæ ab arte proficiſcuntur.Atqui iis in
rebus,quæ honeſtæ,quæq́ue iuſtæ ſunt,in quibus ciuilis ſciẽ
tia verſatur, tanta ineſt diſsimilitudo, tantus etiã ex iis error
conſequitur,vt lege tantũmodo,non etiam natura videãtur
cõſtitutæ:isq́ue etiam in bonis hæret,propterea quòd multi
ex iis detrimenta cõſequãtur .Iam enim aliis diuitiæ, aliis vis
4 corporis exitiũ perniciemq́ue attulit.Ergo ſatis erit, eos qui H
de rebus eiuſmodi verba faciunt, pingui quadam Minerua,
planeq;, quid in quaque re veri ſit, demõſtrare:& qui de re-
bus quæ plerunque eueniunt,diſſerunt,ex his ſimilia cõclu-
dere. Eodemq; modo accipi probariq́ue debẽt quæ dicũtur
omnia. Eſt enim hominis eruditi vſuq́ue periti ſubtilitatem
requirere in omni genere eatenus,quoad rei natura patiatur.
Nihil enim intereſt,vtrum mathematicum ſuadentem pro-
bes,an ab oratore neceſſariam rationem requiras.Atqui quæ

A quiſque nouit, de iis verè iudicat, eorumq́ue æquus eſt æſtimator. De omni ergo re verè iudicabit is, qui vſu rerũ valet: omnino verò, qui omni doctrina eruditus eſt. Quocirca ciuilis ſciẽtiæ nõ eſt iuuenis idoneus auditor. Eſt enim expers officiorũ, quæ vita deſyderat: hæc autẽ de officiis oratio eſt. Iam verò cum libidini animi pareat, fruſtra & inutiliter audiet: quãdoquidẽ finis huic propoſitus non in cognitione, ſed in actione conſiſtit. Qui, puer ſit ætate, an ne moribus puero par & ſimilis, nihil intereſt. Non eſt enim vitiũ in tẽpore, ſed B in moribus. Cuius generis hominibus, queadmodũ impotẽtibus inutilis cognitio futura eſt. At verò qui rationi ſuas appetitiones obedientes efficiunt, ii magnũ fructũ ex hac ſcientia cõſequẽtur. Ac de auditore quidẽ, quoq́ue modo quicq; accipiendũ ſit, & quid nobis proponamus his libris, procœmii loco hactenus diximus. Quoniã autem omnis ſcientia, & omne inſtitutũ ad bonũ quoddã refertur, ſtatuamus quid ſit, quò ciuilem rationẽ referri dicimus, quaq́ue in re ſit omniũ C rerum agendarum extremũ bonũ. Conſtitit quidẽ ferè inter omnes, quo nomine appellari placeat. Beatitudinem enim & indocti & docti vocãt: bene etiam viuere, & ſecundis rebus perfrui, idem quod beatum eſſe exiſtimant. Quid autem ſit beatitudo, non cõſtat, deq́ue eo eſt inter eos omnis diſſenſio. nec vero docti & indocti in eodem ponunt. Alii enim in eorum aliquo quæ poſita ſunt in oculis omniũ, vt in voluptate, vt in diuitiis, vt in gloria: aliiq́ue in alio: plerunque etiã idem in alio atque alio. Cum enim ægrotat, in valetudine ponit: cũ pauper eſt, in diuitiis. Qui autem ſibi conſcii ſunt ſuæ igno-D rationis & imprudentiæ, eos admirãtur, qui magnũ aliquid, quod eorum etiam vires ſuperet, dicunt. Quidã verò præter hæc complura bona, aliud quoddam eſſe putant, in quo ſatis eſt cauſæ cur cætera bona ſint omnia. Et omnes quidem exquirere ſententias, ſuperuacaneum ſit: cõtenti autem erimus, ſi vtamur iis potiſsimũ, quæ extant, quæq́ue aliqua nitãtur ratione & ſentẽtia. Hoc autẽ obliuiſci nõ debemus, intereſſe inter ratiões eas quæ à principiis proficiſcũtur, & eas quæ ad ipſa principia ferunt. Recte enim hoc Plato dubita-

bat & requirebat, vtrum via esset, eá ne quæ à principiis per- E
manaret ad fines, an quæ ad principia ferret. velut in curri-
culo, ab iis qui præmia proponunt ad calcẽ, an contrà. Initiũ
enim capiẽdum est ab iis rebus quæ notæ sunt. quarum duo
genera sunt: aliæ enim cognitæ sunt nobis, omnino & per se
aliæ. Ac nobis quidem certè ab iis capiendum est exordium,
quæ sunt nobis cognitæ. Quocirca qui de rebus honestis &
iustis, & vno nomine ciuilibus, accuratè auditurus est, is sit
oportet bonis moribus præditus & institutus. Principium
enim est, rem esse. Quod si sit perspicuum, ipsum quam ob rẽ F
sit, nihil desyderabitur. Homini enim eiusmodi aut iam per-
cepta sunt principia, aut facilè percepta erunt, & cognita.
Cui autem horum neutrum inest, audiat Hesiodi carmina,

Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
Et duris optata tulit solatia rebus:
Fortunatus & ille, alium qui recta monentem
Audit, & inuentis ponit vestigia lætus:
Qui rebus non consulit ipse cadentibus vltro,
Inducitque animum voces contemnere veras, G
Ille quidem inuisus diuis, & inutilis orbi est.

Nos autem ad eam partẽ sermonis, ex qua egressi sumus,
5 reuertamur. Summũ enim bonum & beatitudinem non sine
causa ex vitæ genere videntur existimare, vulgus quidem &
homines importunissimi, qui eã in voluptate ponunt. Itaque
vitæ degendæ rationem adamãt delicatam & voluptariam.
Tria enim sunt vitæ genera, quæ maximè excellunt: hoc, quo
de modò diximus: ciuile: & tertium id, quod in contempla-
tione & cognitione consistit. Ac multitudo seruorum persi- H
milis pecudum vitam illa quidem sequi videtur: sed causa ei
est, propterea quòd complures eorum qui potestate & impe
Sardanapalus rio valent, iisdem libidinibus quibus Sardanapalus, cõstricti
tenentur: Vrbani verò, iique omnes quorum vita omnis in
actione rerum versatur, beatam vitam in honore putãt. Ferè
enim ei vitæ generi, quod in Reip. administratione positum
est, hic propositus est finis. atqui latius patet, quàm id bonũ
in quo positus sit honos quod quærimus. Est enim in iis potius qui colunt, honos,

A quàm qui coluntur.Summũ autem bonum,proprium quid-
dam auguramur,quodq́ue vix poſsit eripi.Iam verò gloriam
& honorem perſequuntur, vt opinionem afferãt aliis ſe eſſe
probos: itaque coli,afficiq́ue honore à prudentibus volunt,
& à notis,idq́ue ob virtutem.Perſpicuum eſt igitur,horum
quidem ratione & ſententia virtutem eſſe meliorem: quàm
eandem potius quaſi finem propoſitam vitæ ciuili licet exi-
ſtimare:quanquam ea quoque à perfecto abſolutoq́ue gene-
B re diſtat.Fieri enim poteſt, vt qui virtute ſit præditus, etiam
dormiat,aut in vita nihil agat omnino, & præterea maximis
in malis miſeriisq́ue verſetur : eum autem qui ſic viuat, in
beatis niſi propoſiti defenſor nemo duxerit.Atque hæc qui-
dem hactenus. Satis enim multa de iis dicta ſunt in iis libris
quos ἐγκυκλίους inſcripſimus. Tertium genus eſt, quod in
contemplandis rebus cernitur,quod deinceps conſyderabi-
mus. Nam quæ vita in pecuniis congerendis occupata eſt,
vim deſyderat ad ſe parandam & tuendam: & profectò in-
C diuitiis non eſt id bonum quod quærimus, quoniam ſunt in
bonis vtilibus quorum quicque alio refertur.Quapropter in
iis potius quæ ſuprà dicta ſunt, quia propter ſe amantur, fi-
nem vltimumq́ue bonorum licet putare. Nec tamen in illis
eſt, quanquam multæ ad id confirmandum rationes allatæ
ſunt & coaceruatæ. Atque his quidem omiſsis vniuerſum 6
bonum cõſyderari eſt melius, quoq́ue modo dicatur exqui-
ri.Quæ nobis etſi difficilis exiſtit quæſtio,quòd nobis amici
ſint ii,qui ideas induxerunt:tamen æquum eſt veritatis reti-
nendæ cauſa,ſua etiam decreta tollere,philoſophos præſer-
D tim.Etſi enim vtrique chari ſunt,tamen præclarum eſt plu-
ris æſtimare veritatem.Qui hanc ſententiã inuexerunt,non
faciebãt ideas eorum in quibus prius poſteriusq́ue dixiſſent:
itaque ne numeris quidem ideam fabricati ſunt. At bonum
& in ſubſtãtia dicitur,& in qualitate, & in iis quæ cum ali-
quo cõferuntur:quæq́ue per ſe ipſa ſunt & ſubſtãtia,iis ſunt
quæ cum aliquo cõparãtur,naturæ ordine priora.Propagini
enim hoc ſimile eſt, eiq́ue rei quæ ſubſtantiæ accidit. Non
igitur eſſe in his idea communis vllo modo poteſt. Præterea

cum bonum æquè pateat ac natura (dicitur enim in ſubſtā- E
tia, vt deus, & mens: & in qualitate, vt virtutes: & in quanti-
tate, vt mediocre: vt in iis quæ cū aliquo cōferuntur, vt vtile:
& in tempore, vt opportunitas: & in loco, vt mora, quæque
ſunt generis eiuſdem) perſpicuum eſt cōmune aliquid, ſum-
mum vniuerſumque & vnum eſſe non poſſe. Neque enim in
categoriis omnibus, ſed in vna ſolum diceretur. Iā verò, ſi eo-
rum omnium quæ vni ideæ attributa ſunt, vna tantummo-
do ſcientia eſt, neceſſe eſt quoque bona omnia ſcientia vna
contineri. Nunc verò plures ſunt etiam eorum, quæ ſub vnā F
categoriam ſubiecta ſunt. vt occaſionis, in bello quidem res
militaris: in morbo, medicina. & mediocritatis, in cibo, medi-
cina: in laboribus, gymnaſtice. Sed quærat aliquis, quid tan-
dem ſibi velint, cum res ſingulas ipſius nomine appellant. Si
quidem in ipſum hominem & in hominem vna eademque
valet hominis definitio. Neque enim quia homo ſit, aliquid
inter eos intereſt. Quòd ſi ita eſt, nec quia bonū ſit, nec quia
æternum eſt, ideo melius bonum: quandoquidem ne alba res
quidem in lōgum tēpus duratura albior eſt ea, quæ in diem.
Ac mihi quidem certè probabilius de eo dixiſſe Pythagorei G
videntur, qui vnum in bonorum ponunt ordine, quos Speu-
ſippus imitatus eſt. Sed de his quidem alius eſt mihi ad dicē-
dum conſtitutus locus. Ex iis autem quæ dicta ſunt, quæſtio
quædam ſuboritur, quoniam nō de bonis omnibus verba fe-
cimus. Dicitur autem vnum genus eorum, quæ per ſe expe-
tuntur & amantur. Conficientia verò eorum, aut aliquo mo
do tuentia, aut etiam contrariorum prohibentia, propter
illa, aliaque ratione, bona nominantur. Ergo hoc quidem ap H
paret, duo eſſe bonorum genera, alia propter ſe, alia propter
illa. Separatis igitur vtilibus ab iis quæ per ſe bona ſunt, an
vni ideæ attribuantur conſyderemus. Ea quidem propter ſe
bona quiuis ponat, quæ ſola & ſeiuncta à cæteris ſequatur, vt
ſapere, vt videre, vt ſunt nōnullæ voluptates, vt honores: etſi
enim hæc ipſa propter aliquid aliud ſequimur, tamen in iis
quæ per ſe bona ſunt licet ponere: aut nihil præter ideam ſit
in bonis. Ita ſuperuacanea ſpecies futura eſt. Sin autem hæc

A quoq; ſunt in iis quæ per ſe bona ſunt, neceſſe erit vt in niue & cerusa candoris, ſic boni definitionem in iis omnibus eandem declarari. Atqui honoris, prudentiæ, voluptatis, diuerſæ ſunt definitiones, hoc ipſo quòd bona ſunt. Nõ eſt igitur vni ideæ commune bonum aliquod attributum. Sed quonã modo dicuntur? Non enim ſimilia videntur iis quorum nomen eſt commune fortuito. An quia ab vno profecta ſunt? an quia ad vnum omnia referuntur? an potius proportione? Vt enim
B in corpore aſpectus, ſic eſt mens in animo, aliudq́ue in alio. Sed hæc quidem fortaſsis hoc tempore omittẽda ſunt, quoniam de iis accuratè diſputare, alterius philoſophiæ magis proprium eſſe videatur. Eadẽ eſt ratio ideæ. Etenim ſi quod vnum eſt bonum quod communiter dicatur, aut ſi quod eſt ſeiunctum ipſum per ſe, perſpicuum eſt id nec agi ab homine poſſe, nec haberi. Nunc tale aliquid quærimus. Sed forte eius cognitio cuipiam videatur cõducere ad ea omnia bona quæ agenda ſunt, quæq́ue adipiſcenda. Nam ſi ipſum tanquã
C exẽplar nobis proponemus, facilius, quæ nobis ſalutaria ſunt, intelligemus: & cum intellexerimus, conſequemur. Atque hæc quidem ratione quadam nititur oratio, ſed ſcientiis artibusq́ue repugnantibus. Nam cum ad bonum quoddam omnes referantur, requirantq́; id ipſum ſemper quod deeſt: tamen eius cognitionem prætermittunt vniuerſæ. Atqui non eſt conſentaneum, artifices tãtum ignorare nec quærere adiumentum. Illud etiam quæri poteſt, ecquid textori aut fabro ad artem adiumenti ſi ipſum bonum intelligant, afferri queat? aut quo tandem modo nobilior medicus, clariórve
D dux belli ſit futurus is, qui ideam ipſam intuebitur? Conſtat enim medicum hòc modo non ſpectare valetudinem, ſed hominis, aut potius certe ſingulorum. Medetur enim ſingulis. Atque hæc quidem hactenus. Nunc autem redeamus ad bonum quod quæritur, vt quid ſit intelligamus. 7
Nam ſatis conſtat aliud in alia eſſe actione & arte: quoniam aliud eſt in medicina, aliud in re militari, cæteriſq́; omnibus eodẽ modo. Quid eſt igitur quod cuique arti bonũ propoſitũ eſt, niſi quò omnia quæ recte fiũt, referũtur? Hoc in medi-

cina valetudo eſt, in re militari victoria, in architectura domus, aliudque in alia: in omnique actione & conſilio finis, quandoquidem eius cauſa omnes agunt omnia. Quocirca ſi in vno aliquo eſt finis rerum agendarum omnium, ſit in eo id bonum quod agendum eſt. Sin autem ſit in pluribus, in eis ipſis. mutata enim, tamẽ eodem ſpectat definitio. Hæc nobis explicanda ſunt, ſed enodatius. Quoniam autem plures fines ſunt, alioſque propter alios expetimus, vt diuitias, vt tibias, & vno nomine inſtrumenta: perſpicuũ eſt, non eſſe omnia perfecta. Quod autem optimum eſt, id omne perfectum. Si ergo vnum aliquid vndique perfectum eſt, ſit in eo quod quæritur: ſin plura, in eorum abſolutiſsimo. Atqui quod propter ſe expetitur, id confirmamus eo quod propter aliud expetitur, perfectius: & quod nunquam aliò refertur, iis omnibus quæ propter ſe & propter hoc expetũtur. Id igitur omnibus numeris perfectum eſt & abſolutũ, quod propter ſe ſemper, nunquã propter aliud expetendum eſt. qualis felicitas videtur maximè. Nam & propter ſe eam ſemper, & nunquã propter aliud optamus. At verò & honorem, & voluptatem, & intelligentiã, & omnes virtutes vi ſua, ex ſe & propter ſe illas quidem optamus: quandoquidẽ detracta omni opinione vtilitatis, tamen eorũ ſingula optaremus. ſed beatitudinis etiam cauſa eadem expetimus, quòd per ea ſperemus nos ſummũ bonũ adepturos. At felicitatem nemo earum neque aliarum rerum omnino cauſa expetit. Quod idẽ ex ea etiam abundãtia rerum quæ ſe ipſa cõtenta eſt efficitur. Quòd enim bonũ vndique perfectum eſt, omne ſatis eſſe & ſufficere videtur. Satis autem eſſe ac ſuppeditare dicimus non ipſi ſoli, vitam in ſolitudine agenti, ſed parentibus, liberis, coniugi, cæteriſque amicis & ciuibus: quandoquidem homo aptus eſt ad cœtus ſocietatẽq; natura. Sed in iis certi quidã termini conſtituẽdi ſunt. Nã ſi progrediamur ad parentes, ſi ad poſteros, amicorũq; amicos nunquã finis reperietur. Sed hoc iterum etiã atque etiã cõſyderemus. Quicquid id eſt quod ſe ipſum cõtentum ſit, ſtatuimus eiuſmodi, quod ſolum, ſeiunctũ, ſecretumque à cæteris vitã expetendam efficit, & nihil requi-

A rẽtem: qualem beatam vitã esse ducimus. Et præterea si cum cæteris bonis non coniungatur, anteponẽdam esse omnibus. Sin cõiungatur, perspicuum estpluris eam esse cum minimo bono coniunctã, quàm separatim. Bonorum enim præstantia accessione eius quod additur ad aliquid existit. At maximũ quodque bonum semper expetendũ est maximè. Hoc igitur iam apparet, felicitatem perfectum quiddã esse, omnibusq́ue suis partibus absolutum, seq́ue ipsam esse cõtentã, cùm rerũ agendarum omniũ sit extremum. Sed fortasse beatitudinem B summũ bonũ appellari inter omnes cõstat: hic verò locus vt magis explanetur quid sit, postulat. Id iam patebit, si quod sit hominis opus & officiũ, intelligatur. Vt enim tibicen, quiq́; signa fabricatur, omnisq́ue artifex, iiq́ue omnes, quibus aliquod opus propositum est, vel actio, in opere ipso finem perfectionemq́ue artis statuunt: sic homini, si quod est eius opus & officium, faciendum esse videatur. Ergo in fabro erunt & sutore certa aliqua officia & actiones, in homine nulla erunt, natusq́ue est ad otium? An non vt oculi, manus, pedis, C singularumq́ue partium suũ est munus: sic homini quoque præter quàm quòd hæc omnia, opus aliquod munusq́ue tribuetur? Quodnam erit illud tandem? Est enim ei cũ stirpibus, vita cõmunis. At propriũ hominis bonũ quæritur. Vita igitur ad alendum augendumq́ue pertinens, semouenda est. Hanc sequitur vita sensu directa. At cõmunis est & equi, & ouis, & animantium omniũ. Relinquitur ergo vita ea, quæ in actione versatur, quæq́; ab ea parte animi proficiscitur quæ rationis est particeps. Huius porro vis vna est, quæ rationi pa D ret: altera, in qua ipsa sedes est rationis & cogitationis. Cũ verò huius quoque vis sit duplex, ea constituẽda & ponẽda est, quæ actione cernitur. Hanc enim dici est aptius. Quod si ita est, opus officiũq́; hominis sit necesse est, animi actio rationi consentanea, aut certè à ratione non aliena. In eodem autem genere vnius & eiusdem & quatenus probus nõ est, & quatenus est, officiũ ponimus, vt citharœdi, & clari citharœdi: quod cõtingit in omnibus, addita ad opusvirtutis excellẽtia. Citharœdi enim est, vti fidibus: nobilis, scitè. Quod cùm ita

ſit,hominis opus & munus in vita quadã ponemus,quæ eadẽ E
actio eſt animi rationi congruens. Quæ omnia boni viri eſt
rectè ac præclarè gerere.At ſua quicque virtute rectè abſol-
uitur & expletur. Quod ſi ita eſt, ſummũ hominis bonũ ani-
mi actio eſt virtuti cõſentanea. Quòd ſi plures virtutes ſint,
optimæ ac perfectiſsimæ,idq́ue in vita vndique perfecta. Vt
enim vna hyrundo non facit ver,nec dies vnus: ſic vnus dies
aut breue tempus nõ efficit beatum.Atque hoc quidem pa-
cto ſummũ bonũ circunſcriptum ſit. Primùm enim ponen-
dum fuit oculis omnium, depingẽdumq́ue pingui quadam F
Minerua,tum poſtea deſcribendum.Eſt autem hoc in facul-
tate poſitum omniũ, producere & coaceruare deſcriptione
quæ recta ſunt omnia: quarum rerum in tempore poſita in-
uentio eſt & adiumentum,à quo etiam artes ipſæ à tã exiguo
principio profectæ ad tãtum decus peruenerũt. Poteſt enim
quilibet id quod deeſt,addere.Atque etiam meminiſſe debe
mus, quod ſuprà dictum eſt, ſubtilitatem non eodem modo
quærendã eſſe in omni diſputatione: verũ pro rei quæ pro-
poſita ſit natura:atque eatenus,quoad ars & via tradendi cõ- G
pendiaria patiatur.Nam & faber & geometra non eodẽ mo-
do rectum angulum inueſtigãt: ſed ille,quatenus eſt ad opus
vtilis: hic quoniã ſpectator eſt & æſtimator veritatis,quídnã
ſit,& qualis requirit.Eodemq́ue modo faciendum eſt in cæ-
teris omnibus, ne in eo quod attingendum fuit, quàm in eo
cuius cauſa attigimus, longior ponatur oratio. Neque verò
omnium ſimiliter quærenda & inueſtiganda cauſa & ratio
eſt: nõnullisq́ue in locis contenti eſſe debemus,ſi rem eſſe do
ceamus, vt fit in principiis.Eſt autẽ primũ & principium, rẽ H
eſſe. Principiorum autẽ alia inductione cognoſcuntur,non-
nulla ſenſu,quædã cõſuetudine,aliaq; aliter. Eorum autem
ſingula diligẽter explorata eſſe debent,quãtum natura poſ-
ſunt: dandaq; opera eſt, vt probè definiãtur, cùm præſertim
magnum momentum ad ea omnia habeant quæ cõſequun-
tur. Quocirca plus principium, quàm dimidium totius rei
valet: eoque fiunt multa perſpicua eorum, quæ indagantur.
Atqui cognoſcenda felicitas eſt nõ ex concluſione ſolùm,

summũ bonũ hominis

Hanc sententiam mutuatus est Horatius primi epistolarũ epistola secunda, cum ait: Dimidiũ facti, qui cœpit habet. Sapere aude:

A iisque ex quibus conficitur oratio, sed ex iis etiam quæ de ea feruntur. Nam & cõgruunt cum vero quæ insunt omnia, & quàprimùm verum dissentit à falso. Cum ergo bonũ in tria genera sit diuisum, sintq; alia bona fortunæ, alia animi, & alia corporis: animi bona verisimè & maximè bona nominamus. Itaque quoniã actiones animi & officia in animo ponimus, cùm præclarè dictũ est & aptè ad hanc quidẽ sententiã quæ & vetus est, & philsophis cõprobata: tum etiã rectè, quòd in actionibus quibusdã finem extremumq; ponamus. Sic enim B totũ positum est in animi cura & cogitatione, nõ in fortunæ temeritate. Cum ratione hac etiam cõgruit, quod vulgo dici solet, bene secundisq; rebus perfrui, beateq; viuere beatum. Propè enim ab omnibus in honesta quadã vita, & prosperitate posita est. Atq; etiã in eo in quo diximus essefelicitatẽ, ea omnia insunt, quæ de beatitudine quæruntur. aliis enim in virtute videtur, aliis in prudentia, quibusdam in sapientia. nonnulli eam in his ponunt, aut in horum aliquo, aut adiuncta, aut nõ seiuncta voluptate. alii etiam rerum externarum C adiungunt affluentiam. Atque hæc est multorum ac veterum, illa perpaucorum clarorumque virorum oratio & sententia. quorum neutros verisimile est omni ex parte aberrasse, sed aliqua: quinetiam magna ex parte rectam viam secutos. Ac cùm iis quidem qui beatam vitam dicunt omnem virtutem aut aliquam virtutem, consentit definitio: est enim ei actio consentanea. Magnopere autem refert profectò, in possesione summum bonum, an in vsu, an in habitu, an in actione ponatur. Fieri enim potest, vt is in quo inest habitus, D nihil rei præclarè gerat, vt dormientes, aut alio modo otiosi. At verò is in quo est actio, non potest: aget enim necessario, & honestè aget. Vt autem in Olympicis ludis, non formosissimus quisque, aut robustissimus corona donatur, sed qui in certamen descendunt: (horum enim nonnulli vincunt) sic eorum quæ in vita honesta ac bona versantur, compotes fiunt ii qui recta quæ sunt faciunt. Quorũ vita ipsa per se iucunda est, quoniam voluptate affici in iis numeratur quæ in animo insunt. Cuius autem rei quisque cupidus est,

boni diuisio

ea delectatur. Vt equo, is qui amat equos: theatro, qui theatri E
cupiditate ducitur. Eodemq́ue modo rebus iuſtis lætatur is, qui iuſti & æqui ſtudioſus eſt, & omnino rebus quæ ad virtutem pertinẽt, is cui virtus chara eſt. Ac pleriſque ea quæ iucunda ſunt repugnant, propterea quòd non ſunt ſua ſponte eiuſmodi. Iis autem hominibus qui ſunt ſtudioſi honeſtatis, ea voluptatem afferunt quæ vi ſua iucunda ſunt. Quo in genere ſunt quæ virtuti congruunt actiones. Itaque his ſunt voluptati, idq́ue propter ſe. Quocirca nihil eorũ vita voluptate indiget, tãquã aduentitia: ſed in ſe ipſa incluſam habet F
voluptatẽ. Nã præterea quæ dicta ſunt, nõ eſt vir bonus habẽdus is, qui honeſtis actionibus nõ lætetur. Neq; enim quiſquã aut iuſtũ dixerit eũ, qui iuſtis actionibus nõ gaudeat: aut liberalẽ eũ, qui nõ delectetur officiis liberalitatis: itemq́; in cæteris omnibus. Quæ cũ ita ſint, cõfitendũ eſt per ſe iucundas eſſe virtutis actiones & bonas & honeſtas, ac ſingulas maximè: ſiquidẽ verè de iis vir bonus iudicat: at iudicat, vt diximus. Eſt igitur quiddã optimũ, honeſtiſsimũ, & iucũdiſsimũ beatitudo. Nec verò ſeparata hæc ſũt ex Deliaco epigrãmate, G

Nil mage iuſtitia pulchrum eſt, meliusq́ue ſalute:
Res iucunda frui, quod ſibi quiſque petit.

Inſunt enim hæc omnia optimis actionibus, in quibus aut in vna earum optima felicitatem eſſe dicimus. Sed tamen bonis, vt diximus, externis indiget. Vix enim poteſt, aut ne vix quidem, res magnas & dignitatis plenas gerere is, cui nullæ opes, nullæ ſuppetant copiæ. Permulta enim efficiuntur quaſi inſtrumentis quibuſdam, vel amicorum opera, vel H
pecunia, vel ciuis dignitate: ſuntq́ue nonnullæ res quarum amotio beatam vitam labefactet, vt nobilitas, vt liberi, vt forma. Neq; enim planè ad beatitudinem aptus eſt is, qui omnino deformis ſit, aut ignobilis, aut qui vitam in ſolitudine degat, aut ſit ſine liberis: ac multo etiam minus forſan, ſi cui ſint liberi improbiſsimi, vel amici boni è vita exceſſerint. Ergo, vt diximus, has proſperitates videtur beata vita requirere. Ex quo fit, vt quidam felicitatem idem eſſe quod ſecundam fortunam: nonnulli, virtutem ſtatuant.

A Ex quo exiſtit quæſtio, num doctrina, conſuetudine, in alia aliqua exercitatione pariatur, an diuina aliqua cauſa adſit, an hoc ita ſit fortuitò. Ac ſi quod à diis aliud datum munus hominibus eſt, profectò conſentaneum eſt felicitatem etiam datam eſſe à diis: eoque maximè, quòd rebus humanis melior eſt & præſtātior. Sed hæc non ſunt huius diſputationis, & temporis. Hoc verò apparet, etiamſi non data ſit conceſſu & munere deorum mortalium generi, ſitque virtutis, artis, aut exercitationis, tamen in rebus maximè diuinis eſſe
B ducendam. Virtutis enim merces & finis, optimum quiddā eſt, diuinum, & beatum: quod idem late pateat, neceſſe eſt. Poteſt enim comparari diſciplina aliqua & diligentia ab iis omnibus, quorum quidem à virtute animus aliquo vitio non retardetur. Quòd ſi ſic melius eſt beatū eſſe, quàm fortuitò, certè ita eſſe confitendum eſt. Siquidem quicquid à natura proficiſcitur, ita ſecundum naturam affectum eſt, vt optimè affectū eſſe poſſit: itemque cum omnia quæ ab arte, cauſisq; omnibus efficiuntur, tū vel maximè quæ ab optima. Magnū
C autem ſcelus ſit, rem omnium & maximam & præſtantiſſimam fortunæ adſcribere. Atque etiā ex definitione perſpici poteſt quod quærimus. Cōfirmauimus enim eam eſſe actionem quandam virtuti conſentaneam. Reliquorum autē bonorum partim adeſſe neceſſe eſt, partim ſunt adiuuantia & vtilia quaſi inſtrumenta. Atque his conſentiunt quæ initio diximus. Ciuili enim ſciētiæ finem eſſe propoſitum ſummum bonum poſuimus. Huic autem cura omnis ferè in eo poſita eſt, vt & ciues bonos efficiat, & ad res magnas, & ho-
D neſtas agendas idoneos. Iure igitur nec bouem, nec equū, nec aliud animal vllum beatum ducimus. Nullum enim eorum eſt huius particeps actionis. ob eamque cauſam ne puer quidem beatus eſt: quippe cum nōdum per ætatem ad has vitæ actiones ſit aptus. Qui autem dicuntur, ob ſpem & expectationem quam de ſe concitāt, ducuntur beati. Opus eſt enim vndique, vt dixi, perfecta virtute, completaque vita. Multæ enim in vita mutationes, variique euētus verſantur: ferique poteſt, vt qui ſecunda fortuna vſus ſit, is in maximas incidat.

calamitates in senectute. quod de Priamo iis in libris qui de E
Heroibus scripti sunt, ferunt fabulæ. Qui autem casus eius-
modi senserit, misereque è vita migrauerit, eũ nemo duxerit
in beatis. Sed quæret aliquis, num quis alius quoad viuat,
iudicandus est beatus: sed Solonis sententia, expectandũ ex-
tremũ tempus ætatis, vt tum deniq; sit beatus, cùm supremũ
vitæ diẽ morte cõfecerit? At id quidẽ absurdum sit omnino,
cum præsertim felicitatẽ in quadã actione statuamus. Quòd
si beatũ negamus eũ qui excesserit è vita, nec hoc vult Solon
quidẽ: sed tum denique aliquẽ tutò beatum iudicari posse, F
cum iam à malis est miseriisque liberatus. Quanquã de hoc
quoque est dissensio. et si enim sensus abierit, tamẽ nõnullis
bonis & laudis & gloriæ, quanuis non sentiant mortui, quia
viuunt, non carent, vt decore & dedecore liberorum, poste-
rorum etiã rebus secundis & aduersis. Hæc quoque dubita-
tionem afferunt. Fieri enim potest, vt qui beatam vitã vsque
ad senectutẽ protulerit, migraueritque cõuenienter rationi,
eum multæ in posteris mutationes cõsequãtur: quorum nõ-
nulli boni viri sint, degantque vitam ex dignitate: alii cõtrà. G
Hoc etiam perspicuum est, eos multis modis in parẽtum ad-
uersis rebus nõ eiusdẽ generis posse affici. Absurdum quidẽ
sit, si eis quoq; cõmutetur, qui oppetiit mortem, sitque aliàs
miser, aliàs beatus. Absurdum hoc quoq; sit, res posterorum
nihil ne ad vllum quidem tempus ad parẽtes pertinere. Sed
redeundum est ad id quod suprà quæsitum est. Eo enim co-
gnito, fortè quod quærimus intelligetur. Si igitur supremus
vitæ dies expectãdus est, vt tum quisque beatus existimetur,
nõ quòd beatus ipse sit, sed quòd antea fuerit: quid est quã- H
obrem nõ sit absurdum, cùm quisque beatus est, de eo quod
inest non verè dici? quòd propter varietatem fortunæ mini-
mè placeat viuos concedere beatos, quódque stabile aliquid
ac firmum, vixque mutabile, beatam vitam putemus: fortu-
nam contrà sæpe recidere in eosdem. Perspicuum est enim, si
euenta sequamur, eundem nos sæpe aliàs beatum, aliàs mise-
rum esse dicturos. Ita beatum, Chamæleonti similem, nec sa-
tis firmum, affirmabimus. Atqui non est rectum, fortunam

quando homo censendus est beatus

A consectari. Non enim in ea positum est beatum esse vel miserum, etiam si hanc humana, vt dixi, vita desyderat. Beatæ autem vitæ dominæ sunt virtuti consentaneæ actiones, cõtrariæque contrariæ. Hanc autem ratione id quoque cõfirmat quod quæsitum est. Nulla enim in re mortalium tanta inest firmitas, tanta constantia, vt iis in rebus quæ virtute gerũtur. Multo enim scientiis ipsis & firmiores sunt & constantiores. quarũ vt quæque præstãtissima est, ita stabilis maximé: idque accidit ob eam causam maximè, quòd diutissimè in iis viuãt B beati. Quæ causa est, cur nulla obliuione obruantur. Inerit ergo in beato quod quærimus, talisque per omne tẽpus ætatis futurus est. Semper enim vel maximè ea & geret & cogitabit omnia, quæ virtuti congruunt: & quẽcunque fortuna casum inuexerit, hunc maximè decorè & aptè feret: quippe qui verè bonus sit, quadratus, omnique reprehensione carẽs. Cúmque multos casus fortuna inuehat, iique magnitudine & exiguitate differãt: perspicuum est, res secundas & aduersas, quæ paruæ & exiguæ interueniunt, nullum ad vitam mo C mentum habere: quæ autẽ & magnæ & multæ prosperè eueniunt, vitam efficient beatiorem. Nam & ad splendorem per se valent, & ad ornatum: & vsus earum gloriæ plenus est & dignitatis. Quæ autem contrà accidunt, eæ vitam beatã illæ quidẽ labefactant, (nã & dolores afferunt, & multas actiones impediunt,) sed tamen tum splendescit apparetque maximè, cùm sedatè ac moderatè quis & multas & magnas perfert calamitates: non indolentia quidem, sed quòd generoso, forti, magnoq; sit animo præditus. Quòd si sunt, vt dixi, vitæ D dominæ actiones, certè nemo qui sit beatus, esse miser vllo pacto potest. Neque enim vnquã quæ odio digna sunt, quæque mala faciet. Eũ enim qui vere bonus sit, quique sapiens, putamus omnes casus fortunæ æquo animo esse laturum: ex iis etiam quæ sint in potestate, semper pulcherrima quæque facturum. Vt & bonus imperator exercitu eo qui adest semper vt vsus belli ferat, commodissime vtitur, & sutor ex iis pellibus quæ suppetant calceum aptissimũ conficit, eodemque modo cæteri omnes artifices. Quòd si ita est, qui beatus

ſit,miſer eſſe nullo modo poteſt.nõ tamẽ beatus ſit quidem, E
ſi in Priami calamitates incidat.Nec rarius quidem certè eſt
& mutabilis. Neq; enim ex felicitatis poſſeſsione facilè quis
deiici detrudiq́ue poteſt: nec id leues caſus,ſed & graues &
magni efficiant.Ex miſero autem iterum beatus nõ fiet exi-
guo tempore:ſed ſi producto abſolutoq́ue ſpatio,rerum ma-
gnarum ac præclararum in eo accedat cumulus.Quid igitur
prohibet nos beatum ſtatuere eũ,qui virtutis perfectæ per-
fecto fungatur munere? quiq́ue in bonorum externorũ ſatis
magna abundantia viuat,nõ aliqua parte ætatis,ſed in omni F
vita confecta atque abſoluta:aut certè eodem addendũ, qui
& eam vitã ſit acturus,& mortem ex ratione obiturus? quã-
doquidem incertus eſt rerum futurarum exitus, & beatitu-
dinem finem eſſe, ac quiddam omni ex parte perfectum po-
nimus. Quæ cum ita ſint, beatos ex viuis dicemus eos, qui-
bus adſint permanſuraq́ue ſint quæ enumerata ſunt omnia.
at beatos homines.Atque hæc quidem hactenus. Caſus
11 autem & res aduerſas poſterorũ ac amicorum omniũ nihil
pertinere omnino ad mortuos, valde ab amici officio alienũ G
ſit,ſentẽtiisq; omniũ repugnare videatur.Igitur quàm multi
caſus ſint,iiq́ue longè ac latè differãt,cumq́ue alii magis,alii
minus pertineant,ſingillatim quidem diſſerere,lõgum ſit &
infinitum:ſummatim & populariter,ſatis.Vt igitur aduerſæ
res quæ beato accidunt, aliæ momentum habent ad vitam,
aliæ leues ſunt:ſic eæ omnes quæ amicis.Sed permultum in-
tereſt,viuis an mortuis mala cõtingant: ac multo etiam ma-
gis,quàm vtrum res iniquæ & nefandæ in tragœdiis antè tra H
ctentur,an gerãtur.Ratiocinandũ igitur etiam eſt hic, quid
quicque interſit:vel potius quærendum eſt de mortuis, vtrũ
alicuius boni participes ſint,an contra.Perſpicuum enim eſt
ex his,etiam ſi quid ad eos pertineat,ſiue boni ſiue mali,exile
id & exiguum aut omnino aut illis fore: ſin minus,certè non
tantam vim in eo eſſe, vt vel beatos eos qui non erant prius
efficiat:vel iis qui antè beati erant,beatam vitam eripiat.Er-
go hoc quidem iam apparet, res & ſecũdas amicorum & ad-
uerſas, ad eos pertinere illas quidem qui occiderint: ſed ita,

A vt neque ex beatis miſeros faciant, neque aliud quicquã ge-
neris eiuſdem. His ita expoſitis, iã felicitas in bonis ſit lau-
dabilibus, an potius gloriatione dignis, videamus. Eſt enim 12
perſpicuũ, eã nõ numerari in iis quæ ipſa nõ ſunt per ſe bo-
næ, ſed eſſe poſſunt. Igitur hoc apparet, quod laudabile ſit, o-
mne ob eã cauſam laudibus affici, quòd affectione aliqua ſit
præditum, & ad aliud quodã modo referatur. Nam & iuſtos,
& fortes, & vno nomine viros bonos, & virtutes propter ope-
B ra, munera, actionesq́; laudamus. Et robuſtos, & qui ad cur-
ſum valent homines, cæterosq́; eiuſdẽ generis propterea lau
damus, quòd à natura inſtituti ſint, aptiq́ue ad gerendas res
aliquas, quæ in bonis ſunt & honeſtis. Quod ex iis etiã laudi-
bus quæ diis tribuũtur, perſpici poteſt. Ridiculas enim eas fo
re cõſtat, ſi ad nos referantur. Hoc fit propterea, ꝙ laudes, vt
dixi, referendo tribuuntur. Quòd ſi laus in eo genere eſt, id
perſpicuũ eſt, vt quicque optimum eſt, ita minimè ad laudẽ
valere, multoq́; id eſſe & maius & præſtãtius. Idq́; ex eo etiã
C perſpicitur, ꝙ & deos beatos fortunatosq́; ducimus: & viros,
vt quiſque ad Deũ proximè accedit. Eadẽ eſt rerũ bonarum
ratio. Beatitudinẽ enim nemo ornat laudibus vt iuſtitiã, ſed
quòd multo & diuinior ſit & melior, diuino honore afficit.
Rectè etiã Eudoxus videtur primas partes tribuiſſe volupta-
ti. Nã cũ in bonis eſſet ipſa, neq; laudaretur, declarari puta-
bat, eã rebus omnibus præſtare quæ eſſent laudabiles: in eo-
dẽque eſſe genere deum ac ſummũ bonũ, quoniã ad ea cæ-
tera referrẽtur. Eſt enim virtutis laus propria: quippe cùm ea
apti ſimus ad res honeſtas gerẽdas. Encomia autem ea potius
D attingunt, quæ tã corporis q̃ animi gerũtur viribus. Sed hæc
quidẽ accuratius inueſtigare eorũ ſit potius, qui in encomiis
elaborarunt: nobis autẽ ex iis perſpicuũ eſt quæ dicta ſunt, in
bonis iis quæ ad decus valẽt, perfectisque numerari beatam
vitã. Quod ita eſſe hinc etiã apparet, quòd eſt principiũ. eius
enim cauſa omnes omnia facimus. principiũ autẽ, idq́; omne
in quo cauſa eſt cur cætera bona ſint, gloriatione dignum &
diuinũ ponimus. Sed quoniã beatitudo eſt actio quædam 13
animi virtuti vndique abſolutæ cõgruens, iã virtus ipſa con-

beatitudo diuinior iustitia

ſyderanda cognoſcendaque eſt.ſic beatam vitã facilius con- E
templabimur. Atq; is quidẽ videtur qui ciuili ſcientia verè
inſtructus eſt,huic maximam dediſſe operã:quoniã hoc vult,
hoc ſpectat , & ciues bonos efficere , & obedientes legibus.
Hoc declarant Cretenſium & Lacedæmoniorũ legiſlatores,
& ſi qui alii in eo genere floruerunt.Quòd ſi hæc ciuilis ſciẽ
tiæ propria eſt cognitio,perſpicuũ eſt,cum eo inſtituto quod
iam inde ab initio ſecuti ſumus,omnẽ hanc cõgruere & cõ-
ſentire quæſtionẽ.Videndũ eſt ſcilicet,quæ ſit hominis vir-
tus. etenim de ſummo bono hominis quærebamus. Sed vir- F
tutem dicimus hominis, nõ quæ corpus, ſed quæ animũ at-
q beata uita quid sit
tingit humanũ:beatamq; vitam, animi actionẽ nominamus.
Quæ cum ita ſint, perſpicuũ eſt, vt eum qui oculos curatu-
rus ſit,totum corpus : ſic eum qui ciuili ratione inſtructus
ſit,ea omnia quodãmodo quæ ad animũ pertinent cognita
habere oportere:ac multo etiã magis,quo maior ciuilis ſciẽ
tia & melior q̃ medicina eſt.Atqui clari nobileſque medici
multũ operæ in cognitione corporis ponunt . Cognoſcẽdus
igitur ei animus eſt,qui ciuili ſciẽtia eſt præditus.Cognoſcẽ-
dus eſt autẽ horum cauſâ,& quoad ſatis ſit ad ea quæ quæri- G
mus.Nã ſubtilior accuratiorq; eius explicatio maioris nego-
tii ſit,q̃ ipſa illa res quã nobis proponimus.De qua quoniam
in iis libris quos ἐξωτερικοὺς inſcripſimus,ſatis multa diximus,
ex tullij offic. sumpta sunt hec uerba
illinc aſſumenda ſunt quæ ad hunc locũ pertinebunt,veluti
vnã eius partẽ expertem eſſe rationis, participẽ alterã . Vtrũ
autẽ ſeparatæ ſint, vt partes corporis, & quicquid ex parti-
bus cõſtat:an cogitatione duæ res ſint,quæ ſua ſponte ſepa-
rari nequeant,quẽadmodũ in orbe pars quæ cõuexa dicitur, H
& cõcaua: ad id quod agimus,nihil intereſt.Eius autẽ partis,
quæ rationis expers eſt,alia vis eſt etiã plantæ cõmunis:eam
dico,quæ cauſa eſt cur alamur & augeamur . Hãc enim vim
animi tum in iis omnibus quæ aluntur,tum in fœtibus licet
ponere,tum etiã in perfectis animantibus.hanc enim aptius
14 eſt,q̃ aliam. Huius rurſum cõmune quoddã munus eſt,nõ
hominis proprium:quippe cum tum maximè cũ ſomnus ca-
pitur,hæc ſiue pars ſiue vis ſuo officio& munere fungatur.

A Atqui bonus ab improbo in ſomno minime internoſcitur.
Hinc negant inter beatos ac miſeros per dimidiatũ vitæ tẽ-
pus quicquã intereſſe. Idq; iure ac merito accidit, propterea
ꝙ ſomnus animi eſt requies, nõ quia bonus ſit vel malus, niſi
ſi quæ motiones ſenſim oriantur, ac tũ meliora viſa ſunt bo-
norum q̃ quorũlibet. Sed hæc quidẽ hactenus. Alendi etiam
vis prætermittenda eſt, quãdoquidẽ virtutis hominis expers
eſt. Alia autẽ eſt etiam vis animi rationis expers, quæ tamen
eius quodã modo eſt particeps. Nam & cõtinentis impoten-
B tisq́; rationẽ & animi partẽ eã quæ rationẽ habet, laudamus.
Inuitat enimvera ratio bene ſanos ad iuſtitiam & æquitatẽ.
Conſtat autẽ in eis aliquid aliud eſſe innatũ præter rationẽ,
quod repugnat obſiſtitq́; rationi. Vt enim in corpore, ſi par-
tes diſſolutas & diſſipatas dextrorſum moueri velimus, cõtrà
ad læuã perſpicue feruntur: ſic in animo. diſtrahuntur enim
in cõtrarias partes impotentium cupiditates. Sed in corpore
id quod rapit & diſtrahit videmus, in animo non videmus.
C Certè nihilo minus exiſtimare debemus ineſſe quiddam in
animo præter rationẽ, quod ei reſiſtat & repugnet. Quomo-
do autẽ ab ea diuerſum ſit, nihil intereſt. Hoc autẽ, vt dixi, ra
tionis eſt etiã particeps. paret enim rationi in cõtinente, ac
multo etiam magis in tẽperatis & fortibus, in quibus omnia
rationi cõgruũt. Hoc ergo apparet, vim expertẽ rationis eſſe
duplicẽ: vis enim ea quæ creſcẽdi cauſa tributa eſt, nulla ex
parte rationis eſt particeps: cõcupiſcendi autẽ & appetendi
quodãmodo ea vtitur, quatenus ei obedit, atq; paret. Atqui
eam dicimus cõpotem quidẽ & parẽtis amicorũ q́; rationis
D nõ tãquam mathematicorum. Nam vim expertem rationis
parere quodammodo rationi, & admonitiones, & obiurga-
tiones, & adhortationes indicant. Quòd ſi cõfitendum eſt,
hanc quoque vim cõpotem eſſe rationis, duplex vis erit ra-
tionis particeps: alia propriè & in ſe ipſa: alia veluti probus
filius obedit parenti. Hac autem diſtinctione & diſsimilitu-
dine etiã virtus diuiditur. alias enim in ratione eſſe dicimus,
alias more perfectas. In ratione ſunt, vt ſapientia, vt ſagaci-
tas, vt prudentia: more perfectæ, vt liberalitas & tẽperantia.

Virtutes, quæ ſunt in ratione, & quæ ſunt more perfectæ nota.

Nam cùm de moribus alicuius loquimur, non sapientẽ eum, E
vel sagacem dicimus, sed clementẽ & modestum. sapientem
etiam laudamus ob animi habitum, & habitus eos qui lau-
dabiles sunt, virtutum nomine appellamus.

ETHIC. ARISTOT. LIB. II.



1 ED cùm duo sint virtutum genera, alterũ earum quas in ratione esse dicimus, alterum earum quas morales & voluntarias: rationis quidem magna ex parte à doctrina ortum accesionemq́ue habent. F
Itaq; & exercitationis indigent & temporis. ἡ δ' ἠθικὴ id est moralis & voluntaria virtus, ἐξ ἔθους id est more, à quo nomen duxit, quod paulum ἀπὸ τοῦ ἔθους deflexit, omnino cõparatur. Ex quo perspicuũ est, nullã omnino moralium virtutũ ingenerari nobis natura. Nihil enim quod insitum & innatũ est, aliter atque est, assuescit. Vt lapis qui suapte spõte deorsum fertur, nunquam in sublime ferri assuescat, ne si milies quidẽ eum quis sursum vt cõsuefaciat, emittat. Eodemq́; modo nec ignis deorsum, nec aliud quicquã aliter atque ipsius natura ferat, potest assuescere. Non igitur à natura, neq; cõ- G
tra naturam in nobis insunt virtutes: sed nati factique sumus ad eas & percipiẽdas natura, & efficiendas cõsuetudine. Iam verò quæ nobis à natura tributa sunt, eorũ primùm facultates accipimus, deinde officiis muneribusq́; fungimur. Quod in sensibus cernere licet. Neq; enim ex eo ꝙ crebro aut aspeximus, aut audiuimus, sensus accepimus: cõtraq́ue eorũ cum iam essemus cõpotes, eis vsi sumus, non cùm vsi essemus, percepimus. At verò virtutes accipimus, antea cùm operis ali- H
quid cõfectum dederimus. Quod in cæteris fit artibus. Quæ enim faciẽda sunt cum didicimus, ea tum cum agimus, discimus maximè. Veluti homines tum architecti existunt maximè, cùm ædificãt: & citharœdi cùm fidibus vtuntur. Similiter tum iusti, tẽperãtes, fortesq́ue efficimur maximè, cum ea facimus quæ iusta sunt, quæ modesta, quæ fortia. Atque etiã hoc ipsũ declarat & docet quod fieri solet in reb. pub. in quibus legislatores cõsuetudine & exercitatione ciues bonos ef-

A ficiunt.Eſt enim hæc omnium qui leges imponunt ſententia
& voluntas.Quod qui minus rectè faciunt,aberrant.quippe
cùm hac vna re præſtet vitioſæ bene conſtituta Reſp.Iam ex
iiſdem rebus oritur virtus omnis,& ab iiſdem interit.Similis
eſt ratio artium omniũ. Nam ex eo quòd vtuntur fidibus,&
clari & ignobiles citharœdi exiſtunt.Eadem eſt ratio archi-
tectorum reliquorumq́ue omnium.Nam ex eo quòd ſcitè &
peritè ædificant, boni architecti futuri ſunt: ex eo ꝙ inſcitè,
B mali. Quod ni ita ſe haberet, nec rationi vllus eſſet nec do-
ctrinæ locus,omneſq; docti & indocti naſcerẽtur. Eademq́;
omniũ virtutum cauſa & ſententia eſt.Nam cùm ea facimus
quæ pactis continentur iis quæ hominibus inter ipſos inter-
cedunt,alii iuſti,alii iniuſti efficimur. Et cùm ea omnia quæ
acerba moleſtaq́ue ſunt,agimus,aſſueſcimusq́ue aut timere,
aut cõfidere,nõnulli fortes,quidã timidi ignauiq́ue exiſtunt.
Eodemq́; modo de cupiditatibus & iracundia iudicãdũ eſt:
quoniã alii temperantes & clementes,plerique intẽperati &
C iracundi efficiuntur:hi quia ſic,illi quia ſecus in iiſdẽ verſen
tur. Atq; vt vno verbo finiã,ex ſui ſimilibus actionibus om-
nes habitus oriũtur. Itaq; faciendæ ſunt certo quodã genere
actiones, quandoquidem earum differentias habitus conſe-
quuntur. Nõ igitur parui,ſed magnopere,atq; adeo ad ſum-
mã refert, vtrum ſic an ſecus iam inde à puero aſſueſcamus.

Quoniam igitur huic negotio quod ſuſcepimus, non eſt 2
propoſita contẽplatio quaſi finis,vt cæteris (id enim agimus,
non vt quid virtus ſit, intelligamus, ſed vt boni efficiamur,
quãdoquidẽ vſus eius nullus foret) neceſſe eſt quemadmodũ
D actiones & officia ducãtur,cõſyderare. In iis enim ſitum eſt,
quemadmodum dixi,vt habitus quales debent,oriantur. Ac
illud quidem cõmune eſt omnium, idq́ue poſitum ſit,rectæ
rationi cõueniẽter fieri : deq́; eo diſſeretur poſterius,& quid
ſit recta ratio, & quẽadmodũ affecta ſit ad reliquas virtutes.
Illud autem prius cõſtare & cõuenire debet,omnem quæ de
rebus agendis habetur orationem,populariter,nõ ſubtiliter
tractari oportere:vtq́ue initio diximus,rationes pro rei natu-
ra exigendas eſſe. Vt autem in rebus ſalubribus, ſic in actio-

nibus,iisque omnibus quæ conducunt,nihil ineſt firmitatis, E
nihil ſtabilitatis,& roboris. Cumque eiuſmodi ſit,quæ de ge
nere toto habetur oratio, multo etiã minus certa eſt quæ de
rebus ſingulis habetur, quoniã nec ſub artẽ, nec ſub præce-
ptionem vllam cadunt. Sed vt in medicina & gubernatoris
arte, ſic iis omnibus qui in actione rerum verſantur, tẽporis
habenda ratio eſt. quãquam autem id eſt quod nunc agimus
eiuſmodi,tamen danda omnino opera eſt vt alleuetur. Hoc
igitur imprimis intelligendum eſt, iis omnibus quæ ſunt in
hoc genere,ab eo quod nimiũ & parum eſt,interitum impẽ- F
dere natura (perſpicuis enim rebus ad obſcuras illuſtrandas
vtendum eſt) Id quod licet in viribus & valetudine cernere.
nã & profuſæ & remiſſæ nimium exercitationes labefactant
vires, euertuntq; funditus. & poculenta ac eſculenta ſi mo-
dum tranſeãt,vel infra modum adhibeantur,labefactant va-
letudinem eodẽ modo: ſin moderata ſint & modica,pariunt,
augẽt,ac tuentur. Quod idẽ & in temperantia,& in fortitu-
dine,cæteriſq; virtutibus cõtingit. Qui enim fugit timetq;
pericula omnia, quique nullũ perfert, is timidus & ignauus
euadit: & qui nullũ timet omnino, ſed adit omnia, is audax G
exiſtit. Itemque qui omnibus voluptatibus perfruitur, nul-
lamque prætermittit,intemperans: qui verò omnes præter-
mittit & cauet, vt ſolẽt agreſtes, is ſenſus omnis expers iudi-
candus eſt. Tollitur enim tẽperantia,tollitur fortitudo ab eo
quod nimiũ eſt & parum. At verò ſaluæ ſunt & incolumes
mediocritate dominante. Verùm nõ ſolùm ortus incremen-
taque & interitus ex iiſdem & ab iiſdem efficiuntur, ſed in
iiſdem etiã actiones verſantur. Quẽadmodum enim aliis in
rebus quæ euidentiores ſunt,id cõtingit,veluti in viribus,vt H
ex eo gignãtur, ꝙ & multum cibi capiatur, & multi labores
ferantur, quod valens viribus efficere poteſt maximè: ſic in
virtutibus. Nã & ex eo temperantes efficimur,ꝙ nos à volu-
ptatibus abſtinemus: & cùm ii ſumus, ab iis facillimè abſti-
nere poſſumus. Similis eſt ratio fortitudinis. Nã cũ & ea quæ
terribilia ſunt deſpicere,& eadẽ magno animo ac forti per-
ferre aſſueſcimus,tũ fortes exiſtimus,quales cùm ſumus,quæ

A terrorem afferunt, facillimè ſuſtinemus. Habitus autem 3
quales ſint, ex voluptate ac dolore quæ facta & opera conſequuntur, perſpici debet. Nam qui ſe à corporis voluptatibus abſtinet, eoq́ue ipſo lætatur, is tēperans: qui id moleſtè acerbeq́ue fert, is intemperans putandus eſt. Et qui moleſta quæ ſunt, forti ac magno animo perfert, ex eoq́ue voluptatē percipit, aut certè nō fert grauiter, fortis: qui ægrè fert, is habēdus ignauus. Virtus enim moralis ac voluntaria omnis inhæret voluptatibus ac doloribus. Nā & voluptatum blanditiis
B deliniti, ad ea gerenda omnia quæ praua ſunt, impellimur: & dolorum cum admouentur faces, à rectè factis deducimur. ¶ Itaque Platonis ſententia, inſtitutos eſſe omnes oportet iam inde à puero, vt lætemur bonis rebus, doleamusq́; cōtrariis. Recta eſt enim hæc educatio. Iā verò ſi in actionibus, & perturbationibus hærēt virtutes: omnem autem perturbationē actionemq́ue omnē ſequitur voluptas aut dolor: ob eā certè cauſam virtus in voluptatibus doloribusq́ue verſatur. Hoc
C etiam ſupplicia, quæ ob eas ſumuntur, indicant. medicinæ enim quædā ſunt. At curationes ex diſsimilibus cōtrariisq́; rebus ſolent effici. Præterea habitus omnis animi, quemadmodum ſuprà dixi, quibus in rebus poſitum eſt, vt melior vel deterior gignatur, in iis vim ſuam omnē obtinet. A voluptatibus autē & doloribus habitus vitioſi naſcuntur: propterea quòd ea quis ſequatur aut caueat, vel quæ facienda fugiendaq́ue non ſint, vel quando, vel quomodo facienda non ſint & cauēda, quæq́ue ſunt eiuſdem generis, quæ ratio præſcribat. Itaq; virtutes vacuitates quaſdā perturbationum tran-
D quillitatesq́ue animi definiunt. Haud probè quidem, quòd omnino dicant, nec adiūgant quomodo decet, aut quomodo nō decet, & quādo, & cætera omnia quæ addūtur. Ergo hoc præponitur, virtutem quæ in hoc genere eſt, in voluptatibus doloribusq́; verſari, in eaq́ue ad res optimas gerendas ineſſe momēta maxima: in vitio, cōtrà. ¶ Quod ex eo etiā perſpici poteſt, quia cū tria ſint quæ ſequimur, & tria quæ declinamus, honeſtum, vtile, iucundum: & tria quæ ſuperioribus cōtraria ſint, turpe, inutile, moleſtum: cùm in iis omnibus vir bo-

nus rectè ſe gerit, & improbus præpoſterè, tum vel maximè E
in voluptatibus. Nam & cõmunis eſt animantium omnium,
& ea omnia cõſequitur, quæ ſub appetitionẽ cadunt. Etenim
quicquid honeſtum, quicquid vtile, id omne iucundũ. Præterea quoniam vnà nobiſcum iam inde ab incunabulis educata eſt, difficile factu eſt hãc perturbationem euellere omnino, quæ penitus in vita implicata inſidet. Atque etiã actiones factaq́ue noſtra dirigimus voluptate & dolore, alii minus, alii magis. Ob eã igitur cauſam neceſſe eſt in his verſari
hoc noſtrum inſtitutum. Non enim in eo parua momenta F
ſunt ad officia & actiones, ſi quis rectè aut improbè lætetur aut doleat. Præterea difficilius eſt, vt ait Heraclîtus, voluptati obſiſtere, q̃ iracundiæ. At ſemper vt quicque habet difficultatis & negotii plurimum, ita in eo potiſsimum ars omnis virtusq́ue verſatur. Quod enim vndique perfectum abſolutumq; eſt, id ibi maiorẽ obtinet & ſplendorem & dignitatẽ. Quare ob eam etiam cauſam vt cõſiſtat neceſſe eſt in dolore ac voluptate omnis quæ de moribus & ciuili ratione inſti-
tuitur diſputatio. Nam qui his rectè vtetur, is vir bonus: qui G
peruerſe, improbus futurus eſt. Atque hoc quidem iam confectum eſt, virtutem voluptatibus doloribusq́ue cõiungi: & quibus ex rebus gignitur, ab iis & augeri eã & interire, ſi eodẽ modo non fiant: eandem à quibus rebus nata ſit, in iis munus
4 ſuum & officium exequi. Quæret autem aliquis, quid ſit cur eos dicamus qui res iuſtas efficiant, iuſtos: qui modeſtas, temperantes exiſtere oportere: præſertim cùm ſi res agãt iuſtas, ſi modeſtas, iuſti iam ſint ac tẽperantes. Vt ſi qui grãmatici muſiciq́ue munere fungantur, ii grãmatici ſint & muſici
neceſſe eſt. At ne in artibus quidẽ ita ſit. Fieri enim poteſt, H
vt quis quid præſtet eorum quæ grammatici arte continentur & fortuitò & alterius præſcripto. Ergo tum deniq; grãmaticus erit, & ſi quid eorum quæ grammatici propria ſunt, & ſi grammaticè faciet, hoc eſt, ſi ab ea quæ in eo ineſt arte grammatica proficiſcatur. Iam artium ac virtutum non eſt eadem ratio, propterea quòd quæ ab artibus proficiſcuntur, quoniam laus omnis & præſtantia incluſa in iis ipſis eſt, ſatis

A sit ea certo quodā genere effici. At verò quæ virtute gerun-
tur, non si ea quodam modo affecta sint, continuo iustè tem-
peratéve efficiuntur: sed si is etiam qui faciat, quodammodo
sit affectus. primùm, si sciens, deinde si volens & vltro, idque
eorum causa: tertio, si firmo & stabili animo faciat. Quorum
præter scientiā nihil artibus tenendis percipiendisq; requi-
ritur. Ad virtutes verò, cùm scientia parum aut nihil valet,
tum non parua, sed omnia momenta sunt in cæteris. Quæ
quidem cōsuetudine iustè moderateque viuendi omnia cō-
B parantur. Ergo tum denique res iustæ ac modestæ dicuntur,
cùm eiusmodi sunt, quales viri iusti temperātesque agerent.
Iustus autem & modestus is demum est, non qui eas res gerat
omnino, sed qui ita gerat vt iusti & frugales faciūt. Hoc ergo
vere dicunt, ex rectè tēperateq; acta vita iustos moderatosq;
viros effici. Quam vitā qui nō traducat, is nūquā est futurus
bonus. Sed plerique cum hæc non faciant, ita denique se &
probos fore & philosophaturos putāt, si ad verba cōfugiant.
Ii simile aliquid faciunt quod ægroti, qui medicos illi quidē
C libenter audiunt ac diligēter, sed nihil eorū quæ præscripta
sunt faciunt. Quemadmodū igitur illis nūquam bene habi-
turum est corpus qui ita curātur: sic nec his animus, qui isto
modo philosophantur. His expositis deinceps videndum 5
est, quid sit virtus. Quoniā igitur tria sunt in animo, pertur-
bationes, facultates, habitus, ex his tribus vnū aliquid sit vir-
tus necesse est. Perturbationes autem appello, vt cupiditatē,
vt iram, vt excandescentiam, timorē, audaciam, vt inuidiam,
gaudium, amicitiam, vt odium, desyderium, æmulationem,
D misericordiam, & omnino ea omnia, quæ vel voluptas cōse-
quitur vel dolor. Facultates autē, quibus ad perturbationes
accipiendas apti sumus, dicimus, vt per quas vel irasci possu-
mus, vel dolere, vel misereri. Habitus verò sunt, quibus pro-
be vel male affecti sumus in perturbationibus: velut cū ira-
scimur, si vehementius, vel parū, male: sin mediocriter, bene
affecti sumus: itēq; in cæteris. Ac perturbationes quidē nec
virtutes sunt, nec vitia, propterea ꝙ ex perturbationibus nec
probi nec improbi nominamur: ex virtutibus & vitiis nomi-

namur: quodq́ue perturbationes nobis nec laudi dantur, nec vitio. Nec enim qui timet laudatur, aut qui irascitur: nec qui omnino irascitur, vituperatur, sed qui certo quodã modo. At verò propter virtutes & vitia iure laudamur, aut vituperamur. Iam irascimur & timemus inconsultò, virtutes aut ipsa cõsilia sunt, aut res gestæ consilio. Ad hæc, perturbationibus moueri dicimur: virtutibus & vitiis non moueri, sed quodãmodo affici dicimur: ob easq́ue causas ne facultates quidem sunt. Neque enim eo vel boni dicimur aut mali ꝙ omnino agere possumus, vel laudamur, vel vituperamur. Præterea facultate præditi sumus natura, boni vel improbi non sumus, quod supra ostẽdimus. Quòd si nec perturbationes sunt virtutes, nec facultates, relinquitur vt sint habitus. Ac virtutis quidẽ quod sit genus, dictũ est. E F

6 Dicendũ est autẽ nõ solum habitus esse virtutes, sed etiã quales sint. Hoc igitur cõfitendũ est, virtutẽ omnẽ, in quo ipsa sit, eũ probè affectũ reddere, officiumq́ue ac munus eius probè exequi. Vt virtus oculi & ipsum oculũ integrũ efficit, & munere illius rectè fungitur. virtute enim oculi probè cernimus. Itemq; virtus equi, equũ generosum efficit, & ad cursum aptũ, & ad vehendũ eũ qui insideat, ad expectãdosq́ue hostes idoneũ. G Quòd si ita est in omnibus, certè hominis virtus habitus erit, quo & bonus homo efficitur, & officio suo ac munere probe fungitur. Hoc quemadmodũ futurũ sit, & iam diximus, & nunc ita deniq; perspici poterit, si qualis eius sit natura, etiã atque etiã cõsyderabimus. Licet quidẽ in omni natura cohærente & continuata, quæq; secari potest & diuidi, & quod præstat, notare, & quod superatur, & quod æquale est: idq; vel pro rei natura H vel nostro more. Aequale autẽ dicitur id, quod mediũ est inter rem quæ præstat, & eã quæ vincitur. Rei autem medium appello id, quod æquè abest ab vtraque extremitate: idq́ue apud omnes vnũ idẽq́ue valet & efficit. Nostra autẽ ratione id mediũ est, quod nec transit modum nec deserit, nec vnũ idẽq́ue apud omnes valet. Vt si decẽ nimiũ multa sunt, duo nõ satis, capiãt sex pro rei medio. Aequè enim superant atq; superantur. Hoc autem medium à proportione arithmetica

A ducitur. At quod nobis medium eſt,non ita ſumitur. Non enim ſi cui decem minas edere nimium ſit, duas parum, ſex minas magiſter ludi præſcripſerit. Eſt enim hoc fortaſſe nimiũ vel parũ ei qui capiat, vt Miloni parum, tyroni nimiũ. Eadẽ eſt & curſus ratio & luctæ.Ita nimiũ & parum artifices omnes vitant, mediocritatẽ & exquirunt, & perſequuntur: ac mediocritatem non rei quidem, ſed quæ à nobis ducitur. Quòd ſi ars omnis & ſcientia ita denique præclarè ſuũ munus exequitur & abſoluit,ſi mediocritatem intuetur, ad eãque ſua opera omnia refert (hinc ſolent de operibus iis quæ B perfecta ſunt & abſoluta,prædicare,nec iis detrahi quicquã nec addi poſſe, quia nimiũ & parum omnẽ præſtãtiam laudemq́ue artis labefactet,conſeruetq́; mediocritas) clari autẽ artifices eò,vt dixi,opera ſua referũt: & vt natura, ſic certior eſt dux virtus præſtantiorq́; q̃ ars omnis:profectò mediocritatis ea ſit indagatrix neceſſe eſt.De ea loquor,quæ voluntate ac more ſuſcipitur,quæ in perturbationibus actionibusq́; conſiſtit,in quibus eſt,& nimiũ,& parum,& mediocritas.vt C & timere & cõfidere,& cõcupiſcere,& iraſci,& miſereri,& omnino gaudere,& dolere poſſumus & nimium,& parum: quorum vtrunque non rectè fit. At verò quando,quibus de cauſis,quibuſq́; rebus decet,cuiuſq́ue rei cauſa,& quomodo æquum eſt hæc facere omnia,perfectum quiddã eſt ac optimum: quod quidẽ in virtute ſitum eſt. Itemq́; in actionibus & officiis nimiũ,& parum verſantur,& mediocritas.At virtus in perturbationibus actionibusq́; cõnectitur: in quibus & nimiũ & parum in vitio eſt:mediocritas in laude & rectè D factis,quæ duo virtutis ſunt maximè propria.Eſt igitur mediocritas quædã virtus, cùm medii & perfecti ſit indagatrix. Iam peccare licet multis modis, quoniã vt Pythagorei cõiiciebant,malum infinitum incertumq́ue eſt,bonum certum atq; finitum.At verò rectè facere vno modo licet.Itaq; illud facile,hoc difficile eſt. Nam & à ſigno diſcedere facile eſt,& ipſum attingere magni negotii. Ob eamq́; cauſam nimiũ & parũ in vitio eſt,mediocritas in virtute. Boni enim vno modo efficimur, mali modis omnibus. Eſt igitur virtus, habi-

Virtus est mediocritas duorũ vitiorũ, alterius secundum excessũ, alterius secundum defectum.

tus animi iudicio susceptus, in mediocritate positus, ea quæ nos attingit, ratione sic rectus, vt prudens præscripserit. Mediocritas autem duorum vitiorum est: quorum alterum eo ꝙ superat, alterum eo quòd parum est, cernitur: idq́ue vel ob id maximè, quòd alia vitia in perturbationibus & actionibus decorũ modumq́ue transeant, alia ab eo deficiant: in quibus virtus & inuenit, & seruat mediocritatem. Quocirca virtus natura sua & definitione, qua quid esset explicatum est, mediocritas intelligitur, rei optimæ perfectæq́ue ratione, extremitas. Sed nõ omni actioni & perturbationi modus adhiberi & apponi potest. Sũt enim quædam quæ nomine suo vitiosa declarari videntur, vt maleuolentia, vt impudentia, vt inuidia: & in factis, vt adulterium, furtum, cædes. Hæc enim omnia, quæq́ue sunt eiusdem generis, ipsa per se vitiosa dicuntur: nõ eorum immensi nimium aut parum magni progressus. Nũquam igitur in rectè factis esse hæc possunt, sed sunt semper in vitio: nec in his talibus illud rectè, aut non rectè versatur, adulterando, vel quãdo, vel quemadmodum opus est: sed absolute quiduis eorum facere, vitiosum est. Quamobrem nihil interest, vtrum quis moderatam iniustitiã, moderatam ignauiam, moderatam intemperantiam quærat, an immoderatas eas, & nimium paruas. Nam isto quidem modo & ei quod modum transit eumq́ue deserit, modum apponere licebit: & ei quod vltra modũ progreditur, id quod modum superat: & ei quod parum est, id quod parum est. Vt igitur temperantiæ & fortitudinis nec nimium est nec parum, propterea quòd mediocritas quodammodo in summo sita est: sic istorum modus nullus est, nec nimium, nec parum, sed vt quicque gestũ est, ita est in vitio. Omnino enim nec eius quod nimiũ est & parum modus vllus est, nec mediocritatis nimium & parum.

7 Hæc autem non solum de genere toto virtutum dicenda sunt, sed ad singulas etiã conuenit accommodare. Omnium enim disputationum quæ de actionibus officiisq́ue instituuntur, ea quæ ad genus vniuersum accommodãtur, latissimè patent: quæ autem ad partes, ad veritatẽ propius accedũt. In singulis enim rebus actiones

A & officia verſantur, quibus debet reſpõdere oratio. Hæc igi-
tur ex ſubiecta ſunt deſcriptione capienda. Ac in metu qui-
dem & cõfidentia, fortitudo mediocritas eſt. Eorum autem
qui modum tranſeunt, qui timoris vacuitate, vacat nomine.
(Sunt autem multa vacantia nomine:) qui autem confidẽtia
impulſus, modum egreditur, audax cõfidenſque nominatur.
At qui nimium timet, parumque confidit, ignauus dicitur.
In voluptatibus autẽ & doloribus non omnibus quidem, ſed
ad corpus pertinentibus, iiſque potiſsimum quæ tactu per-
B cipiuntur, minus etiam in doloribus, modus eſt, tẽperantia:
nimiũ, intemperantia. Qui porro à voluptatibus nimiũ ab-
horreant, nõ admodũ multi reperiuntur, vt ne nomen quidẽ
habuerint. Appellentur ſanè omnis ſenſus expertes. Iam in
dandis accipiendiſque pecuniis mediocritas, liberalitas dici-
tur: quæ modum tranſit, prodigalitas: quæ ab eo deficit, aua-
ritia, & illiberalitas. Contrarioque modo in iis vltra modum
progrediuntur, ab eoque deficiunt. Prodigus enim largiẽdo
modum tranſit, & accipiendo abeſt ab eodẽ. At verò auarus
C in accipiendo nimius eſt, in dando parcus. Atque hæc quidẽ
nũc populariter ac ſummatim exponimus, hoc ipſo cõtenti,
poſt diſſeremus ſubtilius. Verſantur etiã in pecuniis aliæ affe-
ctiones, quarum mediocritas magnificẽtia nominatur. Nam
inter magnificũ & liberalem hoc intereſt, ꝙ ille in magnis,
hic in paruis cernitur. Nimiũ ἀπειροκαλία καὶ βαναυσία: parũ,
μικροπρέπεια dicitur, differuntque ab iis quæ ſunt liberali-
tatis. Quid autem differant, poſterius docebimus. Porro in
honore & infamia mediocritas, magnitudo animi appella-
D tur: exuperantia, elatio animi: defectio, paruus puſillusque
animus. Quam autem rationem liberalitatẽ ad magnificen-
tiam habere docuimus, paruis differẽtem, eandem habet ad
magnitudinẽ animi quæ in magnis honoribus verſatur alia
quæ in paruo honore cernitur. Licet enim & vt decet hono-
rem gloriamque expetere, & nimiũ & parum. Qui nimia cu-
piditate ducitur gloriæ, is ambitioſus: qui nõ ſatis, vacuus ab
honoris cupiditate appellatur: at qui modũ tenet, vacat no-
mine. Atque etiã affectionibus nullum nomen impoſitũ eſt,

nisi quòd ambitiosi propria est ambitio. Hinc extremi de va- E
cua regione, quæ intra fines eorum quasi media locata est, iudicio disceptant: estque cum nos eum qui modum tenet, ambitiosum: est cum eũdem, abhorrentem ab omni honore nominemus. Atque aliàs ambitiosum laudamus, aliàs eum qui nullo honoris studio tenetur. Quod quã ob rẽ faciamus, deinceps explicabimus. Nunc nostro more disseramus de cæteris. Atque etiam in ira exuperantia est, defectio, & mediocritas. Cumq; eorum nõ ferè extent nomina, eũ qui modum tenet, clementem, & mediocritatẽ clementiam mansuetudinemq; F
nominamus. Extremorum is qui vltra modum progreditur, iracundus, & vitium iracundia appellatur. Qui autẽ parum irascitur, lentus, vitium lentitudo dicitur. Sunt etiã tres aliæ mediocritates, finitimæ omnino, sed tamen inter se differunt aliquid. Nam cùm in sermonũ actionumq; societate versentur, hoc tamen differunt, ꝙ vna in veritate, aliæ duæ in vitæ iucunditate cernuntur. Atq; huius quidẽ iucunditatis pars altera ludis tribuitur, altera omnibus rebus iis quæ vitã attingunt humanam. Quamobrem de his etiã nobis dicẽdum est, G
quo facilius in omnibus ferè rebus mediocritatẽ esse laudabilem perspiciamus, & extrema nec recta nec laudãda, quin etiam vituperanda. Et quanquã permulta sint eorum vacantia nomine, tamẽ dãda opera est, vt iis sicut aliis nomina imponamus, quo & res dilucidior sit, & nos facilius cõsentanea dicamus. Igitur in veritate qui modum adhibet, verax, & habitus veritas dicitur. Simulatio si in maius progrediatur, arrogãtia: & qui eam habet, arrogans: Sin sua nimiũ extenuet, ipsa affectio dissimulationis: & qui ea præditus est, dissimu- H
latoris nomine, & crimine notandus. In iucunditate porro quæ ad lusum accõmodatur, qui modum quendã adhibet, is comis, seu vrbanus habendus est, & affectio comitas & vrbanitas: at quæ modũ egreditur, scurrilitas, & in quo ipsa inest, scurra dicitur. Qui verò omnino à ludo abhorret, is agrestis & rusticus, affectio ipsa rusticitas habenda est. Quod autem attinet ad reliquã iucunditatem, eam quæ in vita adhibetur, qui ita se iucũdum præbet, vt ratio postulat, is facilis, & me-

A diocritas,facilitas dicitur. Qui modũ egreditur,si nulla causa ductus,affabilis: sin emolumenti sui causa,assentator habẽdus est. At qui omnino abhorret disceditq́; á modo & ratione,seq́; tristẽ rebus omnibus præbet, is morosus & difficilis putandus est. Atque etiam in perturbationibus,iisq́ue rebus omnibus,quæ in perturbationibus versantur, mediocritates reperiuntur. Verecundia enim nõ est illa quidem virtus,attamen qui pudore afficitur,verè laudari solet. Nã his in rebus alius modum apponit, alius eum transit: vt pauidus, qui
B omni ex re pudore afficitur: tertius,qui à modo deficit, nullaq́; ex re omnino pudore afficitur,impudẽs:qui autem modũ adhibet,is pudens & verecundus dicitur. Indignatio verò mediocritas est inuidiæ & maleuolentiæ. Cernuntur autem in iis ægritudinibus & voluptatibus omnibus quæ ob eas res suscipiuntur,quæ proximis eueniunt. Qui enim indignatur, is dolet illorum rebus secundis,qui iniuria iis fruuntur. Inuidus hunc vincens dolet rebus omnibus. At maleuolus tantũ abest ab eo vt doleat,vt etiam capiat voluptatem. Sed de his
C quidẽ alius est mihi ad dicẽdum cõstitutus locus. De iustitia autẽ quando nõ vno modo dicitur,deinceps diuisione adhibita,quemadmodum mediocritates vtræq; sint, differemus, itemq́ue de virtutibus quæ rationi attributæ sunt. Cùm autẽ tres sint affectiones,duæ vitiosæ,quarum vna immoderata est,altera modo deest,& vna virtus in mediocritate posita,sunt illæ omnes inter se quodãmodo cõtrariæ. Nã extremæ & mediæ affectioni sunt, & inter se contrariæ, & media extremis. Quemadmodum enim si id quod æquale est cum
D re minore comparetur,maius est,sin cùm maiore, minus: sic medii habitus,si cum iis qui absunt à modo,conferantur,superant:si cum iis qui modũ transeunt,deficiunt & in perturbationibus,& in actionibus. Fortis enim si cum ignauo cõferatur,audax & fidẽs:si cum audaci viro,ignauus timidusq́ue videatur. Itemq́ue temperans,si cum homine qui omnis sensus sit expers,intemperans:sin cũ intemperante,nullius sensus videbitur particeps. Et liberalis cum auaro comparatus, prodigus:cum prodigo,auarus habebitur. Ideoq́ue declinant

8

à ſe,ac protrudunt extremi medium,vterque ad alterum: ap E
pellãtq́ue fortem virum,audax quidẽ ignauum,ignauus audacem.Eademq́ue eſt ratio cæterorum.Hæc cum ita ſint inter ſe contraria,maior quædã extremorum inter ipſos,quàm cum medio repugnantia eſt: quandoquidem longius abſunt alter ab altero, q̃ vterque à medio, quẽadmodum res magna à parua lõgius abeſt,& parua à magna,q̃ vtraque ab æquali. Iam quædam extrema ad medium videntur quadam ſimilitudine accedere,vt audacia ad fortitudinẽ, auaritia ad libe-
ralitatem.Extremis autem inter ipſos diſsimilitudo maxima F
eſt . At ea quæ plurimùm differunt, contraria definiuntur. Ita fit,vt magis etiam inter ſe cõtraria ſint,quæ plus diſtant. Medio autẽ in nõnullis repugnat magis parum,in quibuſdã nimium.Vt magis eſt fortitudini contraria,nõ audacia quidem quæ modum tranſit:ſed ignauia,quæ à modo & ratione deficit. Et temperantiæ nõ ſenſus priuatio,& vacuitas,cum ſit defectio:ſed intemperantia,quæ exuperantia eſt.Id quod ob duas cauſas accidit:vna,quæ ex rei ipſius natura ducitur.
Nam quia propius eſt atq; ſimilius alterum extremum me- G
dio, iccirco non ipſum, ſed contrarium magis opponimus. Veluti quoniam ſimilior eſt ac vicinior audacia fortitudini, diſsimilior ignauia,ideo hanc magis opponimus. Quæ enim plus abſunt à medio,eadem ipſi magis repugnant. Atq; hæc quidem cauſa ex rei natura ſumpta eſt: à nobis ducta eſt altera.Nã quas ad res ſumus procliuiores natura, eæ ſunt medio magis contrariæ:vt quia propenſiores ſumus ad voluptates natura,idcirco ad intemperantiam ſumus quàm ad mo-
deſtiam procliuiores. Quapropter ea magis contraria dici- H
mus,ad quæ maior eſt acceſsio.ob eamq́ue cauſam magis eſt intemperantia quæ exuperantia eſt, contraria temperantiæ.

9 Satis dictum eſſe arbitror,virtutem eam quæ more ac voluntate ſuſcipitur,eſſe mediocritatẽ,quoq́ue modo eſſet: ac mediocritatem quidem eſſe inter duo vitia, id eſt, nimiũ & parum:eamq́ue talem eſſe propterea q̃ indagatrix eſſet modi eius qui in perturbationibus actionibusq́ue reperiretur. Quocirca difficile eſt in quaq; re excellere.Nec enim quic-

A quam difficilius, quàm reperire in omni re quod ſit omni ex parte perfectum. Vt circuli medium non cuiuſlibet eſt, ſed periti tãtummodo reperire. Itemq́ue iraſci quiuis poteſt, largiri pecunias, ſumptusq́ue facere, idq́ue facile: at verò iraſci, & largiri pecuniam cui rectum eſt, & quantum, quando, qua de cauſa, quóque modo iraſcẽdum dandumq́ue eſt, nec cuiuſuis eſt, nec facile. Quapropter omnia præclara, rara, laudabilia, & pulchra. Quare omnes qui mediocritatem inueſtigant & exquirunt, primùm ab eo debent quod magis ei cõ-
B trarium eſt, diſcedere: quemadmodum Calypſo monebat,

Tu procul à fumoq́ue regas, vndisq́ue carinam.

Extremorum enim alterum grauius peccatum eſt, leuius alterum. Quoniam igitur modum tenere difficillimum eſt, ſecunda, vt aiunt, nauigatione minimum malum eſt eligendum. Quod fiet ea potiſsimum ratione, quam docebamus. Videndum eſt etiam diligẽter, quæ ad vitia ſimus procliuiores. Alii enim ad alia, natura procliues ſumus. Quod facile ex
C ea voluptate & ægritudine quæ nobis accidit, intelligemus. Se autem quiſq; ab ea in cõtrariam partem debet deducere. Longè enim à delinquendo abducti, veniemus ad mediocritatem. Quod quidem faciunt ii qui ligna cõtorta in rectum dirigunt. In omni autem negocio cum id omne quod voluptatem efficit, tum vel maximè vitanda voluptas eſt: quippe de qua non veniamus incorrupti ad iudicandum. Quocirca quo animo ſenes illi erga Helenen affecti fuerũt, eodem nos eſſe debemus erga voluptatem, ad omnemq́ue rationem illorum vox accomodanda eſt. ſic enim dimiſſa illa & abiecta,
D minus aberrabimus. Vt ergo rem in pauca conferam, hæc ſi faciemus facillimè poterimus & cõſequi & ſeruare mediocritatem. Arduũ hoc profectò, præſertim in rebus ſingulis. Neque enim facile eſt explicare oratione, quonã modo, quibus hominibus, quibus de cauſis, & quandiu ſit iraſcendum. Nos enim interdũ homines eos qui minus ſuccenſent quàm deceat, laudamus, clementesq́ue appellamus: interdum iratos, viros dicimus. Sed qui paulum aliquid decorum egreditur, nõ eſt in vitio. Qui autem longius euagatur, is quoniam

minime latere potest, non caret reprehensione. Atque is qui E vituperandus est, quatenus, quantumque sit, non est facile oratione consequi, nec quicq̃ eorũ quæ sub sensum cadunt: quippe cùm in rebus singulis cõsistant hæc omnia, & omne de his rebus sensus sit iudicium. Ergo iam hoc quidẽ perspicuum est, perfectum & medium habitum in rebus omnibus esse laudabilem: deflectendumque esse nunc ad id quod nimiũ est, nunc ad id quod parum. Sic enim quod rectum perfectumque sit, id nos facillimè esse consecuturos. F

ETHIC. ARISTOT. LIB. III.

1 SED quoniá virtus in perturbationibus actionibusque inhæret, ac in iis rebus quæ voluntate suscipiũtur, laudi & vitio locus relinquitur: in non voluntariis, veniæ, interdum etiá misericordiæ: profectò explicanda vis est ratioque earum rerum quæ & voluntate, & contra voluntatem fiunt, iis præsertim, qui in virtutis cognitione versantur: quæ explicatio cõditoribus etiam legum ad honores decernendos, cõstituendasque pœnas, vtilis est. Sunt igitur ea nõ voluntaria, G quæ vi fiunt, aut imprudentia: vi autem id fit, cuius causa & principium extrinsecus eiusmodi adhibetur, ad quod nihil adiumenti afferat is qui illud facit aut patitur. vt si quò ventus impulerit, aut potentes homines. At verò quæ metu maiorum malorũ, aut honesti causa fiunt, velut si quis tyrannus dominus parentum & liberorum, proponat turpe aliquid eis faciendum, hac lege, vt si faciant, incolumes sint ac salui: sin H minus, interficiátur: vtrum sponte an inuiti faciát, magna est quæstio. Eadẽ est etiam ratio iacturarum, quæ fiunt cum tẽpestates oriuntur. Omnino enim voluntate sua nemo iaciat: salutis autem suæ ac cæterorum causa, omnes qui quidẽ sana mẽte sint. Sunt igitur mixtæ huiusmodi actiones illæ quidẽ: sed voluntariis similiores. Expetendæ enim sunt tum cum geruntur: atqui finis actionis in temporis cõditione ac ratione posita est: voluntaria igitur ac nõ voluntaria cum agit, di-

A cenda est actio. At sponte facit, quippe in quo principiũ positum sit cõmouẽdarum partium, quæ actionibus eiusmodi perficiendis quasi instrumenta adhibentur. Quarum autem rerum in quoq; sunt posita principia, eas vt agat & nõ agat, in eo situm est. Sunt igitur hæc talia voluntatis. At non sunt profectò voluntatis omnino: quandoquidem nemo quicquã eorum per se expetit. Dantur autẽ interdum laudi hæc ipsa, cùm homines magnarum ac præstãtium rerum causa turpe aliquid aut triste perferunt: sin contrà faciant, vituperãtur.
B Quæ enim ipsa fœdissima sunt, ea rei nullius præclaræ & honestæ, aut certè mediocris causa sustinere, est in vitio. Sũt autem quædam, in quibus laudi locus nullus relinquitur, sed veniæ duntaxat: cùm ea quis facit quæ non sunt facienda, iis impulsus omnibus quæ & humanã naturã longè multumq; superant, & nemo possit sustinere. Sunt autẽ quædam certè partim ita fœda, partim ita flagitiosa, nemo vt ad ea impelli iure possit: potiusque oppetenda mors est grauissimis tolera-
C tis cruciatibus. Etenim ridicula videntur ea, quæ ad cædem maternam Alcmæona Euripidis impulerũt. Difficile autem est interdum, quid cui præponendum sit, quidque pro quo perferendum, iudicare. Difficilius etiam est stare in eo quod sit iudicatum. Ferè enim & quæ expectantur, molesta interueniunt: & quæ impellunt, turpia. Hinc laudẽ & repræhensionem qui inducti sunt aut non inducti, cõsequuntur. Quæ igitur vi dicenda sunt fieri? An omnino cùm causa extrinsecus est, & qui facit, nihil adiuuat? Quæ autem per se sunt nõ voluntaria, per occasionem verò, horum causa expetẽda, eo-
D rumque in eo qui agit principia inclusa sunt: genere nõ voluntaria sunt: tẽpore, horumque causa voluntaria, potiusque accedunt ad voluntariorum naturam: quippe cùm in rebus singulis, quæ voluntate geruntur, actiones factaq; versentur. Quid autem cui sit anteponendum, non est facile exponere. Multæ enim sunt rerũ singularum differẽtiæ ac dissimilitudines. Quod si quis iucunda quæ sunt & molesta, violenta dixerit, ꝙ cum extra sint, vim adferant, & cogant: eadem ratione violenta ei sunt futura omnia. Horum enim causa omnes

omnia faciunt. Qui vi quidē coacti inuitiq́ue faciunt quippiam, iis molestiam: qui iucunditatem sequuntur, iis malum affert cum voluptate. Atqui ridiculum est ea accusare quæ externa sunt, non seipsum potius, qui à rebus eiusmodi facilè capiatur: resq́; præclaras sibi, fœdas & turpes attribuere voluptati. Hoc igitur iam quidē apparet, vi id fieri, cuius principium cùm extra sit, nihil id cui vis infertur, adiuuat. Quod autē fit imprudentia, nō est omne voluntariū: at quod est nō voluntarium, idem molestū est, & causas affert pœnitentiæ. Nā qui imprudens fecerit quidlibet, nec se id egisse molestè ferat, nō fecit ille quidem spōte quod ignorauit: nec rursum inuitus, cùm minus ægrè ferat. Eorum igitur qui per imprudentiā aliquid faciūt, is quidē quē facti pœnitet, inuitus: quē nō pœnitet, quoniā alius diuersusq́ue ab illo est, appelletur sanè nō volens. quoniā enim ab altero differt, aptius est habere nomen. Aliud etiā est imprudentia facere, aliud imprudentē. Nō enim ebriosus & iracundus videtur quæ facit, errore & imprudentia ductus facere, sed ob aliquid eorū quæ diximus: nec sciens, sed imprudens. Ac ignorant quidem improbi omnes quæ facienda sunt, quæq́ue fugienda: iniustiq́; & omnino mali ex eo errore nascūtur. Nec si quis quod vtile sit ignoret, quod aget, dicatur nō voluntariū. Neq; enim aut imprudētia & ignorātia ea, quæ ab animo & voluntate suscipitur, & proficiscitur, nō volūtarii causa est, sed peccati: aut etiā rerū vniuersarū, quandoquidē ea culpatur, sed rerū singularū, in quibus omnis versatur actio. In his enim locus est & veniæ & misericordiæ, quoniā qui eorū aliquid ignorat, facit inuitus. Sed nō alienum est, quæ, quótq; sint exponere. Videndū igitur, quisnam, quidq́; agat quisque, & qua in re versetur actio: interdū etiā quo quasi instrumento, cuiusque rei causa, vt salutis: & quo tandē modo, vt remisse an vehemēter. Atque hæc quidem omnia nemo ignorare possit, modò ne sit insanus. Perspicuum id quidem est de eo qui agat: quoniam quî se ignorabit ipsum? Quid autem agat, aliquis ignoret, vt cùm sibi aiūt excidisse, aut se nescisse occulta & arcana esse, vt Aeschylus mysteria. aut cùm vellet mōstrare, mi-

A ſiſſe telum, vt is qui catapultam. putet etiã aliquis filium hoſtem eſſe, vt Merope. & haſtam orbicularis figuræ, quæ lãceæ in formam directa ſit. & lapidem eſſe pumicem, & interficiat qui ſalutis cauſa ferit. & qui docere velit,, verberet, vt faciunt ii qui extremis manibus luctantur. Cum igitur in his omnibus error & imprudentia verſetur, in quibus actio: cùm is qui eorum aliquid ignorabit, feciſſe videbitur inuitus, tũ qui eorũ ignarus erit quæ principatum obtinent. Principatum autem tenent, finis, & in quibus cernitur actio. Et quanquam ex illa B ignoratione & imprudẽtia, quod eſt non voluntarium omne nominetur, tamen debet eſſe præterea moleſta actio, & pœnitentiæ plena. Quoniam autem quod eſt non voluntarium, eſt quod vi fit & imprudentia: voluntarium eſſe videatur, id cuius in ſe principium continet is, qui ſcit res ſingulas, in quibus actio verſetur. Profectò enim non rectè dicuntur nõ voluntaria eſſe ea quæ vel ira fiũt, vel cupiditate. Primùm enim nullum aliud animal, neque puer, ſponte faciet. Deinde quæ-C ro, vtrum nihil omnino eorum quæ ira vel cupiditate impulſi facimus, ſponte, ac voluntate noſtra facimus? an verò honeſta quæ ſunt, voluntate, quæ turpia, inuiti? an non id ridiculum ſit, cum præſertim vna ſit eorum cauſa? Abſurdum etiam ſit non voluntaria dicere ea, quorum teneri cupiditate decet. Atqui decet, & commoueri quibuſdam in rebus, & nonnullarum duci cupiditate, vt valetudinis, atque doctrinæ. Satis etiam cõſtat ea moleſtiam afferre omnia, quæ inuiti facimus: quæ verò cupidè & ſtudioſe, oblectationem habent. Iam verò quid intereſt, vtrum non voluntate fiant, eáne in quibus D ratione, an in quibus ira peccatur? Vtraque enim fugienda ſunt: nec minus videntur eſſe hominis propriæ, quæ ſine ratione ſunt perturbationes. Atqui actiones hominis vel ab ira, vel à cupiditate proficiſcuntur, quas abſurdum eſt in nõ voluntariis ponere.

2 Expoſitis iis quæ & voluntate, & inuiti homines faciunt, ſequitur vt de conſilio ſeu electione dicendum eſſe videatur. Nam & virtuti coniuncta eſt maximè, & mores magis quàm actiones ipſa diſtinguere videtur. Electio igitur eſt illa quidem voluntaria, ſed tamen non idem quod

voluntarium:idque adeo,quod voluntarium eſt, patet latius. E
Eius enim quod ſponte fit, & pueri ſunt & beluæ participes: conſilii nõ ſunt,nec electionis. Nec mihi quidem rectè videtur dicere ii, qui conſilium ſiue electionem vel cupiditatem aiunt eſſe,vel iram,vel voluntatem,vel quandam opinionem. Non enim communis eorum etiam electio eſt, quæ ſunt expertia rationis:cupiditas & ira ſunt. & impotẽtes cupiditate, non ratione aut cõſilio ducuntur ad agendum:cõtraque cõtinentes iudicio & ratione, non cupiditate ac libidine. Præterea conſilio contraria cupiditas eſt, cupiditati cupiditas nõ F
eſt. Cupiditas etiam voluptatis eſt,& ægritudinis: conſilium nec voluptatis,nec ægritudinis. Multo etiam minus ira,quoniam minimè videntur quæ per iram fiunt,cõſultò fieri.Nec voluntas quidem, etiam ſi ad eã proximè accedere videatur. Inſtitutum enim ac conſilium non eſt eorum quæ fieri nequeunt:quòd ſi quis hæc ſibi propoſita eſſe dicat,inſanus eſſe videatur. At voluntas in iis etiam quæ fieri non poſſunt, vt in immortalitate,verſatur. At voluntas in iis etiam cernitur, quæ ipſa à nemine vnquam per ſe gerẽtur: vt aliquis vult hi- G
ſtrionem quendam athletamque vincere.At nemo hæc talia ſuſcipit,ſed ea omnia, quæ à ſe putat poſſe adminiſtrari. Iam verò finem potius ſpectat voluntas: conſilium & ſuſceptio ea quæ ad finem pertinent. Vt valere volumus,deligimus autem quibus valetudinem adipiſcamur. Et beati eſſe omnes volumus,idque prædicamus: at illud nobis propoſitum eſſe prædicare ac præ nobis ferre non decet. Omnino enim in rebus iis verſatur conſilium,quæ ſunt in noſtra poteſtate. Nec opinio quidem certè eſſe poſſit, quoniam in rebus omnibus cer- H
nitur opinio: nec minus æternis, & quæ fieri non poſſunt, q̃ iis quæ in nobis ſitæ ſunt.Præterea in falſam ac veram diuiditur opinio, non in malam & bonam: in quibus inſtitutum & conſilium potius cernitur. Non igitur idem eſt quod opinio omnino,nec id fortè quiſquã aſſerit. Nec verò idem eſt quod quædam opinio. Cum enim bona vel mala quæ ſunt, nobis ad faciendum proponimus, tum quodãmodo affecti ſumus: cum ſumus in opinione,non ſumus.Et conſtituimus vel aſſe-

A qui, vel declinare, & si qua sunt eius generis. At quid quicque sit, quamque ad rem conducat, & quemadmodum conducat, existimamus: assequendum autem aliquid, aut vitandum, non admodum opinamur. Præterea institutum laudatur quòd sit eius rei quæ honesta est, vel quòd rectum sit: at opinio, quòd sit vera. Atque ea deligimus, quæ scimus optima: ea opinamur, quæ non certò scimus. Nec iidem videntur sequi & iudicare, quæ sunt optima: nonnulliq́ue sunt qui optimè sentiant, sed victi cupiditatibus & vitiis, quæ mala sunt sequuntur. Nec verò, vtrum antecedat opinio ac iudicium id quod statuitur, an consequatur, quicquam interest: nõ enim id agimus, sed vtrum sit idem quod aliqua opinio. Quid igitur, aut quale est institutum & consilium, quãdoquidem in nullo est superiorum? Ac illud quidem apparet, voluntate ac iudicio suscipi, nec tamen quicquid voluntarium est, id omne etiam deligendum est, nisi cùm antegressa est deliberatio. Nam cum ratione & mente coniunctũ omne consilium est, id est, προαίρεσις, quod etiam nomen significat. προαίρεσις enim, id est, præpositum, ex eo appellatum est, ꝙ præponatur aliis.

B

C

3 Consultant autem homines, vtrum in deliberationem cadãt omnia, an de quibusdam non capiatur consilium. Cui quæstioni sanè respondendum est, cadere in deliberationem non ea de quibus stultus aliquis vel insanus deliberet, sed de quibus solent ii qui sana mente sint. Sed de rebus æternis nemo consultat, vt de mundo, de diametri, laterisq́ue dimetiendi ratione. Nec de iis quidem, quæ motu continentur: quæ quidem semper eodem modo eueniunt, siue necessitate, siue natura, D aut alia aliqua causa, cuiusmodi sunt solis conuersiones, & ortus. Eodem modo de iis iudicandum est, quæ aliàs aliter eueniunt, in quo sunt genere siccitates, & imbres. Nec verò aut ea quæ casibus fortunæ subiecta sunt, qualis est thesauri inuentio, aut res omnes quæ naturam attingunt humanam, cadunt in deliberationem. Neque enim quemadmodum optimè Remp. Scythæ administrare possint, Lacedæmonii deliberant: nihil enim eorum per nos fieri potest. At de iis consilium capimus, quæ sunt in nostra potestate vt eueniãt, quo-

niam illa ſola reliqua ſunt. Cauſæ enim ſunt, vel natura, vel E
neceſsitas, vel fortuna, præterea mens, & quicquid ab homine geri poteſt. Singuli autem homines de iis deliberant, quæ per ſe ipſi efficere poſſunt. Nec verò de artibus ac ſcientiis iis quæ certæ ſunt, & ſe ipſæ cōtentæ, vllum conſilium capitur. quales ſunt literæ, quæ quonam modo ſcribēdæ ſint, minimè dubitamus. Sed quæ à nobis effici poſſunt, non autem ſemper eodem modo, ea demum cadunt in deliberationem. vt ea quæ medicina, numulariorū, & gubernatoris artes tractant potius, quàm quæ gymnaſtice, quo minus certæ ſunt. F
Similis eſt ratio cæterarum. Sed ſæpius in deliberationem cadunt ea quæ ab artibus, quàm quæ à ſcientiis proficiſcuntur: propterea quòd magis ea veniunt nobis in dubium. Conſilii autem capiendi deliberatio partim in iis rebus cernitur quæ plerūque eueniunt, cum incertum ſit quam in partem inclinare ac euenire debeant: partim in iis quæ infinitæ incertæq; ſunt. Ad res autem magnas eligendas, homines in conſilium adhibemus, nobis ipſi diffiſi, quaſi minus ad ſtatuēdum ſimus idonei. Deliberamus autem, non de finibus, ſed de iis quæ ad G
fines pertinent. Neque enim aut medicus an curet, conſultat: aut orator, an perſuadeat: vel ciuilis officii peritus, an bonas leges condat: vel alii artifices de eo quē ſibi propoſuere finem: ſed omnes propoſitum ſibi finem quemadmodum, & quibus rebus aſſequantur, inquirunt. Quòd ſi compluribus ad eum rationibus perueniri poſſe cōſtet, tum qua facillimè, & optimè poſsit, inueſtigant. Sin vna via perfici queat, quemadmodum per hanc aſſequantur, cōſiderant: ad illamq́ue per quam perueniant, dum ad primam cauſam ventum ſit, quæ in inue- H
niendo poſtrema eſt. Nam qui capit cōſilium, is inquirere, ac retexere eo ordine ſolet, quo Geometræ in tabula, quam vocant diagramma. Illud autem apparet, non omnem quæſtionem eſſe deliberationem, cuiuſmodi ſunt Mathematicorum quæſtiones: deliberationē verò omnē eſſe quæſtionem. etiam illud apparet, quod in retexēdo poſtremū eſt, id primū eſſe in agēdo. Quòd ſi in tale aliquid inciderint, quod fieri nequeat, velut ſi pecuniis ſit opus, nec poſsint alicunde ſuppetere, tum

A à re propoſita ſe abſtrahunt: ſin autē fieri poſſe cōſtiterit, tum
omnes neruos intendunt, vt efficiant. Atqui ea fieri poſſunt,
quæ à nobis poſſunt effici. Nā quæ amicorum opera curātur,
per nos fiunt quodā modo, quia principium in nobis ſitū eſt.
Quæruntur autē aliàs inſtrumenta, aliàs vſus eorum, itemq́ue
in reliquis: interdum qua tandem re, aut quibus, aliquando
qua ratione res confici queat. Atque homo videtur, quemad-
modum dixi, principium eſſe actionum: conſilium autem in
iis verſari, quæ ab eo agi poſſunt. At actiones aliorum cauſa
B ſunt, alióque referuntur. Nunquam igitur cadet in delibera-
tionem finis, ſed ea duntaxat quæ ad fines pertinēt atque cō-
ducunt. nec res ſingulæ quidem, vt panis hic vtrum rectè cō-
coctus, an confectus ſit, necne. quoniam hæc cadunt ſub ſen-
ſum omnia: de quibus ſi ſemper deliberet aliquis, res ad exitū
perduci non queat. Quod autem in deliberationem cadit &
in delectum, eadem ſunt: niſi quod iam ſecretum eſt ac ſele-
ctum id quod ſub delectum cadit. Quod enim de conſilio ſta-
tutum iudicatumq́ue eſt, id demū propoſitum dicitur. Tum
C enim quiſque deſinit quemadmodum quicque gerat exqui-
rere, cum principium ad ſe retulerit, atque ad eam animi ſui
partem, quæ tenet principatum. hæc enim pars eſt quæ deli-
git. Quod ex veteribus etiam rebus publicis, quas Homerus
imitatus eſt, poteſt perſpici. Quæ enim reges ſuſcepiſſent, de
iis ad populum referebant. Quoniam autem id quod ſub de-
lectum cadit, eſt quod deliberationi ſubiicitur conſequente
appetitu, eorum quæ in noſtra ſunt poteſtate: profectò pro-
poſitum ac inſtitutum ſit neceſſe eſt appetitio eorum quæ in
D noſtra ſunt poteſtate, cùm antegreſſa eſt deliberatio. Iudicio
enim ad deliberationem quæ anteceſsit adhibito, tum ſequi
conſilium cupimus. Ac propoſitum quidem quid ſit, quibúſ-
que in rebus verſetur, in iis ſcilicet, quæ ad fines ſpectant, pla-
ne dictum eſt. Voluntatem autem in fine verſari diximus:
ſed aliis in eo verſari videtur quod vere bonum ſit: aliis in eo 4
quod bonum videatur. Atqui cōſequens eſt, vt qui quod ſub
voluntatem cadit, bonum eſſe dicant, etiam fateantur nō ca-
dere ſub voluntatem id, quod is velit, qui minus rectè appro-

bat.Si enim voluntate appetatur bonum,etiam ſit.At erat,ſi E
ita res ferebat,malum.Qui autem aiunt quod ſub voluntatē cadit eſſe,id quod bonum videatur,eos neceſſe eſt fateri nihil ſub volūtatem cadere natura,ſed quod cuique viſum ſit. Atqui aliud alii,& ſi ita res ferat,etiam contraria videntur.Quæ ſi minus probātur,hoc certè confitendum eſt, omnino ac re-uera id eſſe bonum quod ſub volūtatē cadat: at ſingulis,quod cuiq; videatur. Ac viro quidē bono id bonū,quod verè bonū eſt:improbo,quod occurrit,videtur.Vt corporibus probè affectis,ſalubria ſunt ea quæ reuera ſunt eiuſmodi: quæ autē in F
morbis ſunt,alia:itemq; & amara,& dulcia,& calida, & grauia,& cætera omnia. Nam & verè de omnibus vir bonus iudicat,& facilè quid in re quaque veri ſit perſpicit.Propria eſt enim ſua cuiuſque habitus & honeſtas & voluptas.excellitq; ſapiens plurimum in perſpiciendo quid in quaque re veri ſit, quaſi rerum omniū mēſura & norma. At verò animis multitudinis à voluptate tenduntur inſidiæ:quippe cùm nec bona ſit,& tamen eſſe videatur.Itaque plerique voluptatem appe-
5 tunt,vt bonū:dolorem aſpernantur, vt malum. Quoniam
autē quod ſub voluntatem appetitionemq́ue cadit, ad finem G
ſpectat:quæ verò in deliberationem & delectum cadūt, ea in iis cernūtur quæ ad finem ferunt:efficitur,vt actiones quæ in illis verſantur,omnes iudicio ſuſcipiantur, omneſq́ue ſint voluntariæ.Atque in iis verſantur virtutis actiones.Virtus autē ipſa,itemq́ue vitium, in noſtra ſunt poteſtate.Quas enim res in nobis ſitum eſt vt agamus, eas etiam in nobis ſitum eſt vt ne agamus.quasq́ue res in nobis ſitum eſt vt non agamus,eaſ-
dem vt agamus in noſtra eſt poteſtate. Ita ſi quod honeſtum H
eſt, eſt id in nobis vt geramus : illud quoque quod turpe eſt, vt non geramus, in nobis ſitum erit. Et ſi id quod honeſtum eſt,vt ne faciamus in noſtra eſt poteſtate: neceſſe eſt quod turpe eſt,eſſe id in nobis,vt geramus.Quòd ſi in nobis ſitum eſt, vt honeſta quæ ſunt & turpia faciamus,profectò & vt ne agamus eadem,noſtræ erit voluntatis. Hoc autem ſi eſt bonos & malos eſſe,certè probi improbive ſimus,eſt id in nobis.At verò dicere ſua ſponte ac volūtate improbum effici neminem,

A nec beatum inuitum: illud, falsum: hoc, verisimile videatur. Nam & nemo est beatorum inuitus, & vitium voluntatis est. Alioqui ea quæ à nobis paulo antè posita sunt, in controuersiam vocare oportebit: negandusque homo erit, auctor esse & procreator actionũ, quasi liberorum. Quæ si perspicua sunt, neque ea possumus ad alia referre principia, nisi ad ea quæ in nobis sita sunt: hoc certe confitendũ est, Quarum rerũ in nobis sita sunt principia, eas in nostra esse potestate, nostræque esse volũtatis. Testes huius rei sunt & priuatim singuli, & pu-
B blicè legislatores, qui sumunt supplicium de iis omnibus qui flagitia admittunt, nec vi nec imprudentia, quæ nõ ipsorum culpa euenerit: honores autẽ decernunt iis, qui præclara facinora faciunt, vt illos deterreãt, hos adhortentur. Atqui nemo quenq̃ ad ea omnia gerenda hortatur, quæ nec sunt in nostra potestate, nec sunt nostræ volũtatis: ꝙ nihil attinet inducere animũ, vel calescere, vel dolere, vel esurire, vel aliud quiduis eiusdẽ generis, q̃a nihilo minus ea perferemus. Etenim erroris & imprudentiæ causa in eo vindicatur, qui sua culpa nescie-
C rit. vt in vinolentos duplex pœna constituta est: propterea ꝙ principiũ in eis situm sit. Est enim in eis situm, vt ne vino obruantur: quod quidẽ causa est imprudẽtiæ. Quinetiã eos puniunt qui aliquid ignorant eorũ quæ legibus cõtinentur, quæ ipsa & cognosci debent, nec sunt difficilia. itemq; in cæteris, si qui negligẽtia impediti aliquid videntur ignorare, quod in eis sitũ erat vt ne ignorarent: quandoquidẽ in eorũ erat potestate, vt darẽt operam. Quanquã aliqui certè sunt eiusmodi, vt ne dent operam vt sciant: eorumque culpa accidit, vt tales
D fierent, dum mollius viuunt & dissolutius. itemque vt iniusti & intemperãtes essent: illi, dum fraude & dolo agunt: hi, dum degunt vitam in compotationibus aliisque generis eiusdem. Nam quæ in quaque re opera ponitur, tales homines efficit. Quod ex iis facilè perspici potest, qui ad quoduis certamen, vel officium & actionem se comparant: semper enim id agũt. Hoc ergo ignorare, ex eo, ꝙ quisque in re quaq; operã ponat, gigni actiones, hominis est ab omni sensu procul abhorrentis. Hoc etiã alienum absurdumque sit, eum qui faciat iniuriam,

nolle iniustum effici: & qui intemperate viuat, intemperantem. Atqui si quis nõ imprudens geret ea, ex quibus iniustus nascatur, profectò volũtate sua efficiatur iniustus. Nec si velit quidẽ, cohibere se posit, aut iniustus esse desinat, fiatque iustus: quoniam ne ægrotus quidem, valens & incolumis cum velit, etiam si ita acciderit, vt sponte ac voluntate sua ægrotaret: quia & libidinose viueret, nec medicis crederet. Ac tũ illi quidem licebat morbum declinare: at posteaquã se præcipitauerit, & proiecerit in morbum, iam non licet. Vt is qui lapidem iaculatus est, non potest iam reuocare, nec sustinere iactum, quanquam esset antea in eius potestate ne iacularetur, cum in ipso situm esset principium: sic iniustis ac libidinosis initio ab his vitiis declinare licuit: propterea quòd in eorũ erãt potestate. at posteaquã eiusmodi extiterunt, iam nõ licet. Nec verò animi solum, sed in nonnullis, corporis etiam vitia iudicio ac voluntate suscipiuntur, iis quos culpamus. Nam quæ à natura hominibus tributæ sunt deformitates, eas nemo vituperat: at quæ incuria & negligentia suscipiuntur, omnes dantur vitio. Eadem est infirmitatis ratio, deformitatis, & debilitationis membrorum. Nemo enim cæcitatem ei qui à natura priuatus est oculis, aut morbo, aut vulnere, vt probrum obiicit, sed misericordia potius commouetur: cui autem ex vinolentia, aut alia intemperantia hoc euenerit, is culpatur ab omnibus. Quæ ergo vitia corporis in nostra sunt potestate, culpantur: quæ non sunt, non item. Quod si ita est, in cæteris etiam omnibus quæ crimini dantur vitia, ea in nostra sint potestate necesse est. Quòd si quis dixerit, omnes sequi ea quæ bona esse videantur: illam autem æstimationem ac iudicium non in eorũ esse potestate, sed qualis quisque sit, ei talem finem videri: huic respondeo, si sibi quisque gignendi habitus causa est quodammodo, profectò & visum id quodammodo causam quenque esse, vt existat. Sin nemo sua culpa, praua quæ sunt & flagitiosa facit, sed ignarus finis, existimans iis se beatum futurũ: finisque appetitio nõ est illa quidem propter se approbanda, sed ita facti omnes institutique esse debent à natura, vt quasi aspectum quendam habeant,

A quo verè iudicabunt, atque id quod verè bonũ est sequetur. Atque is demũ ingeniosus est, & bene animo cõstitutus, cui hoc munus à natura est datum. (Est enim hoc & maximũ & præstãtissimum, quódq; nemo nec accipere ab alio possit, nec discere: sed qualecunque à natura cuiq; tribuitur, tale obtinebit. Cuius si summa & excellens quædã à natura concessa sit facultas, id demum perfectum verumq́; sit ingenium necesse est.) Si hæc, inquã, vera sunt, cur virtus potius, q̃ vitium voluntatis erit? cùm præsertim vtrisque & bonis & malis finis eodẽ modo vel natura vel quomodocũq; videatur atque B obiiciatur: cætera verò eò omnia referãt & agant quomodocunque. Siue igitur finis nõ natura qualiscunque cuique videtur, sed aliquid etiã est extra ipsum: siue finis naturalis est, ob eamque causam virtus voluntaria est, ꝙ vir bonus voluntate ac sponte cætera gerat omnia: profectò vitium nihilominus futurũ est volũtarium. Improbis enim eadẽ ratione inest, & in actionibus, & in fine, quod per se est. Quòd si ex eo virtutes volũtatis sunt, vt dicitur, ꝙ causas adiuuamus habituũ, C quodq́ue quales sumus, talem etiã finem ponimus: profectò vitia quoque nostra voluntate necesse est suscipi. Eadẽ enim ratio est. Ac ea quidẽ quæ cõmunia erant virtutum omniũ, quodq́; earũ esset genus, plane diximus. Nã & mediocritates eas esse & habitus docuimus, & à quibus gignantur, easdẽq; eorũ à quibus nascãtur esse effectrices, idq́; per se: eas etiã in nostra esse potestate tradidimus, iudicioq́; nostro ac volũtate suscipi, atq; ita, vt recta ratio præscripserit. Nec verò sunt actiones voluntariæ & habitus eodẽ modo. Nã à principio ad D finẽ in nobis sitæ sunt actiones, quòd rerũ singularũ teneamus scientiã: habituũ verò solùm ab initio. Rerum verò singularum minus est nota accessio, vt in ægrotationibus cõtingit. Sed quoniã sic secúsve iis vtamur, id in nobis est, idcirco dicuntur esse voluntatis. De singulis autẽ quæ sint, quibusque in rebus, & quẽadmodum versentur, disseremus, si paulò altius repetamus. Nam vna eadẽq; opera quot sint, facile intelligetur. Ac primum de fortitudine, quam modũ audaciæ ac formidini adhibere, antea diximus: planũ enim factũ 6

eſt. Timemus autẽ ea omnia quæ moleſtiã terroremq; adfe- E
runt: quæ eadẽ, vt ſemel dicã, mala ſunt. Itaq; metũ definiũt,
mali expectationẽ. Ea igitur metuimus omnia quæ mala ſũt,
vt dedecus, vt paupertatẽ, vt morbum, amicorũ penuriam,
mortẽ: ſed tamen nõ in his omnibus fortis cernitur. Sũt enim
quædam pertimeſcẽda, idque præclarum eſt, quæ eadẽ turpe
ſit nõ timere, vt dedecus. Nã qui ea metuat, is probus & pu-
dens: qui nõ extimeſcat, impudens iudicãdus eſt. Quanquã is
à nõnullis fortis nominatur, trãſlationis vſurpatione, quoniã
ſimile quiddam forti habeat. vacat enim metu vir fortis. Nec F
verò paupertas horribilis eſt aut pertimeſcẽda: nec morbus:
nec omnino quicq̃ præter culpã, & quæ præſtare poſſimus.
Nec ſi quis in his ſe interritum præſtiterit, is continuò fortis
habendus eſt. Quanq̃ eum etiam ſimilitudine quadã fortem
dicimus. Sũt enim, qui in bellicis periculis ignaui ſunt ac ti-
midi: iidẽ liberales, & ad iacturã pecuniarũ faciendã paratiſ-
ſimi. Nec ſi quis vim liberis & vxori timeat, vel inuidiam, aut
ſi quid eſt eiuſdem generis, ignauus ac timidus putandus eſt:
nec fortis is, qui fidenti ſit animo tũ, cùm virgis cæſum ſe iri
videat. Quibus ergo in rebus horribilibus fortis cernitur? an G
in maximis? Neque enim viro forti quiſquam maiore æquio-
reque animo terribilia perferre poteſt. Omniũ autem rerũ
nihil morte terribilius, nihil acerbius: præſertim cùm omniũ
rerum ſit extremũ, & vltrà iam nullo in malo aut bono ſint
mortui. Nec verò in omni genere mortis vir fortis cernitur,
vt ſi quis in mari pereat, vel morbo intereat. Quo ergo in ge-
nere? an nõ in pulcherrimo? Qualis eſt ea quæ in bello eue-
nit: quippe quæ in maximo pulcherrimoq; periculo oppeta- H
tur. Hoc indicant honores, qui & in Rebuſpublicis & apud
reges decreti ſunt iis, qui in bello fortiter pugnãtes occubue-
rint. Quocirca propriè ac verè fortis videtur is, qui morte ho
neſta propoſita, iiſq; omnibus quæ mortẽ adferunt, cùm re-
pente appropinquat, metu vacat. Cuiuſmodi ſunt maximè,
quæ in bello verſantur. Attamen & in mari, & in morbis vir
fortis vacuus eſt ille quidẽ à metu, ſed nõ more nautarũ. For-
tes enim & de ſalute ſua deſperãt, & genus hoc mortis acer-

mors vltima linea rerum. ait Horatius —



A bẽ ferunt: illos fidenti esse animo docuit exercitatio. Sũt etiã forti magnoq́; animo, cùm aut viribus locus est, aut pulchrũ exire de vita: quorum neutrum in his generibus interitus cõtingit. Nec verò eadẽ sunt formidolosa omnibus, estq́; aliquid quod præstare homo non possit, quod omnes profectò 7
qui sani sunt mente pertimescent. Quæ autẽ homo præstare potest, ea magnitudine differunt: aliaque grauiora sunt, alia leuiora: similiterq́; ea omnia quæ præbent animis nostris fiduciã. Quibus in rebus vir fortis, etsi terrore vacat, quantũ
B hominis natura patitur, tamen hæc ipsa vt decet, vtq́; ratio postulabit, pertimescet: idq́ue honestatis causa, quoniã is est virtuti propositus finis. Fieri autem potest, vt eadem quis & nimiũ & parum metuat: etiã vt quæ nõ sunt pertimescenda, æquè ac illa timeat. Hinc peccata nascuntur: aliud, ꝙ timeatur id quod timendum nõ est: aliud, ꝙ nõ timeatur quemad modum timendum est: aliud, ꝙ non metuatur aliquid tum cum metui debet: & si qua sunt generis eiusdẽ. Itemq́ue in iis omnibus quæ animũ nobis fiduciãq́ue præbent. Qui ergo
C quæ, cuiusque rei causa, & quẽadmodum decet, perfert, extimescitq́; omnia, quiq́ue fidenti animo, is fortis habendus est. pro rerum enim dignitate, & quando rectum est, & vt ratio præcipit, vir fortis & fert, & gerit omnia. Omnis autẽ actionis & officii finis ex animi habitu ponderandus est. At forti viro fortitudo honesta videtur. Est igitur ei finis propositus eiusmodi: quòd fine terminat metiturq́; omnia. Honestatis ergo causa magno fortiq́ue animo vir fert, facitq́ue ea quæ subiecta sunt fortitudini. Ex iis verò qui modum transeunt,
D qui vacuitate quadã metus impulsus id facit, vacat nomine. Esse autem multos qui nomine vacarent, suprà ostendimus. Quòd si nomen fingere placet, appelletur sanè insanus, vel sensus omnis expers, si modo nihil metuat, neq; motum terræ, neque vndas, quales aiunt esse Gallos. Qui autem nimis confidit iis rebus quæ terrorem afferunt, audax nominatur. Atque etiam arrogans, audax videtur esse, sibiq́ue fortitudinem vendicare. Itaque quo ille animo in rebus asperis est, eodem hic cupit videri. quocirca quibuscunque rebus po-

test,eum imitatur.Ita fit,vt plerique eorum ita audaces sint, vt etiam ignaui. cũ enim in his audacia prouecti sint, tamen nunquã res formidolosas subeunt. At qui metuẽdo modum egreditur,is ignauus timidúsue appellatur.Nã & quæ metuẽda nõ sunt.& quéadmodũ nõ sunt,quæq; sunt eiusdẽ generis,omnia eũ cõsequũtur. Discedit etiã ab audacia,sed quoniã ægritudine modum trãsit,magis apparet.Desperat enim ac diffidit ignauus omnis,quoniã omnia pertimescit:at fortis cõtrà.est enim fidentis animi, audere. Ac in his quidẽ rebus omnibus timidus,audax,& fortis,illi quidẽ versantur,sed nõ eodem modo affecti sunt. illi enim transeunt modũ,& ab eo deficiũnt:at hic modũ in iis tenet, eũ etiã quẽ ratio præscripserit. Atq; audaces quidẽ temeritate prouecti, antè cupiũt adire pericula,q̃ instent:cùm adsunt,ea defugiunt.At fortes in ipsis rebus acres sunt & prompti, antea cum essent ociosi. Quapropter,vt dixi,fortitudo mediocritas est earũ rerũ quæ hominibus vel fiduciã præbent,vel terrorẽ afferunt, quibus in rebus ostẽdimus:quæ eadẽ sequitur ac tolerat,quia honestũ est ea & sequi & perpeti:aut certe quia turpe est contrariũ.Mortẽ autẽ sibiipsi consciscere,fugientẽ vel inopiam,vel amorẽ,vel molestiã, fortis animi magniq; nõ est, sed angusti potius & timidi.Nã quæ laborẽ solicitudinéque desyderãt, ea fugere,nec quia honestũ est id ferre,sed eo fugere,ne malum habeas,mollis animi est atque effœminati.Ac fortitudo quidem ex eo genere est. Eius autem alia quinque genera traduntur.Primum genus est eius quæ ciuilis dicitur,cùm ad illã proximè accedere videatur.Excitãtur enim ad subeunda pericula ciues & pœnis,& probris,& honoribus,qui decreti sunt legibus:ob eamq́ue causam apud eos fortissimi existunt maximè, apud quos ignaui sunt inglorii: fortes, honorati. Quales Homerus facit Diomedem & Hectorem,

Polydamas fœdum primus mihi crimen inuret.

Et Diomedes,

Inter enim dicet Troes fortissimus Hector,

Titydes metuens puppes euasit ad ipsas.

Hæc autẽ simillima videtur ei de qua suprâ disserui, quòd à

A virtute naſcitur. Nam à pudoris & honeſtatis cupiditate proficiſcitur, quoniam honoris ſtudio, probrique fuga, quod eſt turpe comparatur. Eorum autē in numerum adſcribere licet eos, quibus ii vim inferunt, quorum ſunt in imperio & poteſtate. Quo ſunt hi quàm illi deteriores, quòd non pudore, ſed metu inducti id faciunt: nec turpitudinis fuga, ſed moleſtiæ. Cogunt enim principes, vt Hector,

Quem procul à pugna labentem fortè videbo,
Ille canum fiet, fiet quoque vulturis eſca.

B Et qui imperant, ſi diſcedant illi, verberant. Idem faciunt ii qui antè muros, foſſas, & alia eiuſdem generis, caſtra locant. cogunt enim hi omnes. Sed par eſt quia honeſtum eſt fortem eſſe, non vi aut neceſsitate. Atque etiam omnis in quaque re exercitatio, nomen fortitudinis videtur obtinere. Itaque fortitudinem ſcientiam eſſe putabat Socrates. Ac exercitati quidem alii ſunt in aliis rebus, vt in bellicis milites. Noua enim in bello permulta fiūt quotidie, quæ hi vnà animaduerterūt. Quocirca fortes videntur eſſe propterea, ꝙ alii quæ illa ſint C non intelligant. Inde omnia facere, nihil pati, cauere ictus, & ferire conſuetudine docti, vſu etiam armorum valent. His inſtructi, quicquid Mars ferat, valent ad vulnera, non excipienda, ſed infligenda. Pugnant igitur vt armati cum inermibus, & exercitati cū imperitis. His enim in certaminibus non fortiſsimo quiſque & maximo animo maximè bellicoſus eſt, ſed qui plurimum valet viribus, optiméque affectus corpore eſt. At verò milites tum demum ignaui timidique exiſtunt, cùm periculum impēdet, inferioresque ſunt & copiis & apparatu. D Primi enim fuga elabuntur: at vrbanæ copiæ ſtantes in acie decumbūt. Id quod apud Hermæum in oppido Bœotiæ Corona euenit. Nā & fuga turpis his erat, & mors tali ſaluti anteponenda. Se autem illi initio pugnæ periculis obiiciebant, quaſi meliores eſſent: at cognito periculo, fuga elapſi ſunt, ꝙ mortē magis q̃ dedecus pertimeſcerent. Qualis non ſolet eſſe vir fortis. Quocirca iram etiam ad fortitudinem transferunt, propterea quòd fortes videntur ii etiam qui ira incitati, tanquā belluæ toto impetu in eos ferūtur, qui vulnerarint: quo- ferri toto impetu in aliquem

niam fortes etiam ira excādeſcant. Eſt enim maximus ad ſub- E
eunda pericula aculeus, iracundia. Hinc Homerus, Furor ar-
ma miniſtrat. &, Animumq́ue citauit. &, Ingēs per nares vis.
&, Sanguis efferbuit. Hæc enim omnia ſignificare videntur
cōcitationem animi ac impetum. Ac fortes quidem honeſta-
tis cauſa gerūt omnia, eisq́ue animus ſubſidio eſt: Belluæ au-
tem ægritudine ac dolore incitatæ, quòd vel vulnus accepe-
rint, vel ne accipiant, extimeſcant. nam ſi ſint in ſuis luſtris,
haud in quenquam impetum faciunt. Non igitur fortitudo
eſt dolore ac ira incitatum adire pericula, nihil eorū quæ mo- F
leſta & aſpera interueniunt, prouidentem. Nam iſto modo
quidem licet dicere fortes aſinos, cum eſuriūt, quòd ne ver-
beribus quidem deterrentur à paſtu. Quinetiam adulteri cu-
piditatis cauſa multa faciunt audacius. Non igitur quidem
virtutis eſt, dolore vel ira ad pericula impelli. Videtur autem
naturam attingere ea maximè quæ ab ira ducitur: quæ ſi iu-
dicium finemq́ue adhibuerit, veræ fortitudinis nomen poſsit
laudemq́ue obtinere. Homines etiam tum cùm ira commo-
uentur, dolent: cùm ſumunt ſupplicium, ſeq́ue vlciſcuntur, G
gaudent. Atque ex his rebus, bellicoſi nominantur: fortes, nō
item. Neque enim honeſtate, vel ratione, ſed perturbatione
ducuntur ad pœnam. Simile quiddam in illis eſt, qui fidenti
animo gerunt aliquid, nec tamen fortes habendi ſunt: quippe
cùm propterea in periculis audaces ſunt, ꝙ ſæpe ac permul-
tos vicerint. Similes autē ſunt, quòd vtrique audaces: ſed ta-
men fortes ob eas cauſas, quas dixi, audaces ſunt: illi, quia ſe
ſperant fore ſuperiores, nihilq́ue viciſsim eſſe paſſuros. Atque
tale quippiam etiā ebrii faciunt, quòd ſint fidenti animo præ- H
diti. Quòd ſi quæ ſibi propoſuerant non adipiſcātur, tum fu-
giunt. At fortis erat, quæ acerba homini & ſunt & videntur,
ea ob eā cauſam ferre, quia & honeſtum ſit: & non ferre, tur-
pe videatur. Itaque fortis videtur eſſe, in ſubitis repētinisq́ue
terroribus & caſibus omni animi perturbatione & metu va-
care potius quàm in prouiſis, quòd ea magis ab animi habitu
proficiſcātur, ſintq́ue minus præparata. Nā quæ prouiſa ſunt
& præmeditata, cōſilio etiam & ratione quiuis approbare ac

A ſequi poſsit. At quæ repentina ſunt, animi iudicio & voluntate magis. Atque etiã fortes habentur ii, qui ignoratione ducuntur ad agendũ: nec procul ab iis abſunt, qui ſpe ac fiducia freti faciunt quippiam: ſed tamen hoc ſunt deteriores, quòd nihil ſcientiæ in ipſis incluſum eſt, in illis autẽ eſt. Itaque illi aliquandiu permanent in ſententia. Qui autem falſi ſunt & decepti, ſi ſemel rem aliam eſſe atque ſuſpicati erant, intelligãt, fugiũt. Quod Argiuis euenit, qui in Lacedæmonios quos Sicyonios putabãt, inciderunt. Ac fortes quidẽ qui verè ſint,

B quique videantur, iam diximus. Fortitudo autem cum in audacia metuque verſetur, nõ tamen æquè in iis, ſed in rebus formidoloſis magis cernitur. Nam qui his in rebus animi perturbatione vacat, quique in eis ita eſt affectus animo, vt decet, is potius fortis eſt, q̃ qui talem ſe iis in rebus præbet, quæ fiduciam adferunt. Fortes enim ex eo, vt dixi, nominantur, quòd ea quæ acerba ſunt & videntur, forti magnoque animo perferant. Itaque moleſta res eſt fortitudo, eaque iure laudatur. Difficilius eſt enim res periculorum moleſtiæque plenas

C ferre, quàm ſe ab iis quæ voluptatem afferunt abſtinere. Sed tamen fortitudinis finis iucundus eſt, etſi propter eas res, quæ circũfuſæ ſunt, minus appareat. Vt in iis ludis qui gymnici appellantur, contingit. Nam pugilibus, quem ſibi quiſque propoſuit, finis dulcis iucundusque eſt, vt corona, vt honores: at plagæ & vulnera, quoniam ipſi ex carne conſtant, omniſque labor durus eſt ac moleſtus. Quæ quoniã multa ſunt, finis autẽ exiguus & perparuus, in eo nihil ineſſe voluptatis videtur. Similiter in fortitudine, mors, & vulnera aſpera & odioſa for-

D ti viro, velit nolit, futura ſunt. Attamẽ ea omnia forti magnoque animo ſubit, quia pulchrum eſt, aut certè quia nõ ſubire turpe ſit. Atque idem quò maioribus virtutibus omnibus inſtructus ornatusque eſt, quoque beatior, eo moleſtius mortẽ acerbiusque perferet. Nam cum is ſit, qui vita diutiſsima ſit digniſsimus, ſciens & prudens maximis bonis ornamentiſque ſpoliatur. Quod etſi aſperum moleſtumque eſt, tamen in his fortis excelſusque animus apparet: eoq; magis, quòd in bello his omnibus talibus decus ipſe & gloriã anteponat. Nõ igitur

virtutum omnium iucundæ ſunt actiones, niſi quatenus finis E copulatus coniunctusq́ue aſciſcitur. Nihil autem prohibet, milites eſſe clariſsimos, non eos qui ſunt eiuſmodi, ſed eos qui minus fortes ſunt illi quidẽ, ſed nihil aliud boni habent. Prõpti enim ſunt iſti ac parati ad pericula, vitamq́ue exigua mercede commutant. Ac de fortitudine quidem hactenus. Quid autem ipſa ſit, non difficile eſt ex iis quæ dicta ſunt, ſimpliciter quidem cognoſcere. De qua quoniam diximus, iam de temperantia diſſeramus. Sunt enim hæ virtutes earum partium propriæ, quæ ſunt rationis expertes. Ac temperantiam F quidem mediocritatem in voluptatibus eſſe iam diximus. Minus enim non æquê verſatur in doloribus, in quibus etiam intemperantia cernitur. Nunc quibus in voluptatibus verſetur, explanemus. Diuiſæ ſint igitur ita, vt aliæ ſint animi, aliæ corporis: vt ſunt ambitio, & diſcendi cupiditas (vterque enim delectatur eo cuius afficitur cupiditate) cum nihil corpus, ſed animus potius perpetiatur. Qui autem in voluptatibus eius generis occupati ſunt, nec temperãtes, nec intemperantes nominãtur. Itemq́ue ne ii quidem, qui eas ſequũtur, quæ non ad corpus pertinẽt. Nam qui fabellarum cupiditate du- G cuntur, vel ſtudio narrãdi trahuntur, & qui in rebus quibuſlibet dies totos conterunt, eos loquaces, non intemperãtes dicimus. Ne eos quidem, qui pecuniarum amiſsionem, vel amicorum caſum grauiter ferunt. Hæreat ergo neceſſe eſt in voluptatibus corporis temperantia, nec tamen in omnibus. Qui enim delectãtur iis rebus quæ ſub aſpectum cadunt, vt colore, vt figura, & pictura, ii nec temperãtes appellantur, nec intemperãtes. Atqui videntur iis rebus & delectari poſſe, vt ratio præſcribit, & nimiũ & parum. Itemq́ue in iis quæ ſubie- H cta ſunt auditioni. Neque enim eos quiſquã qui præter modum cantu, vel hiſtrionum motu lætantur, intemperantes, aut eos qui modicè, moderatos appellat. Nec eos, qui iis rebus gaudẽt, quæ ſubiectæ ſunt odorationi, niſi improprie. Nã qui malorum, roſarum, ſuffumigationumq́ue capiuntur odoribus & fragrantia, eos non intemperãtes appellamus: ſed eos potius qui vnguentorum & opſoniorum. Ex his enim libidi-

A nosi capiunt voluptatem, propterea quòd ex ipsis redeant in memoriam cupiditatum. Cernere etiam licet alios cum esuriunt, epularum odore capere voluptatem. At gaudere rebus eiusmodi, hominis est impotentis, quoniam eorum hæ sunt voluptates propriæ. Nec verò his sensibus propriè capiũt cætera animantia voluptatem. Neque enim aut canes leporum delectantur odore, sed pastu: siquidem sensum odor ferit, & afficit. aut leo voce bouis, sed esu, quòd eũ in propinquo esse sensit ex voce. itaque eo ipso lætus est. Itemq; nec quòd cer-
B nat, aut inuenerit ceruũ vel capram feram, ex eo gaudet: sed quia pastum nactus sit. Versantur igitur in iis voluptatibus omnibus temperantia & intemperãtia, quarũ reliquæ participes sunt animantes. Itaque seruiles eas beluinasque esse cõstat. Cuiusmodi sunt, quæ gustatu tactuq; capiuntur. Ac gustatu quidem nihil aut paulum admodũ vtuntur. Est enim in gustatu saporum iudiciũ: quod quidẽ ii faciunt, qui vina probant, & opsonia cõdiunt. Neque hæc placent admodũ libidi-
C nosis: sed voluptas ea, quæ ex tactu percipitur, in esculentis, poculentis, iisque rebus quæ venereæ nominantur. Itaq; Philoxenus quidã Eryxius, cùm epularum voluptate duceretur, collum sibi dari gruis longius optabat, quod ex tactu caperet voluptatem. Tactus autem ex sensibus vnus patet latissimè, in quo sita intẽperantia est, quæ iure vt probrum maximè obiectatur: proptereaque inest in nobis, non quatenus homines sumus, sed quia animalia. His igitur talibus delectari, eaq; adamare, belluarum est. Eas enim excipimus quæ honestæ liberalesque cum maximè sint, ad tactum pertinẽt, quales sunt
D quæ in gymnasiis frictione & calore gignuntur. Neque enim proteruorum ac libidinosorum tactus toto corpore fusus est, sed quibusdam partibus inhæret. Cupiditatum autẽ aliæ cõmunes sunt, aliæ propriæ & ascititiæ, vt cibi cupiditas naturalis est. Omnes enim cùm vacui sunt, cibum vel siccũ vel humidum appetunt, aliàs vtrunque. Et, vt ait Homerus, cubile optat adolescens, & qui est iam corroborata ætate. At hunc vel illum cibum, non iam, nec eosdem omnes desiderãt. Itaque hoc iam nostrum est, quanquam habeat quiddam si-

philoxenus optabat collum gruis longius sibi dari tactus

mile naturæ. Alii enim aliis mouentur: suntque res quædam, E quibus omnes delectentur potius, quàm quibuslibet. Ac in iis quidem quæ à natura proficiscuntur, cupiditatibus, delinquitur atque peccatur à paucis: idque in eã partẽ quæ nimiũ est, quòd plus adhibeatur, q̃ ratio præscribat. Nã edere quæcũque adsint, & potare dum cõpleare, id est extra modũ copia in eo prodire quod secũdum naturam est. Expletio enim eius quod deest, eius est cupiditatis quæ à natura proficiscitur. Itaque homines appellantur hi, γαστρίμαργοι, quòd ventrem cibo & potione complent, contra decorum. Quales sunt qui mancipiorũ sunt persimiles. At verò in propriis & priuatis voluptatibus complures peccant, atque id multifariam, cum præsertim qui res eiusmodi adamant, aut ex eo dicantur, quòd iis gaudeant, quibus non decet, vel plus quàm ratio postulet, aut quemadmodum plerique, vel non quemadmodum decet, vel quemadmodum dedecet. Intemperantes autem omnibus in rebus modum transeunt. Nam & ex quibusdam rebus percipiunt voluptatem, ex quibus, quoniam odio dignæ sunt, non decet percipere: & si quibus ex rebus voluptas capienda est, G ex iis maiorem capiunt quàm debeant, vel vt vulgus. Ex quo quidem perspici potest, intemperantiam exuperantiam esse quandam voluptatum, eoque vituperãdam. In doloribus autem non dicitur quis temperans, vt in fortitudine, ex eo quòd eos ferat: nec intemperans, quòd non ferat: sed intemperans quis appellatur, quòd molestius quàm decet, ferat nulla se voluptate perfrui. Itaque ei affert dolorem voluptas. Ac temperans propterea ꝙ nec se priuari voluptate doleat, nec abstinere. Ac intemperans omnes voluptates cõcupiscit, aut certè H maximas: sicque voluptatibus rapitur, eas vt rebus omnibus anteponat. Itaque & non fruendo angitur, & concupiscendo. Est enim cum dolore omnis coniuncta cupiditas. nihilque profectò absurdius fœdiusque est, quàm ex voluptate percipere dolorem. Qui autem parum aut minus quàm æquũ sit, voluptate afficiantur, pauci admodum reperiuntur. Nõ enim propria est hominis huiusmodi sensus vacuitas. Etenim cætera animalia pastum discernunt à pastu, alioque delectantur,

A alio non item. Sed ſi quis eſt huiuſmodi, cui nihil voluptatem
afferat, quique nihil putet intereſſe inter aliam rem atque
aliam: is profectò procul abſit â natura hominis, hominemque
ex homine exuerit neceſſe eſt. Talis quoniam non admodum
reperitur, vacauit nomine. Temperans autem iis rebus
omnibus modum adhibet. Nam nec delectatur iis, quibus
intemperans maximè: ſed angitur potius, nec omnino quibus
ex rebus voluptas percipienda non eſt, nec vehementer
B vlla eiuſmodi: nec ſi abſint, dolore conficitur: nec concupiſcit,
niſi moderatê. quòd ſi concupiſcat, nullam magis quàm
decet concupiſcit: nec quando dedecet, nec vllam omnino
ardentius deſyderat eius generis voluptatem. Quæ autem ad
valetudinem pertinent voluptates, vel firmam corporis conſtitutionem,
eas modicè, & vt decet, concupiſcit: cæteraſque
res omnes voluptatum effectrices, quæ his non ſint impedimento,
dummodo nec honeſtati repugnent, nec facultates
exhauriant. Nam qui ita animo affectus eſt, is vehe-
C mentius quàm æquum ſit, voluptates huiuſmodi adamat.
Qualis non ſolet eſſe temperans, qui rationi congruit. In- 12
temperantia autem magis noſtra voluntate ſuſcipitur, quàm
timiditas & ignauia. Illa enim ex voluptate, hæc ex dolore naſcitur,
quorum voluptas expetenda eſt, dolorque fugiendus.
Ac dolor quidem naturam eius in quo eſt à ſuo ſtatu dimouet
ac labefactat: voluptas nihil tale facit, quoniam etiam à noſtra
voluntate proficiſcitur. Itaque maiore reprehenſione digna
eſt: quandoquidem facilior eſt earum rerum conſuetudo,
quæ ſunt voluptatis. Nam & multa & varia eius generis in vi-
D ta verſantur, & eorum conſuetudo ſine periculo omnis capitur.
In rebus autem formidoloſis contra contingit. Sed ignauia
non æquè voluntaria ac res ſingulæ, eſſe videatur: quòd
illa dolore vacat, hæ adeo homines de ſuo ſtatu ſenſu doloris
dimouent, vt & arma abiicere, & alia permulta contra decorum
homines facere cogantur: ob eamque cauſam violentæ
videntur. Contraque intemperantis res ſingulæ voluntate ac
ſponte ſuſcipiuntur: quippe qui eas appetat & concupiſcat:
totum verò genus, minus. quandoquidē nemo intemperātiæ

cupiditate ducitur. Nomen autem τῆς ἀκολασίας, id eſt, intēperantiæ, ad pueriles errores delictaque transferimus: nec iniuria. Eſt inter hæc enim quædam ſimilitudo. vtrum autem ab altero ductū ſit, nihil ad id quod agimus. quāquā ſatis cōſtat, poſterius ductum eſſe à priore. Nec iniuria quidē facta translatio eſt. κεκολάσθαι enim, id eſt, caſtigatione quadam adhibita contrahi, debet id omne in nobis, quod rerum turpium ac libidinoſarum cupiditate rapitur, nimiumque exultat ac luxuriat. cuiuſmodi ſunt appetitus, & pueri maximè. Nam libidinoſe viuunt etiam pueri, in quibus maximè rerum voluptatem efficientium valet cupiditas. Quòd ſi minus rationi parebunt, eique ſubiecti erunt appetitus, longius euagabuntur. (Eſt enim cū per ſe voluptatis inſatiabilis & inexplebilis cupiditas, tū omni ex parte in eo, qui à ratione diſcedit) & cupiditas, dum expletur, eius quod cognatum eſt vires amplificabit. quæ quo ſunt maiores & vehementiores, eo magis mentē ê ſua ſede & ſtatu dimouent. itaque modus in iis retinendus eſt, ne rationi repugnēt. Atque hoc ipſum eſt, quod obœdiēs caſtigationeque adhibita moderatum eſſe dicimus. Vt enim puer ex pædagogi præſcriptione, ſic vis hæc cōcupiſcendi cōuenienter rationi debet viuere. Quocirca debet in moderato viro & temperante rationi congruere ea pars animi, quæ voluptate alitur. Vtrique enim propoſitum eſt, id quod deceat. Et appetit temperans quæ decet, omnia, & quemadmodum, & quando decet, quemadmodum etiam ratio præcipit. Ac de temperantia quidem hactenus.

E F G

ETHIC. ARISTOT. LIB. IIII.

H

DEinceps de liberalitate dicamus, quæ in pecuniis mediocritas quædam cernitur. Laus enim liberalis, poſita eſt non in bellicis rebus, vel iis in quibus temperans cernitur, nec rurſum in iudiciis, ſed in dandis accipiendiſque pecuniis, potiuſque in dandis. Pecunias autem appellamus res omnes, quarum numo ponderatur æſtimatio. Sunt autem in pecuniarum vſu duo vitia: quorum

A alterum in exuperantia positum est, diciturque Prodigalitas: alterum in defectione, quæ appellatur Auaritia. Ac auaritiæ quidem crimen iis semper attribuimus, qui nimio pecuniarũ studio tenentur. Prodigalitatem autem quandoque cum aliis vitiis confundimus. Impotẽtes enim & qui sumptus faciunt, profunduntque pecunias in eas res quæ sunt intemperantiæ, Prodigos dicimus. Itaque improbissimi videntur esse, quòd multis simul vitiis sint flagitiisque contaminati. Non igitur proprio nomine appellantur. est enim prodigus certo vitio B implicatus, quod in effundendis pecuniis cernitur. prodigus enim per se ipse perit. atque etiam videtur ipsius interitus quidam esse, facultatum effusio, quòd ex iis vita constet. Prodigalitatem igitur hoc pacto intelligimus. Quarum autem rerum vsus aliquis est, iis & rectè & peruerse vti licet: Atqui sunt diuitiæ & pecuniæ în bonis vtilibus, & qui virtute præditus est, ea quæ in rebus omnibus cernitur, is optimè scit vti omnibus: Optimè igitur diuitiis vtetur is, qui virtutem, quæ in pecuniarũ vsu versatur, habuerit, qualis est liberalis. Vsus C autem pecuniarum in sumptu & largitione consistit: in acceptione verò & custodia magis cernitur possessio. Quocirca liberalis est, dare potius quibus dandum est, quàm vnde accipiendum est accipere: aut vnde accipiendum non est, non accipere beneficium. Virtutis enim proprium est, beneficia in alios cõferre potius, quàm ab aliis accipere: & quæ recta sunt & honesta facere, quàm flagitiosa & turpia non facere. Dubium autem non est, quin dantem beneficium datum, honestaque actio comitetur: accipientem verò beneficium acce-D ptũ, aut certè nulla turpis indecoráve actio. Et gratia ac laus multo etiam magis, dantem, non accipientem, sequitur. Facilius etiam est, non accipere quàm dare. suũ enim quisque minus sæpe profundere solet, quàm accipere alienũ. Atque etiã liberales dicuntur ii, qui largiuntur. Qui verò non accipiunt, iis non liberalitatis laus tribuitur, sed iustitiæ potius. Qui autem beneficia accipiunt, non admodum ii laudari solent. Iam omnium in quibus virtus inest, ii fere diligũtur maximè, qui fama & laude valent liberalitatis. prosunt enim aliis: quod

in largiendo quidem positum est. Virtuti autem consentaneæ E
actiones præclaræ sunt, honestatisque causa geruntur: dabit ergo liberalis beneficia honestatis causa: & rectè. Largietur enim quibus, & quantum, & quando largiendum erit: cæteraque seruabit omnia, quæ rectam & æquam largitionem sequuntur: eaque faciet libenter, aut non grauatè quidē. Quod enim virtute geritur iucundum, aut non molestum, idem minimè graue est. At verò qui largitur quibus largiendum non est, nec honesti studio, sed alia aliqua causa ductus, hic non est habendus liberalis, sed alio aliquo nomine appellandus. F
ne is quidem qui grauatè id facit, quoniam præclaris actionibus & officiis facile pecunias anteponat, quod procul abest à liberali. Nec verò liberalis vnquam accipiet, vnde nefas sit: quippe cùm ita non soleat accipere is qui pecunias contemnat, ac pro nihilo putet. Nec idem ad petendum procliuis est, quòd non libenter beneficium accipiat is, qui dare solet. Accipiet tamen vnde æquum erit, vt de suis facultatibus & copiis, non quòd honestum sit, sed quia necesse, vt ad largiendum suppetant copiæ. Nec verò sua negliget, qui nonnullis quidem ex his opitulari velit. Passim autem cuiuis non largietur, vt suppetant copiæ ad largiēdum, quibus rectum erit, G
& quando, & vbi ratio postulabit. Est etiam liberalis in dando valde excellere, vt sibi minora reliqua faciat. Liberalis est enim, sibi suisque commodis minus consulere. Sed ex facultatibus omnis ponderanda liberalitas est. Neque enim ex numero beneficiorum quæ dantur, sed ex animo & voluntate eius qui dat, omnis est spectāda liberalitas. Animus autem in dando rationem habet facultatum. Quamobrē nihil prohibet liberaliorem esse eum qui minora confert beneficia, si ex H
minoribus quæ suppetant copiis largiatur. Ad opem autem ferendam aliis propensiores sunt ii, qui non suo labore & diligentia opes pararunt, sed ab aliis partas acceperunt. neque enim experti sunt egestatis quàm sit graue malū. Et sua cuique facta magis placent, vt parentibus & poetis. Difficile est autem liberalem locupletem esse, nec accipientem aliunde, nec sua custodientem, quinetiam largientem, pecuniamque

A non propter se amantem, sed ad beneficētiam liberalitatemque cōferentem. Itaque accusatur fortuna, quòd minimè locupletes copiosique sint ii qui sunt dignissimi. Quod nō sine ratione contingit. Neque enim vt cæteris rebus, sic opibus abundare possunt ii, qui nullam dant operā, vt cōsequantur. Non tamen opem feret indignis, aut quando non erit largiendum: eaque seruabit omnia quæ sunt generis eiusdē. nō enim iam faciat quæ sint liberalitatis. quas in res si profuderit facultates, nihil iam possit in eas quæ honestæ sunt effundere.

B Vt ergo diximus, is demum liberalis est, qui pro facultatibus, atq; in eas res quæ præclaræ sint, profundit pecunias. qui autem modum transit, Prodigus dicitur. Itaque reges nō appellamus Prodigos, quòd nō facile sit eorum opes & copias quas maximas habent, vllis largitionibus aut sumptibus exhauriri. Quoniam igitur mediocritas quædā est liberalitas, quæ largiendis accipiendisque pecuniis cernitur: largietur quidem liberalis, & sumptus faciet in eas res quæ decoræ erunt: iisque modū adhibebit, æquè in magnis, atque in paruis. idque faciet libenter. Accipietque vnde, quantumque accipiendum

C erit. Nam quia in vtroque virtus, modus quidam cernitur: vtrunque pro dignitate præstabit. Honestam enim largiendi rationem, honesta etiam accipiendi solet consequi. sin talis non est, contraria fit necesse est. Ac eæ quidem quæ se consequūtur, semper sunt in eodem: contrariæ autem non item. Quòd si cōtra decorum, & honestatem accidat vt profundat pecunias, ægrè feret ille quidē, sed modicè & decorè. Virtutis est enim & lætari & dolere quibus rebus, & quemadmodum

D decet. Iam in re nummaria liberalis facilem se socium lenemque præbebit. Quoniā enim despicit ac pro nihilo putat pecunias, opportunus est iniuriæ. Idemque molestius feret se sumptus nō fecisse quos debuit, quàm doleat se in eas res quas minimè decuit, pecunias effudisse. nec Simonidis sententiam probabit. At verò prodigus in his etiam omnibus aberrat. Nam nec gaudet, quibus, aut quemadmodum æquum est, nec offenditur. quod ex iis quæ deinceps dicemus, facilius intelligetur. Atque hoc quidem iam diximus, prodigalitatem &

auaritiam exuperantias esse ac defectiones: easque in duobus E
versari, largiendis accipiendisque pecuniis. sumptus enim referimus ad largitionem. Et prodigalitas quidem largiendo & minus accipiendo finem modumque transit, accipiendoque modum deserit. Auaritia autem largitur parum illa quidem, sed accipiendo, nisi in paruis, vltra modum progreditur. Prodigorum igitur non ferè opes augeri solent. Neque enim facile est, eum qui à nemine accipiat, largiri omnibus. Celeriter enim desunt ad largiendum facultates iis, qui priuati sunt, quales sunt ferè prodigi. Atqui cùm sit eiusmodi, tamen vide- F
tur multo melior auaro. Facilè enim ad sanitatem traduci potest & progressu ætatis, & inopia coactus: ad mediocritatémq; peruenire posſit. In eo enim sunt ea omnia quæ sunt liberalis, quòd & largitur, nec aliunde accipit. Sed tamen neutrum faciens, nec decorum seruat, nec æquitatem. Quod si facere assuescat, aut aliàs commutetur, iam erit liberalis. Nam & quibus largiendum erit, largietur: nec vnde minus æquum erit, accipiet. Quocirca nõ videtur deprauatis corruptisque moribus præditus. Nõ enim scelerati est aut ingenerosi, sed stulti potius, largiendo, nec accipiendo finem modumque transire. G
His igitur præditus moribus prodigus, multo est auaro melior, cùm ob eas causas quas diximus, tum quòd hic prodest omnibus, ille nemini, ne sibi quidem. Sed pleriq; prodigorũ, vt diximus, à quibus non debent accipiunt, ob eamque causam auari existunt: parati autẽ sunt ad accipiẽdum, propterea quòd inest in iis cupiditas plerunque effundendi copias, quod ægrè efficere possunt. Cùm enim dando egere celeriter cœperint, alienis bonis manus afferre coguntur. Et quia nul- H
lam honestatis rationem ducunt, sine delectu vndecunque possunt rapiunt. Inest enim cupiditas in eis largiẽdi: sed quomodo, aut vnde, nihil laborant. Quare largitio eiusmodi non debet liberalis videri. Nam nec honesta est, nec honestatis causa, nec pro dignitate: sed nonnunquã quos homines æquũ erat omni ope desertos vitam in summa inopia degere, eos potissimum locupletant: iis verò qui commodis sunt moribus, nihil largiuntur. assentatores autem, eosque omnes qui

A ministri sunt voluptatum, magnis opibus adaugent. Ita fit, vt plerique eorum sint libidinosi. Quoniam enim facilè largiũtur, sumptus etiam iis rebus suggerunt, quæ sunt libidinis. Et quoniam honestè & moderatè non viuunt, propensi sunt ad voluptates. Ac prodigus quidem cũ nullam sequitur ducem rationem, in has miserias incidit. Qui si curam diligentiámque adhibuerit, facilè ad virtutem decorumque perueniat. At verò auaritiæ malum insanabile est. Nam senectus omnisque imbecillitas auaros efficit. Eademque magis tributa est B à natura hominibus, quàm prodigalitas: quòd multo plures studio pecuniæ trahantur, quàm parati sint ad largiendum. Latè etiam patet, eiusque genera sunt plura. multi enim modi auaritiæ videntur esse. Cùm enim in rebus duabus cernatur, vt si minus largiare quàm deceat, & si modum accipiendo transeas: non inest tota in omnibus, sed seiungitur, aliique extra modum accipiendo prodeunt, alii parum largiuntur. Qui enim his nominibus appellantur; parci, tenaces, aridi, omnes deficiunt & desunt dando: sed alienum nec appetunt, C nec volunt eripere: quorum alii id faciunt bonitate quadam, rerũque turpium fuga. Videntur enim quidã, aut certè aiunt se ob eã causam tueri ac conseruare sua, vt ne aliquando turpe aliquid facere cogantur. In his cumini sector ille, & si quis talis: qui omnes ex singulari quadam auaritia nominati sunt. Alii autem metu ab alieno manus abstinent. quòd non sit facile, qui ab aliis eripiat, eius res ab aliis non detrahi & auferri. Placet igitur his talibus; neque dare aliis quicquam, nec vicissim ab aliis accipere. Sunt etiam alii in accipiendo nimii, D qui passim & quiduis accipiunt, quales sunt ii qui in sordidis artibus versantur, vt lenones, & omnes eiusmodi, vt fœneratores, & qui exigua dant vt maiora ferant. Omnes enim hi homines à quibus & quantum æquum non est, accipiunt: eorumque communis, turpis, sordidusque quæstus videtur. Nam propter quæstum atque eum perexiguum, omnes probra & dedecora sustinent. Qui enim magna à quibus, & quæ nefas est eripiunt, quales sunt tyranni; qui ciuitates oppugnant, fana diripiunt, ii non auari, sed scelesti potius, impii

& iniqui sunt habendi. Attamen & aleatores & raptores & E
latrones auari putandi sunt, quòd in turpi quæstu sint occu-
pati. nam spe quæstus hæc instituta sequuntur, & probra per-
ferunt. Atque hi spe quæstus maximis periculis se offerunt:
illi ab amicis, quas copias iis suppeditari æquius est & relin-
qui, eas lucrãtur. Vtriq; igitur, quoniã opes suas augẽt, alie-
nis repugnante ratione, in sordido quæstu & arte versantur.
Quamobrem omnes hæ rapinæ & pecuniarum translationes
illiberales sunt. Iure autem liberalitati auaritia opposita est,
quòd maius est malum quàm prodigalitas: sæpiusque ea pec- F
catur, quàm illa eadem effusione. Ac de liberalitate quidem
2 vitiositatibusq; ei contrariis hactenus. Sequitur vt de ma-
gnificentia disserendũ esse videatur, eo ipso quòd ea virtus in
pecuniis cernitur. Sed nõ ad omnes actiones & officia pecu-
niaria, quemadmodum liberalitas, sed sumptuaria modò ad-
hibetur, in quibus liberalitatem magnitudine superat. Est
enim virtus, vt nomine ipso declaratur, in sumptuũ magni-
tudine seruans decorum. Magnitudo autẽ ad aliud refertur.
Neque enim idem sumptus trierarcho dignus est, & præfecto G
spectaculorum: in omnibusque rebus vt decorum conserue-
tur, & personæ & temporis, & rerum ipsarum habenda ratio
est. Qui autem sumptus facit in res vel paruas, vel mediocres
pro dignitate, is non magnificus, vt ille qui dicebat, Sæpe dedi
peregrinis: sed qui in res magnas, is demum magnificus est
iudicandus. Qui enim magnificus, idem continuò liberalis:
qui autem liberalis, idem non cõtinuò magnificus est. Huius
autẽ animi habitus defectio sordes appellatur: exuperantia,
luxus. & si qua sunt eius generis vitia, quæ extra modum non H
prodeũt sumptu quibus in rebus decet, verum in quibus de-
decet, & qua ratione non decet, splendorem ostentãt. de qui-
bus mox disseremus. Magnificus autem docto similis est, quo-
niã decori rationem habere potest, sumptusque magnos aptè
suggerere. Nam cum habitus omnis animi definiatur actioni-
bus, initio vt dixi, iisque omnibus in quibus versatur: magni-
fici autem sumptus magni sint & decori: fit vt etiam eiusmo-
di opera consequãtur. Ita enim sumptus magnus futurus est,

A & ad rem aptus & accõmodatus, si & res ipsa sumptu digna, & sumptus re ipsa dignus, aut etiã maior habebitur. Sed hæc omnia honestatis causa (hoc enim virtutibus omnibus commune est) magnificus faciet, idque libenter ac studiose. Accuratè enim ac subtiliter res põderare, sordes sectãtis ac splẽdorem fugiẽtis est proprium. Magisque qua ratione quicque splendidissimè efficiatur, considerabit, quàm quanti, quoque modo minimo. Magnificus autem liberalis sit necesse est. Nam cùm eos liberalis sumptus suppeditat, quos & quem-
B admodum decet, tum in iis magnifici splẽdor elucet. Et quoniam iis in rebus liberalitas cernitur, æquo sumptu rem administrabit splendidius. Neque enim eiusdem virtutis est & commẽdationis possessio rei, & opus ex illa re factum. Possessio enim rei, exẽpli causa auri, plurimi fit & æstimatur: Opus autem ex ea re confectum, præclarum est atque magnũ. quoniã eius inspectio mirabilis. At quod magnificum est ac splẽdidum, id omne mirabile. Estque rei & operis splendor ac dignitas in magnitudine. Sumptus autem in hoc genere ii pro-
C bantur maximè, quæ honorabilia dicimus, quales sunt quæ diis adhibentur, donaria, apparatus, sacrificia, similiterque ea omnia quæ in cultu & religione diuina impenduntur, & quæ in Repub. honestæ gloriæ causa exhibentur, vt sicubi ludos fieri splendidè putent oportere, aut triremis præfectum munus suum exequi, aut publicum epulum præbere. Sed in his omnibus videndũ est, vt dixi, non modò qualis is sit qui agat, sed quales etiam ei suppetant ad efficiendum facultates. Sunt enim ad res quæ suscipiuntur accommodandæ: nec solum iis
D opus, sed is etiam qui efficit honestandus est. Quocirca pauperum nemo possit esse magnificus, quòd ei nihil suppetat, vnde sumptus queat splendidè sustinere. Quod si aggrediatur, quoniã id faciat contra dignitatem ac decorum: & quicquid eiusmodi est quod recte fit, id omne virtute geritur: profecto stultus habeatur, necesse est. Hæc autem ita honestabunt eos, si vel per se ea quæsierint, vel à maioribus relicta acceperint, vel ab iis etiã qui eos tũ claros tum nobiles viros, aliquo propinquitatis iure attineant, & si qua sunt ex hoc ge-

nere. ineſt enim in his omnibus ſplendor quidam & dignitas. E
Ac magnificus quidẽ vir eſt eiuſmodi, in hiſque talibus ſumptibus, vt dixi, magnificentia cernitur maximè. Sunt enim & maximi, & maxima digni gloriatione. Eorũ autẽ qui priuatim fiũt, huc pertinẽt ii omnes qui ſemel ſuggeruntur. vt nuptiæ, & ſi quid eſt eiuſmodi. Itẽque is in quo ciuitas tota occupata eſt, aut ii qui ſunt in magiſtratu: hoſpitũ etiã recipiendorũ iura, legationes, dona, & remunerationes. Neque enim ſui cauſa ſumptus ſolet facere magnificus, ſed Reipub. Et dona ſimile quiddã habent iis rebus quæ diis dedicãtur. Eſt etiã magnifici F
& honorati viri, domũ ædificare, cuius modus & dignitas ad diuitias accõmodãda eſt (quæritur enim etiã ex domo dignitas quædã) & in eas res potius pecunias profundere, quarum memoriã diuturnã ſit relicturus. Hæ enim præclariſsimæ res ſunt, & ſuũ quæque decus obtinet. Non enim eadẽ diis hominibusque conueniũt, nec fanis & ſepulchris. Omnis etiã ſumptus magnus eſt in ſuo genere: & clariſsimus quiſq; ſi in rẽ magnã factus ſit, maximus habetur: & qui his rebus accõmodatus eſt, iam hic clarus magnusq; dicitur. Intereſt autẽ inter id G
quod in re, & quod in ſumptu magnũ appellatur. Nã pila q̃dẽ ſi pulcherrima ſit aut vrceus, pueri quidẽ ratione & ſentẽtia, clarus & magnificus habeatur: eius autẽ æſtimatio & preciũ perexiguũ eſt & illiberale. Ob eãq; cauſam honorati viri clariq; eſt, in quocũq; genere quid faciat, magnificè id ſplẽdideq́; facere. Quo in genere quicquid fit, nec facilè ſuperari poteſt, & fit pro ſumptus dignitate. Ac magnificus quidẽ vir talis eſt. Qui autẽ modũ trãſit, hoc ipſo, vt dictũ eſt, modũ trãſit, ꝙ profundat cõtra decus pecunias. In rebus enim parui mo H
mẽti magnos ſumptus adhibet, ſplendoreq́; ineptè oſtẽtat, vt nuptiali apparatu eos excipiens qui dant ſymbolum, & qui comœdis omnia ſuppeditans, purpuram in eorum præfert tranſitu, vt ſolent Megarenſes. Atque hæc facit omnia non honeſtatis, ſed oſtentandarum diuitiarum cauſa, & quòd ſe putet admirationem cæterorum excitaturum: Atque idem quæ res magnos ſumptus deſyderant, in iis parcus eſt: quæ exiguos, in iis profuſus. Sordidus verò in omni re abeſt à de-

A coro: qui cum magnos sumptus sustinuerit, in exiguo deco-
rum omne peruertit. Quòd si quid faciat, & cunctando id ef-
ficit, & qua ratione minimo sumptu præstare possit cōsyde-
rat, atque id grauatê. idemque se splẽdidius omnia quàm de-
ceat facere arbitratur. Ac sunt hi habitus vitiosi illi quidem,
sed non ferè in reprehensionem incurrunt: idque fit ob eam
causam maximè, quòd nec proximis noceant, nec insignem
habeant deformitatem. Magnitudo autem animi magnis
in rebus, vt nomen ipsum significat, cernitur. Sed primùm in
B quibus, nobis explicandum est. Nihil autem interest, vtrum
ipsam animi affectionem nobis proponamus, an eum qui eá
sit præditus. Igitur is demum magno excelsoque animo puta-
dus est, qui res magnas illas quidem, sed quibus dignus sit, sibi
deberi iudicat. Qui enim minus pro dignitate hoc sentit, is
stolidus habendus est. Atqui eorum qui virtute gerunt ali-
quid, nemo stolidus, nemo amens putatur. Ac magno quidem
vir animo is est quem diximus. Qui autẽ exiguos honores me-
ritus est, quos sibi tribui æquũ censet oportere, is non magna-
C nimus, sed modestus & moderatus est iudicandus. Magnus
enim elatusque animus in magnitudine cernitur, quemad-
modum pulchritudo in magno proceroque corpore. Breues
autem homines sunt illi quidem vrbani, aptáque cõpositio-
ne membrorum præditi, formosi non item. Qui verò magna
præmia se meritum putat, iis cum sit indignus, alto animo
dicitur. Nec verò qui maioribus se dignos existimant, quàm
eorum sint merita, omnes elati iudicandi sunt. At qui mi-
nora quàm habere sit dignus, sibi deberi iudicat, is demisso
D pusilloque animo putandus est, siue magna, siue mediocria, si-
ue exigua illius extent merita: quibus minora sibi etiã tribui
putet oportere, præsertim si magna eius merita videantur.
Quid enim si tantis esset indignus, facturus fuisse videatur?
Ergo magnanimus summus ac extremus est ille quidem ma-
gnitudine, sed modo rationeque medius. Nam suis se ipse me-
ritis metitur: alii vel modum transeunt, vel deserunt. Qui si
magna, atque adeo maxima sibi, quia dignus sit, deberi iudi-
cat, profectò vna in re maximè eius merita cernentur. Quid

pulchritudo c[illegible] tur in ma[illegible] proceroq corpo[illegible]

ergo tandem illud ſit, ex dignitate intelligendum eſt. Dignitas autem in externis bonis ponitur atque numeratur: quorũ maximum ponimus id, quod & Diis tribuimus, & quod maxime expetunt omnes ii, qui ſunt in magiſtratu, & quod rerũ geſtarum, vel præclariſsimarũ quaſi mercedẽ omnes deſyderant, qualis gloria eſt. Eſt enim bonorum externorũ maximũ, gloria. In honore igitur & dedecore magnanimus ita animo affectus eſt, vt ratio æquitaſque poſtulat. Quod etiam tacentibus nobis facilè perſpici poteſt. Gloria enim magni viri ſe eſſe digniſsimos, idque pro dignitate, arbitrantur. At qui demiſſo pectore puſilloq; animo eſt, is & ſuo iudicio abeſt à decoro, & magnanimi dignitate. Qui autẽ elato animo eſt, vincit ille quidẽ ſuo iudicio, ac modũ tranſit, ſed tamen magnanimũ nõ vincit. Sed quoniã maximis honoribus magnanimus dignus eſt, idẽ optimus ſit neceſſe eſt. Sẽper enim quo quiſque melior, eo maiore dignus eſt gloria, & optimo cuique maxima gloria debetur. Ita eũ qui verè ſit magnanimus, virum bonũ eſſe neceſſe eſt. Atque etiã magni fortiſque animi proprium videatur quod in quaq; virtute magnũ excellenſque ducitur. Nequaquã etiã deceat magno animo virum fugere pericula, aut cuiquã facere iniuriã. Quid enim turpe aliquid faciat, cui nihil magnũ eſſe videatur? Ac mihi quidem certe omnia ſpectanti, omnino ridiculus magnus animus videtur, qui nõ idẽ ſit bonus: qui ſi malus ſit, ne honore quidẽ eſſe dignus poteſt. Eſt enim virtutis merces, gloria, quæ eadẽ bonis viris tribuitur. Quocirca videtur magnitudo animi quaſi ſplẽdor quidã & ornamentum eſſe virtutum omnium. Nam & maiores eas ſplendidioreſque facit, & cohærere ſine illis nullo modo poteſt. ob eãque cauſam vix in quoquã vera animi magnitudo reperitur. ſiquidẽ eſſe ſine ſingulari quadã & eximia bonitate nullo pacto poteſt. Omnino igitur magnus animus in decore & dedecore cernitur. Atq; idem magnis honoribus, qui quidem à bonis viris tribuẽtur, moderatè ille quidem lætabitur, tanquã ſuos aut etiam minores ſit conſecutus (Virtute enim vndique perfecta & abſoluta nullus honos ſatis dignus poteſt eſſe) ſed tamen eos ille quidem certe recipiet hoc ipſo, quòd

virtutis merces glo-ria est,

A ei maiores habere non posſint. Eos autem, quos quiuis & exiguos tribuet, omnino contemnet ac pro nihilo putabit, ſiquidem tales meritus non eſt. itemq́ue dedecus & infamiã, quòd ei iure non poſſunt cõtingere. Imprimis igitur ac maximè in gloria magnanimus, vt dixi, cernitur. Attamen & in diuitiis & magiſtratibus, & in ſecundis rebus & aduerſis, affectus erit quàm moderatiſsimè fieri poſſit: neque proſperis rebus lætabitur nimis, neque aſperis aduerſiſq́ue mœrebit. Non enim iſto pacto in honore & gloria, vt re omnium maxima affectus B erit. Imperia enim & opes gloriæ cauſa expetendæ ſunt. Itaque ea omnia ſibi gloriæ ducũt, qui iis ſunt præditi. Quid ergo videatur ei magnum in rebus humanis, cui etiam cõtemptui eſt gloria? Quocirca magno animo excelſoq́ue viri, iidẽ contemnentes rerum videntur eſſe. Atque etiam ſecundæ res videntur ad animi pertinere magnitudinem. Nam & nobiles gloria digni putantur, & ii qui ſunt in imperio, & diuites, ꝙ excellant aliqua præſtantia. habet autem venerationem iuſtiorem, quicquid excellit. Itaque maiores elatioreſq́ue ani- C mos hæc ipſa faciunt. ſiquidem ex iis gloriã à nonnullis conſequuntur. Quanquam autem ſi verum iudicare volumus, ſolis bonis honos debetur: tamen cui vtrũque adſit, is neſcio quomodo maiorem laudem ac gloriã meretur. In quibus autem hæc talia bona inſunt ſine virtute, ii neque ſe ipſi iure magno honore dignos putant, nec magnanimi rectè nominãtur. Neque enim hæc conſtare ſine virtute vndique perfecta vllo modo poſſunt. Contemnunt enim, cõtumelioſiq́ue ſunt ii qui his etiam bonis abundãt. Difficile enim eſt, ſi à virtute D defeceris, ferre aptè res ſecundas. Quoniam autem ferre illi non poſſunt, & ſe præſtare cæteris putant, eos contemnunt: ipſi quicquid acciderit, faciũt. Imitantur enim magnanimũ, cùm ab eo abſint diſtentq́ue plurimum. Hoc quibuſcunque rebus poſſunt, faciunt. Virtute igitur nec gerunt quicquam, & tamen contemnunt cæteros. At verò magnanimus vir iure deſpicit. Veritate enim ille ad iudicandum, plerique autem magis temeritate ducuntur. Et quoniam paruifacit ac negligit parua pericula, nec iis ſe offerre, nec ea optare ſolet. Ma-

gnis autē ac grauibus se obiicit, in quibus vitæ nō parcit, hoc E
ipso ꝙ indignum sit omnino in vita manere. Atque is est, qui
& beneficia conferat, & accepto beneficio pudore afficiatur:
quòd illud eius sit qui excellat & præstet, hoc eius qui vincatur. Idem maius beneficium reddit quàm accepit. Sic enim
debebit is qui prior dederit, ac præterea beneficium accipiet.
De iisq; loqui solent magnanimi, de quibus benemeriti sunt:
non autem de iis, qui beneficia contulerunt. Est enim inferior qui accipit eo qui dedit beneficium. at vult hic noster
princeps esse. Ac quæ contulit beneficia, libenter: quæ accepit, de iis audit inuitus. Itaque Thetis apud Iouem beneficia F
sua in eum non commemorat, nec Lacedæmonii apud Athenienses, sed illorum erga se. Est etiam magni viri, nullo omnino, aut vix egere, & opitulari vltro: aduersusque eos, qui in
magistratu sunt, prosperáque fortuna vtuntur, magnum: aduersus mediocres, modestum se mediocremque gerere. Nam
& illis præstare difficile est ac gloriosum, & his facile. interque illos gloriari ingenuum est ac liberale, inter humiles autem & abiectos homines sordidum & importunum: vt si quis G
cum imbecillis viribus velit contendere. Nec solet idem ad
ea commeare omnia, quæ sunt in honore & pretio, aut vbi
obtinent alii principatum. Quietus est etiam & cunctator,
nisi aut magnus honos agatur, aut res magna. Paucas res agit
ille quidem, sed magnas & dignitatis plenas. Idem & apertē
oderit necesse est, & apertè diligat, quòd timidi sit tegere ac
occultare sententiam: magisque ex veritate pendet, quàm
ex opinione: dicitque ac gerit palàm omnia. siquidem id contemnentis est. Itaque libere quæ sentit solet dicere: idque H
eo facit, quòd & contemnat, & vera loquatur, nisi fortè si
quid dissimulatione tegendum sit, cui rei locus est apud multitudinem. Nec verò cum aliis nisi cum amico vita victuque
coniungitur, quòd id seruile existimet. Itaque & omnes assentatores, seruiles: & humiles, assentatores esse solent. Et
quoniā magnum ei nihil videtur, nihil mirabile ei videri solet. Non recordatur iniurias. siquidem magnanimi nō est meminisse præsertim iniurias, sed potius cōtemnere. nec de ho-

libere dicere aliquid

A minibus sermonem habet, quãdoquidem nec de se prædica-
bit nec de cæteris. Nam nec vt laudetur ipse laborat, nec vt
alii vituperentur: nec laudat alios libenter. itaque nec conui-
tiator est, ne inimicorum quidem, nisi fortè propter cõtume-
liam. Minimè verò de iis malis quæ aut necessariò, aut exigua
interueniunt, queritur, nec ea vt sibi eueniant, precatur. Eius
enim est qui in rebus curã adhibet, his in rebus eã animi affe-
ctionem cõstantiãque retinere. Atque etiã is est qui res hone-
stas & præclaras, quanuis inutiles, fructuosis anteponat. Hoc
B enim cũ potius attingit, qui se ipse cõtentus est. Incessus etiã
magni viri, tardus sit necesse est, vox grauis, constans & firma
oratio. Neque enim aut festinat is qui paucis rebus studet, aut
vehemens est cui nihil magnũ esse videatur: quibus de causis
& cõtentiones vocis suscipiuntur, & in ingressu celeritates.
Ac magnanimus quidẽ eum se præstabit. Qui autem iis deest
officiis, angusto pusilloque animo dicitur: qui modum trãsit,
elato. qui quidem mali & improbi minimè vidẽtur esse, quo-
niam nihil improbè faciunt, sed errant potius. Nam qui de-
C misso abiectoq; est animo, is & quibus bonis dignus est se ipse
spoliat, & malo quodã præditus est, quòd se indignum bonis
iudicat. Idémque se ipse ignorat. aliter enim ea omnia expete-
ret, quibus dignus est, cùm sint in bonis. Nec stulti quidem
vidẽtur esse, sed pigri potius, quæ eos deteriores facit opinio.
Nam cum ea omnes expetant, quæ meritis ipsorum debẽtur:
tamen isti ab honestatis actionibus studiisque quasi indigni
sint, itemq; à bonis externis se remouent. At elato animo viri
& stulti sunt & se ignorant ipsi, atque id apertè. Nã tanquam
D digni sint, ea aggrediũtur, quibus laus & gloria proposita est,
deinde culpãtur. Itémque vestitu, gestu, aliisque eiusdem ge-
neris se comunt & ornant: suasque res secundas notas volunt
esse omnibus, ac de se ipsi prædicãt, quòd hæ res sint ipsis ho-
nori futuræ ac dignitati. Contraria autẽ est magis animi ma-
gnitudini abiectio animi, quàm elatio & altitudo. Nam &
sæpius vsu venit, & maius malum est. Ac animi quidem ma-
gnitudo in magno, vt dixi, honore versatur. Videtur autẽ 4
etiam in eo quædam virtus consistere, quemadmodum su-

prà dictum est, quæ eãdem habet rationem ad animi magni- E
tudinem, quam ad magnificentiã liberalitas. Nam cum vtraque recedat à magnitudine, tamẽ nos in rebus mediocribus, modestis paruisque rectè afficit. Vt autẽ in accipiendis dandisque pecuniis mediocritas reperitur, nimium, & parum: sic honorem & gloriam nonnulli nimium expetunt, alii parum, quidam eam quærunt ex iis factis, vnde & quemadmodum quærenda est. Nam & ambitiosum vituperamus, & eum qui nulla gloria ducitur: illũ, quia nimio honoris studio trahitur, & iis in rebus gloriam consectatur, quibus quærenda non est, F
hunc, quoniam ne ex rectè quidẽ factis instituit gloriã quærere. Incidunt autẽ nõnũquam tempora, cum & ambitiosos, quemadmodũ supra dixi, vt viros & honestatis cupidos laudamus, & eos qui nullum honorẽ expetũt, vt moderatos & modestos. Perspicuũ autẽ est, nos cùm rei alicuius multifariã quis cupidus dicatur, nõ tamen eodẽ semper referre ambitiosum: sed in laude, ex eo quòd auidior sit quàm plerique honoris: in vituperio, quòd magis quàm ratio æquitasq́; patiatur. Quoniam autem mediocritas vacat nomine, idcirco extrema de ea G
quasi deserta regione disceptant. Sed quibus in rebus nimiũ & parum reperitur, in iis etiam relinquitur mediocritati locus. Atqui honorem homines & nimium expetũt, & parum. Expetunt igitur, & quomodo expetẽdus est. Quare laudatur habitus, qui modum adhibet in expetenda gloria, etiamsi vacet nomine. Hoc autem apparet, si virtus hæc cum ambitione cõparetur, fore, vt vacuitatis honoris: sin cum vacuitate honoris, ambitionis speciem præ se ferat: si autẽ cum vtraque, vtranque quodammodo imitari videbitur. quod in reliquis H
etiam virtutibus cernitur. Quoniamq́ue mediocritas hic nomen non habet, pugnare extrema inter se videntur.

5 Mansuetudo etiam seu clemẽtia mediocritas quædam iræ est. Sed quoniam medium vacat nomine, ac ferè etiam extrema, ad medium clementiam transferimus, quæ ad id quod parum est deflectit, quòd nomine vacet. Exuperantia autem iracundia appelletur. Ira enim ipsa perturbatio est, quæ ex multis rebus variisq́ue gignitur. Atque is quidem qui quibus de re-

A bus, quibuſq́ue hominibus decet, iraſcitur, quiq́ue id facit quemadmodum, quando, & quandiu decet, is laudibus afficitur, quem eundem clementem & manſuetum appellari licet. Siquidem in laude clementia eſt. Vult enim clemens omni animi vacare perturbatione, non à perturbatione rapi & diſtrahi. quin etiam vt ratio præſcripſerit, ſic & his de cauſis, & tandiu vult ſuccenſere. Peccare autem in eam partem videtur, quæ modum deſerit. Neque enim vlciſci cupit clemẽs, ſed ignoſcere. At verò defectio ſiue lentitudo, ſiue alio quo-
B uis nomine appellari placet, eſt in vitio. Qui enim minus ſuccenſent ob eas cauſas ob quas decet ſuccenſere, ii ſtulti vidẽtur. & qui non quomodo, quando, quibus iraſcendum eſt. Sũt enim omnis ſenſus & doloris expertes, qui iraſci neſciũt, nec propulſant iniuriã. Atqui contumelias & conuitia æquo animo ferre, ac in ſuis negligere, ſeruorum ſimile eſt. Exuperantia verò illa quidem in omnibus exiſtit, (nã & quibus hominibus, & quibus de cauſis non eſt iraſcendum, iraſcimur, & vehemẽtius, aut remiſsius, ac diutius quàm ratio poſtulet)
C ſed tamen non in eodem hæc quidem inſunt omnia. neque enim poſſunt. Cum enim per ſe malum omne labefactat, tum ſi integrum ſit, intolerabile exiſtit. Ac iracundi illi quidem celeriter commouẽtur, & in quos, & quibus de cauſis, & vehementius quàm ſat ſit: ſed facile ac cito etiam eorum ira deſiſtit. quod in illis quidem eſt optimum. Idq́ue eis propterea accidit, quia iram nõ cõtinent, ſed viciſsim reddunt, quia ex ipſorũ præcipiti animi cõmotione quales ſint facilè apparet, hinc finẽ faciunt. ἀκρόχολοι autem, id eſt, extremæ bilis homi-
D nes, nimium procliues ſunt, & omni re facilè concitantur ad iracundiam, & quauis de cauſa. vnde etiam traxere nomen. At acerbi ægrè placãtur, diuq́ue irati ſunt, parent enim animi dolori: quem ſi ſemel expleuerint, tum modus apponitur. Vltio enim modum finemq́ue iræ adhibet, cum pro dolore voluptatem efficit. Quod ſi minus fiat, quaſi onus quoddam ſuſtinent. Quia enim hoc minus apparet, nemo eis animum poteſt inducere. & ad mitigandam & quaſi cõcoquendam iracundiam, tempore opus eſt. Cum autem hoc homi-

animũ alicui inducere

num genus sibi molestissimũ est, tum amicis maximè. Infensos autem homines appellamus eos, qui quibus de causis minus rectum est, irascuntur, & vehementius & diutius q̃ ratio postulare videatur. eos etiam, qui non redeunt in gratiam, nisi vltio vel animaduersio sit cõsecuta. Clementiæ autem repugnat magis vitium, quod modum trãsit, ob eam causam quia sæpius accidat. Nam & vlcisci iniuriam magis naturam attingit humanã: & infesto infensoque animo homines minus apti sunt ad vitæ communionem. Hoc autem & suprà dictum est, & ex iis quæ docemus nunc, perspici potest, non esse dictu facile, quomodo, aut quibus hominibus, aut qua de causa, & quandiu deceat irasci, & quatenus quis rectè faciat, aut peccet. Qui enim paulùm aliquid modum transit, is nec quòd fines rationis transilierit, nec quòd ab ea defecerit, vituperari solet. Interdum enim eos laudamus, qui modum deserũt, clemẽtesque dicimus: & iratos viros appellamus, quasi imperare possint. Ergo quãtum quisque vel quomodo modum egressus vituperãdus sit, nõ est facile explicare oratione. In rebus enim singulis, atque in sensu positum iudicium est. At illud quidẽ perspicuum est, medium habitum esse laudabilẽ, quo quibus rectum est irascimur, quãque ob causam, & quomodo decet, quod fit etiã in cæteris generis eiusdem. Illæ verò affectiones quæ modum transeunt, ac deserunt, sunt omnes in vitio: quæ si paruæ sunt, leuiter: si maiores, magis: si singulares, vehementer sunt reprehendẽdæ. Hoc igitur perspicuũ est, mediam in his animi affectionem obtinendam. Ac de his quidem animi affectionibus quæ in ira versantur, hactenus.

6 In consuetudine autem vitæ sermonumque ac factorum cõmunione comes & affabiles videntur ii, qui ad voluptatẽ laudant omnia, nec vlla in re aduersantur, ꝙ putent se iis quibuscum viuunt, nullo loco molestiæ esse oportere. Qui verò sunt his multum dispares, & in omni re aduersantur, nec de cuiusquam offensione ac molestia laborant, ii difficiles ac factiosi vocãtur. Nõ est quidẽ dubiũ id, quin hi animi habitus sint in vitio: isq; sit in laude, quo ea omnia quæ recta sunt, vtque ratio præcipiet, probabuntur, respuenturque cõtraria. Nomen autem ei non

A est impositum, quanquam amicitiæ similis parque videatur. Qui enim ea animi affectione præditus est, quæ medium locum tenet, eundem & bonum virum & amicum esse volumus, adiuncto amore. Hoc autẽ differt ab amicitia, quòd perturbatione eorumq; vacat amore, quibuscum ipse versatur. Neque enim amore vel odio ductus probat vt decet, omnia, sed quia ita animo est cõstitutus. Aequè enim hoc erga ignotos ac notos: erga familiares æquè, ac erga eos quorum non est implicatus consuetudine præstabit, nisi quòd in omnibus id

B faciet pro dignitate. Neque enim æquè decet familiaribus, ac exteris voluptatẽ & molestiam afferre. Atque hoc quidẽ iam dictum est omnino, eum talem hominẽ in cõmunione earum rerum quæ ad vitã pertinent, se ita esse gesturum, vt ratio postulabit. Si autem honestatis vtilitatisque rationem habuerit, inuestigabit inibitque rationem, qua nõ possit offendere, aut certè delectare possit. Nam cùm iis in iucunditatibus molestiisq; cernatur, quæ ex colloquiis nascuntur, quibus in rebus indecorum ei est, aut etiam incõmodum delectationẽ afferre,

C tum eas molestè feret, maletque amicum offendere. Quòd si qua res sit eiusmodi, quæ turpitudinem facienti eamque non paruam afferat, vel incõmodum, & cõtraria leuem molestiã: non probabit, sed aspernabitur. Aliter autem cum iis versabitur qui auctoritate aliqua præditi sunt, aliter cũ quolibet, magisque aut minus notis. itemque in aliis varietatibus suum cuique tribuet decorum. quãtumque in ipso est, placere volet ac gratus esse, molestus autem esse verebitur. Quæ autem eueniunt, honestas dico & vtilitas, ea si maiora sunt, sequitur:

D magnæque in posterum voluptatis causa, leuiter offendet. Ac medius quidem talis est, nec vllo appellatus est nomine. Qui autẽ aliis affert delectationẽ, in eoque nihil aliud sequitur, nisi vt gratus sit, affabilis dicitur. At qui id facit, vt adiumẽtũ ad opes adipiscẽdas, eaq; omnia quæ pecuniis parãtur, nanciscatur, is assentator est habendus. Eũ verò qui molestus ac tristis est omnibus in rebus, iam difficilem ac factiosum appellandũ diximus. Pugnare autẽ inter se videntur extrema, quod mediocritas nomen nõ habet. Iisdẽ ferè in rebus arrogantiæ

7 mediocritas cernitur, quæ etiam vacat nomine. Ac de iis non E
erit alienum disputare. Nam facilius ea quæ ad mores pertinent intelligemus, si de singulis disseruerimus: & virtutes mediocritates esse probabimus, si ita esse in omnibus perspexerimus. Iam de iis qui vitæ societatem vel ad voluptatem vel dolorem dirigerent, diximus. Nunc de iis qui verum vel falsum enuntiant, ac præ se ferunt seu factis seu dictis, idque arrogando, disseramus. Igitur arrogans appellatur is, qui sibi res magnas & præclaras sumit & vendicat, cũ non insint, vel maiora quàm quæ insunt. Dissimulator contrà, qui quæ insunt F
negat inesse, aut extenuat. At verò medius & perfectus vir, quoniam ius suum tuetur, in iis verax est & vita & oratione: ea in se inesse confirmans quæ insunt, nec maiora, nec minora. Licet autem quanque harum rerum, & rei alicuius, & nullius causa facere: qualisque est quisq;, talia sunt eius & facta, & oratio, & vita, nisi rei alicuius agat gratia. Ac per se quidẽ omne in malo uitioque mendaciũ est: veritas honesta & laudabilis. Ita etiam verus homo, quoniam medium locum obtinet, est omnis laudabilis. Qui autem mẽtiuntur, vtrique sunt F
illi quidem vituperandi, sed maiore quadam ratione arrogans. De quorum vtroque ita disseremus, si prius de veraci pauca præponamus. Non enim de eo instituimus dicere, qui in pactis rebusq; contrahendis verus est, aut iis omnibus quæ ad iniustitiam iustitiámve pertinent (est enim hoc alterius virtutis propriũ) sed de eo, qui in quibus rebus nihil tale postulatur & agitur, se & vita & oratione bonum virum ac veracem præstat, hoc ipso, quòd ita sit animo constitutus, quem eundem bonum virum appellari licet. Nam qui veri cupiditate ducitur, quique tum verum enuntiat, cum id nõ agitur: H
is multo etiam facilius verax futurus est, si res postulabit. Mẽdacium enim, vt turpe aliquid, vitabit, quod quidem etiam per se ipse fugiebat. Atqui talis vir laudandus est. Sed ad id potius quod minus est ac inferius in veritate, deflectit. Id enim aptius est, quoniam quicquid modum finemque transit, nimiumque est, id omne molestum. At verò qui maiora sibi quàm quæ insunt, vendicat & sumit, rei nullius causa: est ille

qualis quisq; est: talis eius vita est

A quidem improbo ſimilis, (neque enim mẽdacio delectaretur) ſed tamen ſtulti potius, quàm praui ſpeciem gerere videtur. Qui autem alicuius rei cauſa id facit, ſi gloriæ vel honoris, nõ eſt ille quidem admodum vituperandus. qualis eſt arrogans. At qui pecuniæ, vel earum rerum cauſa, quæ ad pecuniã ſpectant, is multò deformior eſt. Nec verò facultate ac poteſtate arrogãs, ſed animo ac voluntate cernitur. Ex animi enim habitu & quia talis ſit, omnis arrogãs iudicatur. Ita mẽdax, alius mendacio ipſo delectatur, alius gloriæ quæſtúſue cauſa men-
B titur. Atque ii quidem qui cupiditate gloriæ ſibi aliquid tribuunt, ea ſibi ſumunt omnia, quæ vel ad laudem, vel beatam vitam pertinent. Qui autẽ ſpe quæſtus, ea ſibi vendicant, quæ etiã vſui ſunt proximis, quǽque ſi minus adſint, celare & occultare licet: velut ſe medicos, ac vates nobiles eſſe profitẽtur. Ob eámque cauſam hæc ſibi plerique ſumunt & arrogant, ꝙ in eis inſint quæ diximus omnia. In diſsimulatoribus autem, quoniam ſua ipſorum illi extenuant, lepidiorum morum ſpecies apparet: quippe qui non videantur quæſtus cauſa dicere,
C ſed quòd faſtidium magnopere moleſtiamq́ue fugiant. Sed hi tamen ea diſsimulant maximè, quæ honeſta ipſa ſunt & plena dignitatis, vt Socrates faciebat. Qui autẽ exiguas res parúique momenti, quǽque perſpicuæ ſunt omnibus, diſsimulant, veteratores dicuntur, iiq́ue iure contemnuntur. Id quod etiam arrogantiæ datur interdum, qualis eſt veſtitus Lacedæmoniorum. Nam & ſua extollere nimium, & extenuare, quãdam ſpeciem fert arrogantiæ. At verò qui moderatè vtuntur diſsimulatione, ea vt ne diſsimulent, quæ ante oculos poſita
D patent omnibus, ii humani atque vrbani videntur. Sed arrogans, quoniã deterior eſt, veraci videtur opponi. Sed quoniã 8
requieti quoq; in vita loci aliquid relictũ eſt, in eaq́ue aliquid ludo conceditur tẽporis, efficitur, vt hic quoq; decora quædã & apta cõſuetudo, congreſsióque ea & dicendi & audiẽdi, quæ, & queãdmodũ decet & dicere, & audire, vigere videatur. Magnopere autẽ refert, quid quiſque & dicat, & audiat. Ex quo perſpicuũ eſt, & tranſiri in iis medium, & deſeri. Ac illi quidẽ, qui riſu ac facetiis vltra modum prodeunt, ſcurræ

ac importuni habendi sunt, præsertim cùm omni ex parte ridiculorum cupiditate inflammati, dent operam potius vt risum moueant, quàm vt quæ honesta sunt dicant, aut ne eum in quem scomma iaciunt, offendant. Qui autem nec facetum quid dicunt ipsi, & tamen eos qui dicunt, permolestè ferunt, agrestes & duri videntur. At verò qui salibus & facetiis modum quendam adhibent, ii εὐτράπελοι, id est vrbani vocãtur, quasi εὔτροποι, id est bonis moribus præditi. Morum enim hæ sunt indices motiones. Vt enim corpora, sic mores ex motionibus iudicantur. Quoniã autẽ facetiæ ac sales patent latissimè, cõpluresq́ue ludicris ac dictis plus capiuntur, q̃ ratio patiatur: factũ est, vt scurræ vrbani quasi affabiles appellarẽtur. Sed tamẽ ex iis perspicuũ est quæ dicta sunt, inter eos magnas esse dissimilitudines. Huic autẽ mediocritati finitima dexteritas est. Dextri enim ac ingenui est, ea & dicere & audire omnia, quæ bono viro ac libero digna sunt. Eum enim talem hominẽ quædã & ioco dicere decet & audire. Magna etiã est distinctio ingenui & illiberalis ioci, eius etiam qui bene institutus est & indocti. quod in antiqua nouaq́ue comœdia perspicere licet. Aliis enim facetum erat, si rerũ turpitudini adhibita etiam esset verborum obscœnitas: quibusdam, si significatio potius. quibus in rebus magna distantia est ad liberalẽ honestámq; formã & speciẽ. Vtrum igitur qui rectè iocatur, salesq́ue iacit, ex eo statuendus sit, ꝙ ea dicat quæ libero homine digna sunt, an ꝙ eũ qui audit minimè offendat, aut delectet potius, an ne hoc quidem certum est? Alios enim alia offendunt atque delectant: quæ etiam audient libẽtius. Quæ enim quisque audire sustinet, eadẽ etiam facere videtur. Non igitur omnia faciet. Dictũ enim conuitium quoddã est. Et legislatores quædam iactari cõuitia prohibent: æquũ autẽ erat idem de dictis cauere. Quocirca ingenuus & liberalis homo ita animo affectus erit, vt sibi ipse lex esse videatur. Atque is quidem, qui medium locum obtinet, eum se ipse præstabit, siue dexter, siue vrbanus nominetur. At verò scurra à risu lõgê multumq́ue superatur, qui nec sibi parcit nec cæteris, si risum concitet. atque idem eiusmodi cõmemorat, quæ inge-

E F F H

A nuus nulla ex parte ſuſtineat dicere: nonnulla etiam quæ ab aurium comprobatione abhorreant. Ruſticus autem omnino ad has cõgreſsiones inutilis eſt. Ná cũ nihil facetum dicat, tamen offenditur omnibus. Atqui videtur in hominũ vitam requies & ludus inuectus neceſſario. Tres igitur, quas dixi, verſantur in hominum vita mediocritates, quæ omnes in quorundam dictorum factorumq́ue ſocietate conſiſtunt. hoc autem differunt, quòd vna in veritate, aliæ in vitæ iucunditate cernũtur. Earum autem quæ in iucunditate poſitæ ſunt,

B vna in iocis, altera in aliis vitæ ſocietatibus congreſsionibuſq́; conſiſtit. De verecundia autem non eſt quod vt de aliqua virtute, dicendum eſſe videatur: ſiquidem perturbationi eſt quàm habitui ſimilior. Itaque definitur eſſe metus quidá dedecoris & infamiæ. eodéq; modo naſcitur, quo metus is, qui in rebus aſperis formidoloſiſq́ue cernitur. Nam & erubeſcũt, qui pudore afficiuntur: & qui mortis metu exhorreſcũt, terrore exalbeſcunt. Quare ad corpus vtrunque quodammodo pertinet, quòd perturbationis magis videtur, quàm virtutis

C proprium. Nec verò omni ætati, ſed pueritiæ cõuenit perturbatio. Ea enim ætate qui ſunt homines, verecundos pudẽteſq́ue putamus eſſe oportere, eoſq́ue, quoniam libidini parent, peccatis multis cõtaminari & infici, à quibus deterrẽtur propter verecundiam. Ac adoleſcẽtes laudamus verecundos: ſenem autem quòd pudore afficeretur, nemo laudauit vnquá. Nihil enim eũ exiſtimamus facere oportere eorum, ex quibus pudor naſcitur. Neque enim bono viro digna verecundia eſt: ſiquidem ex malis rebus oritur, quæ faciendæ non ſunt.

D Nihil autẽ intereſt, vtrum aliæ res per ſe turpes ſint, aliæ opinione: quandoquidem neutræ faciendæ ſunt, vt nõ ſit pudori locus. Eſt etiá improbi, ita animo affectũ eſſe, vt quod turpe fœdumq́ue ſit, velit facere. Et abſurdum ſit, eo eſſe animo, vt ſi quid tale agas, afficiare pudore, & propterea te bonũ virũ iudices. Pudor enim voluntate ac iudicio omnis ſuſcipitur. Nunc vir bonus nunquam voluntate ſua quæ turpia ſunt faciet. Sed tamen poteſt aliqua cauſa verecũdiam boná reddere, vt ſi quis turpe aliquid geſſerit, ex eoq́; pudore afficiatur.

Atqui hoc nuſquam reperitur in virtutibus. Quòd ſi impudentia in malis eſt, & nullo pudore affici ex turpibus factis, malum: nihilo magis eum qui hæc faciat pudore affici bonũ eſt. Ne continentia quidem virtus eſt, ſed confuſa cum omnibus cernitur. De qua idoneo loco diſſeremus. Nunc ſequitur vt de iuſtitia diſſeramus. E

ETHICORVM ARISTO. LIB. V.



E iuſtitia & iniuſtitia hoc primùm cognoſcendũ eſt, quibus in actionibus cernantur: iuſtitia quænam mediocritas ſit, quarũque in rerum ius medio & æquabilitate conſiſtat. Qua in rerum cognitione & diſputatione eâdem quam in ſuperioribus libris, viam & rationem ſequemur. Videmus quidem eam animi affectionem omnes iuſtitiam dicere, qua apti ſunt ad res iuſtas gerendas, quáque res iuſtas & faciunt, & cupiunt facere. Eodemq́ue modo de iniuſtitia ſentiunt, qua iniuriam faciunt, & ad res iniquas iniuſtáſque vltro impelluntur. Itaque hæc primum quaſi ſimpliciter præponimus. Neque enim ita eſt in ſciẽtiis & facultatibus, vt in habitibus. Facultas enim & ſciẽtia contrariorum eadem videtur eſſe: habitus autem contrarius contrariorum non videtur, vt à valetudine non efficiuntur contraria, ſed ſolum ſalubria. Ambulare enim quempiam more valentis dicimus, cum ambulat vt valens. Contrarius ergo habitus ex contrario ſæpe intelligitur: plerunque etiam habitus ex rebus ſubiectis. Etenim ſi firma corporis affectio nota ſit, infirma quoque nota conſtitutio eſt: ex iiſq́ue rebus quæ firmam affectionem efficiunt, firma affectio, & ex hac ipſa, quæ ad firmam conſtitutionem pertinent. Si enim bene conſtitutum corpus poſitum eſt in carnis craſsitudine, neceſſe eſt malè conſtitutum affectumq́ue corpus, in carne tenui conſiſtere: quodq́ue ad bene cõſtituendum corpus cõducat, carnis efficere craſſitudinem. Conſequitur etiam ferè, vt ſi alterum multis modis dicatur, multi etiam modi ſint alterius. velut ſi quod iuſtum eſt & iniuſtum variis modis dica-

F G H

A tur, variis etiam modis dici iniustitia & iustitia videatur. Sed quia vicina est ac finitima eorum nominum homonymia, id occultum est: nec sic perspicuũ, vt in iis quorum magnæ sunt dissimilitudines. Magna enim ea differẽtia est, quæ ex forma ducitur. vt vocatur κλεὶς cõmuni nomine, & ea quæ sub collum animalium apponitur, & ea qua ostia clauduntur. Hoc igitur intelligẽdum est, multis modis iniustum hominem vocari, videturque iniustus esse & is qui leges violat, & is qui nimio studio amplificandarum rerum suarum tenetur, & is qui

B iniquus est: vt perspicuum sit iustum esse eum, qui pareat legibus, & qui æquus sit. Iustum ergo id erit quod leges iubẽt, & quod æquum est: & iniustum id, quod contra leges est, & quod iniquum. Et quoniam est etiã iniustus is qui rebus augendis nimium occupatus est, versabitur in bonis, non omnibus quidem, sed in iis tãtummodo, in quibus res aduersæ prosperæque consistunt. Quæ simpliciter bono sunt semper illa quidem, sed alicui non semper. Atque hæc optãt homines, ac persequuntur, nec debent: sed optare debẽt potius, quæ verè

C bona sunt, ea sibi salutaria esse, ea autem sequi quæ sibi bono sint. Sed iniusti non semper in duobus per se malis maius, sed etiã leuius eligunt. Sed quia minus malum etiã boni speciem gerit quodã modo, & boni adipiscendi maior inest cupiditas, idcirco maiorũ opum cupidi videntur. Quinetiã iniqui sunt, (hoc enim cõtinet, lateque patet. cõtinet enim quod iniquũ est, & maiorẽ & minorẽ iniuriã) & leges violant: quoniã hoc ipsum violare leges, ac iniquũ esse, iniustitiam omnẽ complectitur, fusumque est per omnem iniustitiam. Quoniã autem

D omnis est qui contra leges facit, iniustus, & omnis iustus qui paret legibus: perspicuũ est ea omnia quæ legitima sunt in iustis esse quodam modo numerãda. Quæ enim à disciplina legum ferendarum constituta sunt, ea legitima habentur, quorum quicque in iustis esse dicimus. Leges autẽ iubent omnia, in quo vel cõmunem omnium vtilitatem exquirũt, vel optimorum, vel principum: idque vel actionibus virtutum, vel quia ius alia ratione assequuntur. Quocirca iusta appellamus vno modo ea quæ beatam vitam & eius partes in ciuili so-

cietate efficiunt ac tuentur. Ac lex quidem & forti ſuum officium præſcribit, vt non deſerere ordinem, nec fugere, nec arma abiicere: & tẽperato, non adulterari, nec vi conſtuprare: & clementi, non verberare, neque conuitiari: itémque in cæteris virtutibus & vitiis, illa iubet, hæc vetat. Ac ſalutaris quidem habenda eſt ea quæ rectè lata eſt: quæ inconſultè & inconſyderatè, pernicioſa. Atque hæc iuſtitia, abſoluta eſt illa quidem virtus & perfecta, non ſi ad ſua, verùm ſi ad alterius cõmoda referatur. Ob eámque cauſam hæc vna virtus omniũ eſt domina & regina virtutum, neque Heſperus aut Lucifer tãtam ſui excitant admirationem. Ex quo factum eſt iam tritum ſermone omnium prouerbium, Iuſtitia vna omnes virtutes reliquas contineri. Eadeḿque virtus perfecta eſt ob id maximè, quòd ineſt in ea vſus virtutis vndique perfectæ. Perfecta eſt autem propterea, quòd qui ea præditus eſt, is etiam erga alios, non in ſe modò, virtutem exercere ac excolere poteſt. Plerique enim in ſuis rebus præclarè ſe gerere poſſunt, in alienis non poſſunt. Quocirca præclarum eſt illud Biantis, Magiſtratum virum oſtẽdere. Qui enim præeſt in Rep. is iam res curat aliorum, & in Reip. luce verſatur, ob eáque cauſam omniũ virtutum ſola iuſtitia, in bonis alienis ducitur, quia ad alterius commoda referri debeat. Aliorum enim commodis vtilitatíque ſeruit, aut principis, aut Reip. Ac ſceleratiſſimus quidem eſt habendus is, qui malitiam, & ad ſuã & amicorum perniciem exitiúmque conuertit. Optimus autem is, qui virtutem non ad ſuam, ſed aliorum vtilitatem refert. Eſt enim hoc arduum opus. Atque hæc ipſa iuſtitia non pars virtutis eſt, ſed virtus vniuerſa: & iniuſtitia ei oppoſita, non pars vitii eſt, ſed vniuerſum vitium. Qualis autem ſit differentia virtutis & iuſtitiæ de qua agimus, perſpicuum ex iis eſt quæ dicta ſunt. Eſt enim re idem, cogitatione autem non idem. ſed quia ad alterum refertur, iuſtitia: quia habitus eſt, omnino virtus nominatur.

2 Quærimus autem quidem iuſtitiam quæ pars ſubiecta eſt virtuti, (eſt enim quædam, vt diximus) & iniuſtitiam eam quæ pars eſt. Aliquam autem eſſe eiuſmodi, ex hoc facillimè perſpici poteſt. Nam qui agit eorum aliquid, quæ

A cæterorum vitiorũ sunt propria, is facit ille quidem iniuriam, attamen nihil cõsequitur amplius. Velut si quis abiiciat clypeum propter ignauiam, aut maledixerit per iram, aut pecuniis non iuuerit propter iniuriam. Cum autem plus adipiscitur quis, sæpe ad nullum eiusmodi vitium illud, nec ad vniuersa, sed ad certum iam aliud pertinet. vituperamus enim. Est igitur quidem aliud genus iniustitiæ, quæ vt pars subiecta est generali, itemq; alia iniuria subiecta iniuriæ generi quod est contra leges. Præterea si quis quæstus causa stuprum infe-

B rat, quæstumque occipiat, alter cupiditate incensus idem cũ damno rerum suarum faciat: hic intemperans potius q̃ auidus esse videatur: ille iniustus, intemperãs nõ item. Perspicuũ est igitur hoc propter quæstum contingere. Iam verò in cæteris sceleribus omnibus, si peccetur, id semper ad certum aliquod peccati genus refertur, & pertinet, velut si adulteratus est, ad libidinem & intemperantiã: si in acie locum & ordinem deseruit, ad ignauiam: si pulsauit, ad iracundiam. at si quæstum fecerit, ad nullum vitium refertur, nisi ad iniustitiam. Quare

C perspicuũ est, esse præter generalem certã quãdam iniustitiã, quæ illi subiecta sit, eodem nomine appellata, quoniã in eodẽ genere posita est definitio. In rebus enim alienis vtraque vim suã obtinet. Sed hæc in honore, aut in pecuniis, aut in salute, aut si quo vno nomine hæc complecti omnia possumus, & in voluptate ea quæ spe quæstus percipitur. Illa in iis spectatur rebus in quibus vir bonus. Hoc ergo iã apparet, iustitiæ plura esse genera, aliudque esse præter generalem virtutem, iustitiæ genus. Quæ autem, qualisque sit, deinceps explicandum est.

D Partitio à nobis posita est rerum iniustarum, alias esse contra leges, alias contra æquitatem. Et iustarum alias legitimas, alias æquas. Ac iniustitia quidem de qua suprà dictũ est, ab ea quæ cõtra leges est iniuria nascitur. Quoniam autẽ iniuria ea quæ repugnat æquitati & quæ legibus, non sunt eædem, sed altera pars est subiecta generi (quod enim iniquũ est, id omne cõtra leges est: quod autẽ contra leges est, non omne etiam iniquũ. nam quicquid plus est, omne iniquũ est: quod autẽ iniquum, non plus etiam) efficitur, vt quæ iniusta sint & iniustitia, non

ſint idem quod illa, ſed aliud omnino. Hæc enim tanquã partes ſunt, illa tanquã genera. ſiquidem hæc ipſa iniuſtitia pars eſt iniuſtitiæ generalis, itemq́ue iuſtitiæ ſubiecta eſt iuſtitia. Quare & de iuſtitia & de iniuſtitia, quæ vt partes ſubiectæ ſunt generi, nobis dicẽdũ eſt, & de iure & iniuria eodẽ modo. Prætermittẽda eſt igitur nobis iuſtitia ea quæ generali virtuti attributa eſt, & iniuſtitia: quarum in altera vſus virtutis generalis aduerſus alterum cernitur, in altera vitii. Ex quo etiã perſpicuũ eſt, ea quæ iuſtè & iniuſtè ab iis proficiſcũtur, quo pacto ſint explicanda. pleraque enim iura legitima à generali virtute ferè præſcribuntur. Nam & ex quaque virtute vitam degere, præſcribit lex, & ex vitiis, vetat. Efficientia autẽ virtutis generalis, legitima ſunt ea omnia quæ de diſciplina publica cauta ſunt legibus. Nam de ea diſciplina quã ſibi quiſque priuatim deligit, ex qua boni viri verè nominantur, vtrum ad ciuilem ſcientiam pertineat, an ad aliam, alio loco diſputabimus. Aliud eſt enim fortaſſis virum bonum eſſe, aliud ciuem bonum. Sed iuſtitiæ quæ tãquam pars ſubiecta eſt generi, iuriſq́ue eius quod ab ea ducitur, vnum genus eſt, quod in tribuendo honore, vel pecuniis cernitur, cæteriſve rebus omnibus, quæ diuidẽda inter eos ſunt, qui in ciuili ſocietate & cõmunione verſantur. ea enim poſſunt vel æqualiter inter ciues diuidi, vel inæqualiter. Alterum genus eſt, quod in pactis cõtrahendiſq́ue rebus tanquam regula adhibetur. Cuius ſunt duæ partes. Nam contractuũ alius voluntatis eſt, alius non eſt. Voluntarii ſunt, vt venditio, emptio, mutuum, ſponſio, locatum, depoſitum, conductum. qui voluntarii propterea dicũtur, quòd à volũtate noſtra principium eorum proficiſcatur. Eorum autem qui nõ ſunt voluntatis noſtræ, partim clandeſtini ſunt vt furtum, vt adulterium, vt veneficium, vt lenocinium, vt ſeruorum ſolicitatio, vt cædes dolo facta, vt falſum teſtimonium: partim vi fiunt, vt verbera, vt vincula, mors, rapinæ, membrorum debilitatio, conuitium, contumelia.

3 Quoniam autem iniuſtus iniquus eſt, & quod iniuſtũ eſt, idem iniquum: perſpicuũ eſt, certum eſſe medium eorũ quæ iniqua ſunt, idq́; æquum nominari. In quacũq; enim actione

A plus & minus versatur, in eadē etiam æquum cernitur. Quod si quod iniustum est, idē inæquabile est : profectò quod iustū est, idem sit æquabile necesse est. Quod quidē omnes, etiam si nō adferatur ratio, intelligunt. Quoniā autem quod æquabile est, idē mediū moderatūque est, ius mediū quiddā sit necesse est. Quod autē æquabile est, id in duobus minimis cernitur. Necesse est igitur quod iustū sit, mediū quiddā esse & æquabile: referriq́; ad aliud, & quibusdā esse æquabile. Ac quatenus mediū est, aliquorum est: quæ plus minúsve nominamus.

B quia æquabile est, in duobus spectatur: quia ius, quibusdam tribuitur. Ita necesse est, quod iustum sit, in minimis quatuor consistere. Inter quos enim ius est, duo sunt : in quibus cernitur, res duæ. Eadēque erit æquabilitas & parilitas, & eorū hominū inter quos ius est, & earū rerū in quibus ius spectatur. Vt enim inter se affectæ sunt res eæ in quibus ius positū est: sic etiā ii inter quos ius est, inter se affecti sunt . Neq; enim si pares nō sint, paria aut præmia cōsequētur, aut supplicia dabunt. Aliter pugnæ hinc, criminationes, querelæq́; nascūtur,

C si qui pares sunt dignitate, nō æqua præmia: aut qui pares nō sint, eis paria tribuātur. Quod etiā ex eo perspici potest, quod cuiq; tribuitur pro dignitate. Nā quod ius positum est in tribuendo, id omnes cōfirmant pro dignitate esse oportere. Dignitatē autē non eandē omnes dicunt cōparatā : sed in libertate eā ponūt, qui eā formā Reip. sibi proposuerūt, in qua populus præest: in qua pauci præsunt, in diuitiis, alii in nobilitate generis: qui optimorū Reip. statū sibi cōstituerūt, in virtute. Quod ergo ius est, id proportione est. Neq; enim solum

D numeri, quo quid numeramus (μοναδικὸς Græcè dicitur) sed qui omnino dicuntur numeri (numeratū appellāt) propria est proportio & cōparatio. Est enim proportio parilitas similitudoq́; rationis, quæ in minimis quatuor reperitur . Ac deiūctā quidē proportionē perspicuū est in minimis quatuor cōsistere, itemq́; cōiunctā. Vnū enim in hac pro duobus adhibetur, bisq́; dicitur: velut, quēadmodum A ad B, sic B ad C. bis igitur B dictum est. Quocirca si bis ponatur B, quatuor erunt analoga, id est, quæ eādem inter se rationem habeant. Atque etiam

in quatuor minimis quod iuſtum eſt, cernitur, eademq́ue ra- E
tio eſt. Deiuncti ſunt enim ſimiliter ii quibus tribuēdum eſt, & ea quæ tribuēda. Ergo vt eſt A extremum ad B, ſic C ad D. viciſſimq́; vt eſt A ad C, ita B ad D. Ergo & tota ad tota, quod quidem cōiungit partitio. Quod ſi ita etiam componatur, rectè cōiunxerit. Ipſius ergo A extremi cum C, & ipſius B cum D coniunctione ius quod tribuendo paritur, omne cernitur, eſtq́ue ius in medio eius, quod non eandem habet proportionem atque rationem. Quod enim analogon eſt, idem mediū: quod autem iuſtum eſt, idem medium eſt analogon. Hanc F
proportionem vocant Mathematici geometricam, quòd in ea contingit vt tota ſic cum totis, quemadmodum vtraque cum vtriſque conferantur. Non eſt autem coniuncta hæc analogia, propterea quòd non ſit vnum numero extremum cui tribuitur, & quod tribuitur. Atque hoc quidem ius, analogon eſt: quod autem iniuſtum eſt, id contra proportionem eſt. Exiſtit ergo hic plus & minus, quod quidem etiam in actionibus accidit. Qui enim alterum violat, boni plus adipiſcitur: qui violatur, minus. Contrà fit in malis, propterea G
quòd leuius malum ſpeciem quandam fert boni, ſi cum maiore conferatur. Eſt enim minus malum potius quàm maius eligendum. Quod autem eligendum eſt, id bonum eſt: quod potius eligendum eſt, id etiam maius bonum. Ac de vno qui-
4 dem iuſtitiæ genere hactenus. Sequitur, vt de vna reliqua parte iuſtitiæ dicamus, quæ quidem in rebus quæ contractæ ſunt emendandis cernitur, & voluntariis & non voluntariis. Huic autem generi alia quædam pars ſubiecta eſt, atque ſuperiori. Nam quod ius in diuidendis tribuendiſque publicis H
rebus conſiſtit, ſemper in ea quam dixi proportione verſatur. Hoc enim ipſum, ſi diuidundæ ſunt publicæ pecuniæ, eādem rationem habebit quā habēt inter ſe collatæ pecuniæ, eáque iniuria quæ huic iuri contraria eſt, à proportione diſcrepat. At verò ius id quod in contrahendis negotiis cernitur, quædā pars eſt æquitatis & iniuria iniquitatis, ſed tamen non ad illam analogiam ſeu comparationem, verum ad arithmeticam pertinet. Nihil enim intereſt, vtrum bonus vir ſceleſtum ſpo-

A liauerit, an bonum improbus: nec vtrum bonus,ánne malus adulteratus ſit:ſed lex incõmodi ſolum ſpectat diſsimilitudinem,vtitúrque pro paribus,ſi alter violauit,alter violatus eſt. & ſi hic damnum dedit,ille accepit. Ideoq́ue iniuriam hanc, quoniam iniqua eſt,ad æquitatem iudex & parilitatem conatur traducere. Nã cum hic verberatus ſit aut interfectus, ille verberarit aut etiam interfecerit:diuiſa in æqualia perpeſsio & actio eſt, ſed eam ad æquitatem damno redigere conatur, quæſtu lucroq́ue detracto. vocatur enim in rebus eiuſmodi,
B etiamſi minus aptum quibuſdam nomen videatur, in eo qui verberauit,lucrum & quæſtus: in eo qui violatus eſt,damnũ. Cum autem perpeſsionis grauitas ponderatur,hoc damnum, illud lucrum nominatur. Ita & eius quod amplius eſt,& eius quod minus,medium æquabilitas eſt.Illa autem vocantur lucrum & damnum,quorum illud amplius, hoc contrà minus. ac cum boni quidem plus eſt,damnũ:cùm mali minus,lucrũ. quorum quidem medium æquabilitas eſt, quam eandem ius eſſe dicimus.Ergo ius illud quod ad emendandum valet,me-
C dium damni & lucri ſit neceſſe eſt: Itaque cùm orta controuerſia eſt,confugiunt ad iudicem:quòd cõfugere ad iudicem hoc ſit,à iure præſidium petere.Profitetur enim ſe iudex legẽ eſſe loquentem.Conquirunt etiã iudicem omnes,qui medius ſit atque perfectus,quẽ eundem nonnulli μεσόδικον .i.arbitrũ honorarium ſequeſtremq́ue appellant, quòd ſi quãdo mediũ cõſequantur,ius ſuũ ſe putent obtinere.Medium ergo quiddam ius eſt,ſiquidem etiam iudex.Et iudex quidem ad æquabilitatem reuocat, ſimiliterq́ue facit, vt ſi linea in partes non æquas ſecta ſit,& detrahat particulam,qua maior præſtat di-
D midiatã, eáq́ue ad breuiorem addat. Cum ergo bifariam aliquid totum ſectum eſt, tum ſuũ quiſque tenere ſe prædicat, cum ius æquabile obtinuit. AEquabile autẽ ius in medio poſitũ eſt eius quod maius minuſq́ue eſt, proportione arithmetica.Ob eamq́ue cauſam ius δίκαιον vocatur, quod δίχα id eſt diuiſum ſit,vt ſi quis vocet ius δίχαιον,& δικαστὴς, id eſt,iudex, διχαστὴς. Si enim res duæ pares ſint,ab earúmque altera detrahatur quippiam quod ad alterã addatur: duabus his partibus

præstabit alteri. Etenim si detracta fuisset, non etiam addita, E
profectò vna modò parte superaret. Dimidium ergo superat
vna parte, & ipsum dimidium superat vna id, vnde pars illa
ablata est. Hinc ergo perspicere possumus, & quid ei adimē-
dum sit qui plus est cōsecutus, & quid addendū ei qui minus.
Qua enim quisque re medium præstat, ea addenda illi est, qui
minus tulit. & qua superatur, à maxima est auferenda. Pona-
mus tres esse lineas æquas inter se AA.BB. CC.ab AA linea
detracta pars AE addatur ad CC lineam, appelleturque CD.
Ita tota linea DCC, lineā EA vincit parte CD, & parte CF. F
Ergo lineam BB parte CD vincit. Quod etiam in aliis artibus
contingit. Tollentur enim funditus, nisi & quantum, & quale
opus efficiat artifex, tantundē ac tale is qui patitur, patiatur.
Profecta sunt autem damni & lucri nomina à contractu vo-
luntario. Nam vendendo, emendo, aliisque omnibus quæ lege
concessa sunt, excolendis, & tractandis, si maiores opes adipi-
scare, quàm tuæ sint, is demum quæstus ac fructus dicitur: sin
minores quàm essent initio, damnum. At verò si neque maio-
res neque minores sunt, constantque suæ cuique opes: tum se G
sua quisque habere confirmant, vt nec damnum acceperint,
nec quicquam profecerint. Quare in damni lucrique medio
ac moderatione ius positum est, quod nō à voluntate interim
proficiscitur, cum & antè quàm res cōtrahatur, & postquam
contracta est, æquabile ius obtinetur. Atque etiam lex ta-
5 lionis videtur quibusdam iusta esse omnino: in qua sententia
Pythagorei fuerūt. Definiebāt enim omnino id ius esse, quod
vicissim quisque pateretur. Atqui ius hoc nec ad legitimum,
neque ad ciuile pertinet. Ciuile autem dico, id quod cōmune H
est inter ciues, & ad communionem pertinet. Et lex talionis
nec ad ius quod in tribuendo cernitur, nec ad id quod emē-
dandi causa comparatum est, accommodatur. Atqui volunt
hoc quidem etiam Rhadamanthi ius dicere,

Si quod quisque facit, idem patiatur, erit ius.

Multis enim id locis alienum esse videatur. veluti, si quempiā
magistratus violauerit, nō est referiendus. Et si quis magistra-
tui manus attulerit: non solū referiendus, sed supplicio etiam

A coercendus est. Præterea permultum interest, vtrũ voluntate ac sponte nostra, an inuiti quid faciamus. Quinetiã in cõmunicationibus rebusque contrahendis, hoc ipsum ius talionis proportione, nõ æquabilitate cõcluditur. Vicissitudine enim factorũ quæ proportioni cõgruat, Resp. cõtinetur. Aut enim retaliari iniuriã cupiunt homines: quod si minus contingat, seruitus videtur esse, nisi par pari referatur: aut parem gratiã referri: sin minus, non extat gratificandi & remunerãdi vtrinque voluntas. Atqui accipiendis reddẽdisque vltro citroque B beneficiis stant ciuitates. Itaq; Gratiis delubra media vrbe cõsecrantur, vt referatur gratia. Hoc enim gratiæ est proprium. Est enim ei qui gratificatus est referenda gratia, vt ille iterum ineat gratiam. Facit autẽ à media linea ducta cõiunctio, proportione remunerationem. veluti esto architectus A, sutor B, domus C, calceus D. Architectum igitur necesse est à sutore ipsius opus sumere, eiq; suũ tradere. Si ergo primùm parilitas proportione extiterit, deinde vltro citroq; dãdi accipiendiq; ratio, tũ quod dixi extabit omnino: Sin minus, nec æquabili- C tas extabit, nec societas retinebitur. Nihil enim prohibet vnius esse opus, q̃ alterius præstãtius. Decet igitur quidẽ hæc omnia ad æquabilitatẽ referri. Quod etiã in aliis fit artibus. Tollãtur enim omnes funditus, nisi quãti pretii, & quale opus artifex effecerit, tantidem & tale emat qui accipit. Neque enim inter duos medicos intercedit communicatio, & societas: sed inter medicum & aratorem, atque eos omnes qui diuersas inter se ac dissimiles, nõ easdem vitæ degendæ rationes ingressi sunt, quos ad parilitatem decet æquabilitatemque traduci.

D Itaque res omnes oportet quarum est contractus, quadã inter se similitudine respondere. Quem ad vsum numus cõparatus est: qui quoniam omnia metitur, idcirco medium ac mensurã quodam modo efficitur. Quocirca præstantiam etiam ac imminutionem metitur, vt quot tandem calcei, domus vel alimenti pretium possint adæquare, intelligatur. Aequũ est igitur, vt architectus est ad sutorem, tot esse ad domum victumque calceos. Si enim id minus fiat, nec inter illos pactũ intercedat, nec vlla communio. Quod si non sint quodam modo

gratiæ

paria, non contrahent. Ergo quemadmodum suprà dixi, vna E
re aliqua ponderãda sunt & æstimanda omnia. Idq́ue reuera
indigentia est, qua omnia continentur. Etenim si nullo egerẽt
homines, nihilq́ue requirerẽt, profectò aut non similiter, aut
nullum, aut certè non idem inter eos pactum cõuentumq́ue
intercederet. Sed introductus numus est ex instituto, quasi
inopiæ ac indigentiæ præsidio futurus. Ob eáque causam no-
numus unde dicatur men duxit, quòd nõ à natura, sed à νόμῳ, id est lege, numus sit
ortus: in nobisq́ue id sit, vt mutetur reddaturque inutilis. Fu-
turus est igitur tũ demũ locus reliquus legi talionis, cũ pari- F
litas æquabilitasq́ue seruabitur. Vt quẽadmodum est archi-
tectus ad sutorem, sic sutoris opus ad architecti. Nõ sunt autẽ
ad formam ac speciem proportionis deducẽdi tum, cùm iam
rem inter se cõtraxerint, (nam aliter extremũ alterum vtrãq;
præstantiã obtinebit) sed cùm sua quisque tenebit. Sic pares
sociiq́ue futuri sunt, propterea quòd iam inter ipsos hæc ipsa
æquabilitas possit intercedere. Esto arator A. victus C. sutor
B. opus illius ad parilitatem traductũ D. Quòd si hoc modo
non & vicissim darent & acciperent, nunquã vllam rem inter G
se contraherent. Indigentia autem hæc omnia quasi vinculo
quodã contineri hinc intelligi potest, quòd cùm vterque al-
terve nihil alterius desyderat, cõtractus inter eos nullus solet
interuenire. Quemadmodum cùm alicuius, verbi causa, vini,
penuria laborat quis, quo alter abundat, eo dato exportatur
triticum. ita ad parilitatem sunt hæc reuocãda omnia. Futuri
autem contractus numus ipse quasi fideiussoris loco est nobis,
etiam tum cum nihil opus est cõtractu: quòd si sit opus, præ-
sto sit futurus. ei enim qui illum portat, necesse est eius acci- H
piẽdi potestas detur. Ac idem ille quidẽ patitur, (neque enim
semper æquum potest) sed tamen permanere potest diutius.
Itaque debent rerum omniũ certa esse pretia. sic enim cõtra-
ctus futuri sunt sempiterni: qui quandiu futuri sunt, tandiu
futura est hominum inter ipsos societas & cõmunio. Numus
igitur tãquam norma & regula res aptè cũ dimensus est inter
se, tum adæquat eas, ad parilitatemq́ue traducit. Neque enim
sublato contractu, consistere societas vllo modo potest: neque

A cõtractui loci aliquid relinqtur,æquitate sublata: neq; æqui-
tate,sine apta quadã rerũ inter se mensura & cõpositione.Ac
verè vt dicam,nõ possunt res tam inter se dissimiles vllo mo-
do apte inter se cõponi:sed quantũ satis sit ad vsum necessita-
temq́ue,possunt. Vnũ ergo aliquid necesse est adhiberi, idq́;
instituto:itaque numus vocatur,ꝙ omnia aptè componat. si-
quidẽ numo omnia ponderãtur. Esto domus A. libræ decem
B.lectus C.atque A sit ipsius B dimidium,vt domus quinque
pondo aut tantidem æstimetur,C autem, id est lectus.pars sit
B decuma ipsius B, id est, numi:perspicuum est quidem lectos
quinque domus æquare pretiũ.Hoc etiam apparet, hãc rerũ
cõtrahendarum rationẽ antequã numus inuentus esset,fuisse
seruatã.Nihil enim interest,vtrũ lecticæ quinque pro domo,
quãti quinque lecticæ valent,dẽtur,an pecunia. Ac quid in-
iustũ sit,quidq́ue iustũ,diximus. Quibus expositis,perspicuũ
est,res iustas facere, mediũ esse inter facere & accipere iniu-
riam:quoniam illud est plus adipisci & obtinere, hoc minus.
Sed iustitia mediocritas est illa quidem , nõ tamen quomodo
C superiores virtutes, sed quia ad medium, id est, æquabilitatẽ
pertinet.At vero iniustitia in vtroq; extremo posita est.Iusti-
tia etiã virtus est,qua quis aptus est & propensus ad ea animi
iudicio præstãda omnia,quæ iusta sunt,officiaq; tribuenda &
sibi,si cũ altero: & alteri,cũ altero si cõferatur:nõ ita tamẽ, vt
sibi plus emolumenti,proximo minus,damni autẽ contrà:sed
vt suũ cuique proportione tribuat.Itemq́ue alii ad aliũ.Con-
traq́ue iniustitia in iniuria versatur, quæ eadẽ emolumẽti ac
detrimẽti amplificatio & imminutio est,nulla habita ratione
D dignitatis. Itaque nimiũ & parũ iniustitia est, propterea ꝙ in
exuperantia & defectione consistat. Ac in sua quidẽ causa,si
agatur vtilitas,modũ egreditur : sin detrimentũ,deest mode-
rationi.At si res aliorũ agatur,de toto genere idem statuit. de
eo autem quod abest à dignitate,vtcũque res feret. In iniuria
autẽ quod minus est,accipere iniuria : quod autẽ maius,face-
re dicitur. Ac de iustitia & iniustitia,quæ tandem vtriusque
vis sit & natura,itémque de toto genere iuris & iniuriæ, satis
multa dicta esse arbitror. Quoniã autẽ fieri potest,vt quis 5

iniuriam faciat, nec sit ipse iniustus : quam tandem iniuriam E
inferẽdo in quoque iniustitiæ genere iam iniustus habeatur, vt adulter, aut fur, aut latro : an ne sic quidẽ intersit, quæstio est. Nam qui non animi iudicio vel ratione, verùm animi perturbatione ducatur ad contrectandã mulierem, sciens quam contrectet: faciat ille quidem iniuriam, sed tamen nõdum sit iniustus. quemadmodum nec fur, qui furatus est, nec adulter, qui adulteratus, itemq; in cæteris. Ac iam quidẽ suprà quam rationem lex talionis ad ius haberet, explicauimus. Hoc autẽ ignorare non debemus, id ius quod quærimus, & omnino ius, F
& ciuile esse. Ius autem ciuile est, quod in societate & cõmunione vitæ positum, eò adhibetur, vt vel proportione, vel numeri ratione satis magna sit multitudo hominum, qui liberi sint, & æquo inter se iure viuant. Itaque inter quos hoc non est, inter eos ius ciuile non est ius, sed quoddam par ac simile. Inter quos enim iuris cõmunio est, inter eosdem etiam communio legis est. Inter quos porrò est cõmunio legis, inter eosdem societas iniuriæ est. Iudicium enim iuris & iniuriæ diiudicatio est. Inter quos autem iniuria est, inter eos iniuriæ fa- F
ciendæ communio est. Quibus autem inter eos iniuriæ faciẽdæ communis ratio est, nõ est etiam inter eos omnes communio iniuriæ. Quod cùm sit, sibi ipsi plus eorum quæ bona sunt tribuere, & quæ mala sunt minus: idcirco non hominem imperare sinimus, sed rationem, quòd hæc sibi ille sumit, fitque tyrannus. Est autem custos conseruatorque iuris, princeps. quòd si iuris, & æquabilitatis. Et quoniam si iustus sit, nihil sibi præterea sumit & attribuit (neq; enim sibi plus tribuat, quàm aliis, eorũ quæ per se bona sunt, nisi habita ratione di- H
gnitatis) idcirco quæcunque agit, ad aliorum cõmoda refert. Ob eamque causam, in bonis alienis, vt suprà diximus, iustitiam numerãt. Danda igitur merces aliqua est: quæ cùm sint honor & gloria, quibus hæc non sunt satis magna præmia, ii efficiuntur tyranni. Ius autem domini in seruos, vel patris in liberos, non idem quod illa, est: sed ea imitatur. Neque enim cuiquam secum omnino iniuriæ vllis in rebus cõmunio est. Atqui serui ac liberi quoad adoleuerint, diuisiq; sint, in mẽ-

A bris patris ſunt habendi:& ſibi nemo vult obeſſe.Non eſt igi-
tur cuiquam erga ſeipſum iniuriæ locus. Non igitur iuris &
iniuriæ ciuilis ſocietas & communio. Lege enim introducta
ſunt,interque eos omnino illorum ſocietas eſt,inter quos na-
tura legis cõmunio eſt. Qui quoniã ſunt ii,inter quos æqua-
bilis quædam eſt imperandi parendique viciſſitudo, idcirco
inter virum & vxorem potius, quàm inter patrem & liberos,
dominum & ſeruum,communio iuris eſt: quia in hoc ius do-
meſticum & familiare cernitur,quod aliud eſt atque ciuile.

B Ciuile autem ius aliud naturale eſt, aliud legitimum. Na-
turale eſt, cuius vis idem apud omnes valet, non quòd ſic vi- 7
deatur, aut ſecus. Legitimũ autem id appellatur,quod initio
nihil interfuit, ſic an ſecus fieret. cùm autẽ latum poſitũque
eſt,iam intereſt,veluti, captos mina redimi, aut caprã immo-
lare,nõ duas oues. præterea quæ lege cauta ſunt de rebus ſin-
gulis,vt Braſidæ ſacra facere,& quæ publicis decretis ſancita
ſunt. Atque hæc ratione nõnullorum eiuſmodi ſunt omnia:
propterea quòd ea quæ quidem naturalia ſunt, immutabi- naturalia sunt
C lia ſunt, & vbique idem valent (vt ignis & hic & apud Per- immutabilia
ſas vrit.) iura autem mutari videntur.Sed non ita eſt omnino,
verùm quodammodo.Nam apud Deos quidem certe nuſquã
mutabile eſt,quod natura eſt inſitum:apud nos autem quædã
certè à natura inſita & tributa mutantur,etiamſi non omnia.
Sed tamen aliud natura conſtat,aliud nõ natura.Quæ autem
iura naturæ ſecus etiã atque ſunt euenire poſſint, quæque nõ
natura,ſed lege & pacto conſtent, (ſiquidem vtrũque mutari
poteſt)hinc perſpici licet:atque ad cætera omnia eadem ratio
D accommodabitur: quòd cùm robuſtior ſit dextra natura, ta-
men fieri poteſt,vt omnes vtraque pro dextra vtantur.Ac iu-
ra ea, quæ conuentis & vtilitate diriguntur, ſimilia ſunt mẽ-
ſuris omnia.Neque enim vbiq; terrarum æquæ ac pares ſunt
vini triticique menſuræ: ſed quo in loco emuntur, maiores:
vbi venduntur,minores.Itemque iura non naturalia,ſed hu-
mana nõ idem vbique valent, quando ne res quidem publi-
ca,ſed ea vna quæ vbiq; vi & natura ſua optima ducitur. Iu-
ra autem & legitima iura, eandem inter ſe habent rationem,

quam res vniuerſæ ad ſingulas. Quæ enim geruntur, multa E
ſunt: illorum vnumquodque vnũ, quoniam vniuerſum quid & totum eſt. Differt autem ab eo quod iniuſtum eſt iniuria, & rectè facta ab eo quod iuſtum eſt. Quod enim iniuſtum eſt, omne eſt vel natura, vel inſtituto. quod ipſum poſteaquam factum eſt, iniuria dicitur: prius quàm geſtum ſit, nondum iniuria eſt, ſed iniuſtum: quod cùm factum eſt, iam iniuria nominatur. Eadem eſt ratio rectè iuſtéque factorum. Sed tamen quod generale eſt, magis δικαιοπράγημα dicitur. & δι-
καίωμα iniuriæ emendatio & compenſatio. Quorum om- F
nium quæ, quotque ſint genera, quibuſque in rebus verſen-
8 rur, mox perſpiciemus. Sed cùm ea quæ iuſta ſunt, quæque iniuſta, ea ſint quæ expoſuimus: tum quiſque facit iniuriam, æquumque facit, cum voluntate ſua facit: cum inuitus, nec iniuriam cuiquam infert, nec æquum facit, niſi fortuito, quòd ea gerat, quæ vt iuſta ſint & iniuſta, euenit. Atqui voluntate iniuria, & rectè facta definita ſunt. Cum enim à voluntate proficiſcitur, tum & in vitio eſt, & ſimul
iniuria eſt. Ergo aliquid iniuſtum eſt, quod non idem iniu- G
ria eſt, niſi voluntas acceſſerit. Dico autem voluntarium id, quod in ſua quiſque, vt dixi, poteſtate poſitum, ſciens agit, nec eum ignorat, in quo verſetur actio, nec quo quaſi inſtrumento rem agat, nec finem ipſum. vt verbi cauſa, quem verberet ac pulſet, quoque inſtrumento, quaque de cauſa pulſet. atque illa non caſu aut vi faciat, veluti ſiquis arrepta manu alterius eum pulſet, non faciat ille ſua voluntate. quandoquidem in eo id ſitum nunquam fuit. Fieri etiam poteſt, vt
& pater pulſetur, & is qui pulſet, illum eſſe hominem, aut H
quempiá eorum qui adſunt, ſciat, patrem autem eſſe neſciat. Quod idem & in fine, & in tota actione conſyderandum eſt. At verò quod quiſque ignorat, aut ſi minus ignorat, at certè non eſt in eius poteſtate, aut vi coactus facit, id omne inuitus facit. Multa enim eorum etiam quæ naturæ neceſſitas afferat, ſcientes & gerimus & ſuſtinemus: quorum nihil nec voluntarium eſt, nec non voluntarium. quo in genere eſt mors & ſenectus. Atque etiam in iis quæ iniuſta ſunt atque iuſta,

A iuſtitiæ & iniuriæ ſimilitudo verſatur. Etenim ſi reddat de-
poſitum quis inuitus, aut metu coactus: is non dicēdus res iu-
ſtas facere, nec quod æquū eſt, niſi fortuitu & caſu. Itemque
qui coactus, aut inuitus depoſitū non reddiderit, dicendus eſt
non propriè iniuriam facere, & agere quæ iniuſta ſunt. Eorū
autem quæ voluntaria ſunt, partim conſultò, partim incon-
ſultè facimus. Conſultò, cum antegreſſa eſt deliberatio: incō-
ſultè, cùm nō eſt antegreſſa deliberatio. Cumque in vitæ ſo-
cietate tria genera cernantur incōmodorum, & iniuriarum,
B peccata imprudens quis admittit, cùm admiſerit in eum de
quo nil tale cogitaret, nec quo id inſtrumento ageret, neque
quid, quaque de cauſa perficeret. Aut enim voluit nō pulſa-
re, aut nō quo pulſauit, aut nō eum quem pulſauit, aut nō ea
de cauſa quæ exiſtimatur, ſed forte fortuna accidit ſecus ac
putarat, veluti nō vt vulnus infligeret, ſed vt pūgeret: aut nō
quem putarat, aut non quemadmodum. cùm ergo inconſultò
fit iniuria, infortuniū & caſus dicitur: cùm autem nō incon-
ſultò, ſed non de induſtria fit iniuria, peccatum nominatur.
C Tum enim peccat quiſque, cum in eo incluſum cauſæ prin-
cipium eſt. Infortuniū autem infligit, cum extrinſecus prin-
cipium adhibetur. At cum ſciens, nec tamen cōſultò aut co-
gitatò, iniuria dicitur: quo in genere ea ſunt omnia, quæ ira
aut alia animi perturbatione fiunt, ea quæ neceſſariò, & à na-
tura tributa eſt mortalibus. Nam qui his incitati, nocent aliis
ac delinquunt, faciunt illi quidem iniuriam, ſed tamen nō id-
circo ſunt iniuſti vel improbi habendi. Neque enim nocendi
cauſa de induſtria illata iniuria eſt. At verò cum conſultò &
D cogitatò fit iniuria, tū quiſque iniuſtus & improbus habetur.
Itaque rectè ea quæ per iram fiūt, nō ex voluntate iudicātur:
quippe cū non is auctor ac caput mali ſit, qui ira incitatus fa-
cit, ſed qui incitauit. Præterea nō id agitur, vtrum factum ſit
nec ne, ſed vtrū iure, quoniā ira quandā ſpeciem fert iniuriæ.
Neque enim vt in cōuentis & pactis ſolet, ſic hic de facto cō-
trouerſia eſt: quorū neceſſe eſt alterū eſſe in vitio, niſi obliuio-
ne impediti id faciāt: ſed cōceſſo facto, omnis de iure contro-
uerſia eſt. At qui fecit inſidias, is non facit imprudens. Itaque

hic ſe putat iniuriam accipere,ille non putat.Qui ſi de indu- E
ſtria noceat,facit iniuriam: & qui has iniurias infert, is quoniam contra dignitatem & æquitatem facit, iniuſtus eſt habendus. Itemq́ue iuſtus is, qui animi iudicio & conſyderatè rem iuſtam gerit.Iuſtè autem facit,ſi modò ſponte.Quæ autem iniuriæ à voluntate nõ proficiſcuntur, earum aliis ignoſcendum eſt,aliis non eſt.Iis enim omnibus,quas homines nõ ſolum faciunt imprudentes, verum etiam per imprudẽtiam, danda venia eſt.Quas autem inferunt non per imprudẽtiam, ſed imprudentes, perturbationibuſq́ue animi incitati, quæ F
nec naturales ſint,nec naturam attingant humanam, non eſt iis ignoſcendum. Sed hic quærat aliquis, ſatiſne accuratè
9 de accipienda faciẽdaque iniuria diſſeruerimus?Ac primùm, vtrum ſic eſt,vt Euripides abſurdè tradidit,

Quid ſit cur matrem trucidauerim meam?
Eſt breuis quidem non longa defenſio:
Sponte volentem vel volentem non volens.

Vtrum enim poteſt quis verè iniuriam voluntate ſua accipere, necne poteſt?an non hoc voluntarium ſit omne,quemad- G
modum facere iniuriã, voluntatis? & vtrum quicque eorum ſic an ſecus? quemadmodum omnis eſt iniuriæ voluntaria illatio.An verò hoc voluntatis eſt,illud non eſt? Eadem eſt ratio patiendi iuris. Omnis enim iuſtè agẽdi ratio & inſtitutio à voluntate proficiſcitur. Itaque cõſentaneum eſt,vtrunque inter ſe opponi,iniuriã accipere, & iura pati, vt ſit vtrunque voluntatis,aut neutrum. Atque etiam ſi omnis iuris patiendi ratio voluntaria ſit,abſurdum eſſe videatur. Sunt enim quibus inuitis iura tribuantur.Nam hoc etiam cuipiam dubium H
videatur,vtrum qui iniuſtè aliquid tolerat,etiam accipiat iniuriam? an verò vt faciendo,ſic in perferendo eſt? Caſu enim fieri poteſt,vt iuris vtrunque ſit particeps.Quod idem cernere licet in rebus iniuſtis.Neque enim idẽ eſt,quæ iniuſta ſunt facere,quod iniuriam facere:nec quæ iniuſta ſunt ferre,quod accipere iniuriam. Eademq́ue eſt ratio tribuendi accipiendiq́ue iuris. vt enim iniuria accipi non poteſt, niſi ſit qui inferat:ſic nec ius tribui, niſi ſit qui tribuat. Quòd ſi iniuriam

A facere nõ est aliud omnino, nisi sponte nocere quempiam alteri: ac spõte quidem ita, vt sciat & cui noceat, & quamobrẽ, & quo quasi instrumento noceat: impotentes autem sponte ac voluntate sua de se ipsi male merentur: efficitur, vt sponte accipiatur iniuria, & sibi quis sponte iniuriam inferat. Est autem hoc vnum eorum quæ quærebamus, vtrum fieri posſit, vt quis sibi ipse faciat iniuriam. Iam verò spõte etiam aliquis per animi impotẽtiam incommodum ab alio qui paratus est dare, accipiat. Ergo fieri potest, vt voluntate sua quis iniuriã B accipiat: aliter nõ vera est definitio. addendumq́ue eò est, obesse quempiam sciẽtem cui noceat, qua re, quoque modo noceat, contra illius cui obsit voluntatem. Incommodum igitur quis sua voluntate accipit, & rem iniustam perfert. At iniuriam nemo sponte sua accipit. Nemo enim vult. ne impotentes quidem: sed quicquid faciunt, id omne contrà ac volunt faciunt. Neque enim vult quisquam, quod sibi bono esse non arbitretur. Et impotens animi facit quod sentit non esse faciendum. Nec verò qui sua dedit (quemadmodum Homerus C ait de Glauco, Diomedi

Arma aurumq́ue dedit pro ferro-)

iniuriam accipit, quandoquidẽ vt det, in ipsius situm est potestate. At nõ est in cuiusquã situm potestate, vt iniuriã accipiat, sed alter sit oportet qui inferat. Illud ergo iã apparet de accipienda iniuria, eã non esse voluntatis. Duo iam supersunt ad dicendum ex iis quæ nobis proposuimus, vter tãdem iniuriã facit, isne qui plus tribuit cõtra dignitatem, an is cui distribuitur. Et vtrũ fieri potest, vt quispiã sibi ipse iniuriã infe- D rat. Si enim fieri potest quod priore loco positũ est, & si is qui diuidit, nõ qui accipit nimiũ, facit iniuriam: si quis alteri plus tribuat q̃ sibi, sciens & prudens (id quod vsuuenit modestis, siquidem vir bonus de iure suo decedere solet) is profectò de se ipse malè meretur. Aut ne hoc quidem omnino est. Plus enim sibi sumat alterius boni, vt gloriæ, si ita res ferat, vel eius quod omnino bonũ est. Quod etiã ea definitione explicatur, quæ de inferenda iniuria præposita est. Nihil enim ei accidit contra ipsius voluntatem. Ergo non si minus sumat, idcirco

accipiat iniuriam, ſed ſolum afficitur incommodo. Hoc tamen apparet, eum qui diuidit ac diſpertit res ciuitatis, inferre aliis iniuriam: non eum ſemper, qui plus quàm cæteri adipiſcatur. Neque enim in quo ineſt quod iniuſtum eſt, is iniuriam facit, ſed is qui hoc efficit ſua voluntate. Hoc autem in eo eſt vnde ſumit initium actio, quod in eo eſt qui diuidit, nõ in eo qui accipit. Præterea ſi faciẽdi multi modi ſint, fieri poteſt, vt & res inanimæ, & manus & ſeruus iuſſu domini interficiant, nec tum faciant iniuriam, cum interim res iniuſtas faciant. Præterea ſi quis imprudens & ignarus iudicium tulit, non faciat ex iure legitimo iniuriam: nec ſit illud iniquum iudicium, quanquam ſit tanquã iniquum. Aliud enim ius eſt legitimum, aliud primum. Sin autem ſciens & prudens iudicium iniquum interpoſuit, fines trãſit æquitatis aut in venia danda aut in ſumendo ſupplicio, vt ſi quis in partem venerit ſceleris & iniuriæ: etiam is qui his de cauſis iniquum fert iudicium, plus adipiſcitur. Nam cum fundum alicui adiudicauit, non agrum accepit, ſed argentum. Homines autem in ſua eſſe poteſtate putant, vt faciant iniuriam. Itaque facile aiunt virum iuſtum effici: ſed non ita eſt. Nam & cum vicini vxore concumbere, & verberare proximos, & largiri manu argentum, facile eſt, & in eorum ſitum poteſtate. At verò ita animo affectos hæc ipſa præſtare omnia, neque facile eſt, neque vt ita efficiant, in eis ſitum eſt. Similiterque & quæ iuſta ſunt cognoſſe & quæ iniuſta, in nulla parte ſapientiæ ponũt, propterea quòd non ſint difficilia cognitu ea quæ iubent leges aut vetant. Sed tamen non ſunt hæc ipſa in iuſtis numeranda, niſi fortuitò: verùm ita demum iuſta ſunt, ſi quodam modo gerantur, certoque genere diuidantur. Quod quidem præſtare multo maioris negotii eſt, quàm quæ ſalubria ſunt tenere, & comprehendere. Nam illic etiam mel quid ſit, quid vinum, elleborus, aduſtio & inciſio, facile eſt intelligere: at ea quemadmodum accõmodatè ad valetudinem adhibẽda ſint, & cui, & quando, tam difficile eſt quàm verę medici nomen obtinere. Ob eamque cauſam iuſti viri aiunt eſſe nihilo minus facere iniuriam, quòd nihilo minus, aut facilius potius

A hæc omnia præstare possit. Etenim & contrectare mulierem
posse, & violare alios iustum hominem, & fortem clypeum
abiicere,& dato tergo quò libuerit fuga elabi. At ignauum se
præstare,& iniuriam facere, non est illa quidem efficere, nisi
fortuito, sed si quis animo certo quodam modo affectus ea fa
ciat. Vt mederi & curare non est incidere aut non incidere,
curationem adhibere aut non adhibere: sed certo quodam
modo hæc ipsa præstare. Inter eos autem iuris societas est, in-
ter quos eorum quæ omnino bona sunt, communio est. In his
B vero & exuperantia quædã versatur & defectio. Nam in qui-
busdam, vt certe in Diis, non est eorum bonorum immode-
rata copia. Aliis autem vt insanabilibus & deprauatis homini-
bus nulla ex parte sunt vsui, sed obsunt omnia, aliis prosunt
aliqua ex parte, quod naturam attingant humanam.

Sequitur vt de æquitate æquoque & bono disseramus: quã 10
tandem æquitas ad iustitiam rationem, quam æquum & bo-
num ad ius habere videantur. Non enim si qui diligenter ve-
lint exquirere, omnino ad idem aut diuersum genus pertine-
C re videbuntur. Interdum æquum & bonum laudamus, atque
eum hominem qui eius studio tenetur. Itaque ipsum in lau-
de solemus, interim in aliis rebus pro bono vsurpare: atque
quod ex æquo & bono est, idẽ melius esse indicamus. aliàs ali-
enum videatur iis qui rationem consectantur, æquum & bo-
num, quod iuri repugnet esse laudabile. Aut enim ius bonum
non est, aut æquum & bonum ius non est si aliud est: aut si am
bo sunt in bono, eadem sint necesse est. Atque hæc quidem ex
his rationibus de æquo & bono exorta quæstio est. Quæ con-
D sentanea sunt omnia quodam modo, nec vlla ex parte inter se
pugnant. Nam æquum & bonum cum alicui iuri accommo-
datur, tum ius ipsum melius est: nec iam quasi ad genus quod-
dã aliud pertineat, iure est præstantius. Idẽ est igitur ius quod
æquũ & bonum. Etenim cum sint ambo in bonis, tamen præ-
stat multo æquum & bonũ. Sed hoc dubitationẽ habet, quod
cum æquum & bonum ius sit, non tamen ius legitimũ est, sed
iuris legitimi emendatio. In caussa est, quod lex est generalis o-
mnis: quæ quoniã de toto genere nõnullarũ rerum commode

loqui non poteſt,cum ſit neceſſe de toto genere dicere,nec id E
effici recte poſſit,id vnum accipit & deſignat, quod plerunq; ſolet contingere, non ignara peccati, & tamen rectè lata eſt: quippe cùm culpa ſit non legis quidem nec legiſlatoris,ſed rerum agendarũ naturæ,quæ ſtatim eſt eiuſmodi. Cum ergo de toto genere lex dicit, atq; aliquid iis in rebus cõtra generalem legis comprehenſionem exiſtit:tum percommode accidit, vt qua parte ſcriptor legis aliquid prætermiſit ac peccauit, omnino àc ſemel locutus, id quod prætermiſſum ſit corrigatur. Quod etiam legiſlator, ſi adeſſet, admoneret, etiam ſi iã legẽ tuliſſet. Itaq; eſt ius illud quidem, & quodã iure præſtantius, F
non eo tamen quôd omnino ius eſt, ſed eo quòd propter peccatum generale â perfecto aberrat. Atque in hoc vis omnis æqui & boni poſita eſt,vt correctionem quandã legi adhibeat, quia ab ea abeſt aliquid propter generalẽ ſine exceptione comprehenſionem. Cur enim lege non caueantur omnia, cauſſa eſt, quod de quibuſdam omnino lex ferri non poteſt. Quocirca decreto opus eſt. Incertæ enim rei ac infinitæ, incerta ſemper & infinita quærenda regula eſt. vt Leſbiæ ſtructuræ
plumbea norma ſolet accommodari. Vt enim lapidis mutata G
forma & figura,ſimul mutatur nec manet regula: ſic rebus mutatis nec manentibus,decreta tolluntur. Ac iam illud quidem perſpicuum eſt, quid ſit æquum & bonum, quidque ius, & quo ſit iure præſtantius. Ex quo etiam apparet, quis ſit bonus vir. Nam qui hæc ſequitur,geritque omnia,quique non eſt in malam partem iudex durior, ſed de ſuo iure decedit, etiam ſi habeat legis præſidium: is æquus & bonus eſt habendus. Et habitus in hoc genere æquitas nominatur,quæ eadem iuſtitia dicitur,non alia animi affectio.

11 Ex iis autem quæ dicta ſunt,
perſpicuum eſt,vtrum quis ſibi ipſe iniuriam facere,necne po H
teſt. Ea enim iuſta habẽda ſunt,quæ in omni virtute lege ſunt conſtituta. vt non iubet lex mortem ſibi quẽquã conſciſcere. At quæ non iubet,ea profecto vetat. Præterea vt quiſque contra leges nocet cuipiam,non laceſſitus, ita ſponte inferre iniuriam dicitur. Sed ita demum ſponte ac voluntate ſua quiſque facere intelligitur, ſi ſciat & cui iniuriã faciat, & quo modo. Qui autem ſe ipſe ex dolore interimit, is ſponte contra leges

A facit. quod leges non ſinunt. Infert igitur iniuriam. Sed cui tandem? An Reip. non ſibi? quandoquidem ſua voluntate fert mortem, nec quiſquam ſponte iniuriā accipit. Itaq; & à Rep. pœna conſtituta eſt, & ignominia quædam comparata in eū, qui ſe ipſe interfecerit, tanquam violarit Remp. Iam vero in quo quiſque, iniuriam tantummodo faciens, iniuſtus habetur non omnino improbus, in eo fieri non poteſt, vt de ſe quiſque male mereatur. Hoc enim aliud eſt atque illud. Eſt enim quodammodo iniuſtus vir ſic improbus, vt ignauus, non vt is qui omni ſcelere ſit contaminatus. Quapropter hac iniuſtitia ne-
B mo ſibi faciat iniuriam: quoniam ſimul eidem & adimeretur idem & adderetur: quod fieri non poteſt, ſed inter plures iuris & iniuriæ neceſſe eſt ſemper eſſe communionem. Iam vt quiſque alterum violat, ita & ſponte violat & conſulto, & prior. Nam qui ab altero violatur, parque refert, is iniuriam minime facere videtur. Qui autem ſe ipſe interimit, eandem iniuriam ſimul & facit & accipit. Præterea fieret alicui voluntate ſua iniuria. Adhæc nemo quenquam violat, niſi certo ge-
C nere peccati. Atqui nemo vxori ſuæ inferre ſtuprum dicitur, nemo parietem ſuum diruere, nemo ſua furari. Nā hoc ipſum ſibi quenque nocere, omnino diluitur ac refellitur, ea quæ de ſponte facienda iniuria tradita eſt definitione. Illud autem etiam apparet, vtrunque, facere & accipere iniuriam, eſſe in malis: quoniam minus & plus obtinere mediocritatis eſt, veluti in medicina valetudinis, & in gymnaſtice bonæ conſtitutionis: ſed tamen grauius eſt facere iniuriam. Violare enim alterum, cum ſcelere coniunctum eſt, & vitio dandum, ac cum ſcelere vel ſummo, vel ei proximo. Non enim quicquid voluntarium eſt, id omne cum iniuſtitia coniunctum eſt.
D At vero iniuriam accipere, nec culpa caret, nec coniunctum eſt iniuſtitiæ. Eſt igitur per ſe leuius iniuriam accipere: caſu & fortuito nihil prohibet eſſe grauius. Sed hæc ars negligit omnia, quæ grauiorem morbum pleuritidem ſtatuit, quàm pedis offenſionem, quanquam poſſit hæc fortuitu maior exiſtere. vt ſi quis ex caſu ab hoſtibus captus interimatur. Atqui nulla eſt cuiquam ſecum iuris ſocietas & communio, niſi ſi-

lege. S. cicero-
nis tusculaniam
questionem — et
philippica vndecima
in eo loco (miserior
igitur, qui suscip
in se scelus &c.)

militudine & translatione vtamur: ſed eſt omnino inter eos, E
qui ad quenque pertinent & ſpectant: nec vero ius omne eſt, ſed id quod eſt domini in ſeruos, vel patris in liberos. His enim rationibus quidē differt maxime pars animi, quæ rationis eſt particeps, ab ea quæ expers eſt. Quæ contemplantes nonnulli, ſibi cuique iniuriæ putant eſſe ſocietatem, quod hæ partes aliquid perpetiantur cōtra ſuas quæque appetitiones. Quare inter eas, vt inter eam quæ imperet, & eam quæ obtemperet, iuris cuiuſdam eſſe communionem. Ac de iuſtitia quidem cæteriſque virtutibus quæ ad mores pertinent, hactenus. F

ARIST. ETHICORVM LIB. VI.

QVoniam autem ſuperioribus libris dixi modum tenendum eſſe, non exuperantiam & defectionē à ratione, quoniamq; modus is optimus eſt quē recta præſcribit ratio: nūc de his ſequitur vt diſſeramus. Eſt enim iis omnibus animi affectionibus, de quibus dixi, quemadmodū in cæteris rebus finis quidā G
propoſitus, quem intuens omnis qui rationis eſt particeps vel conſequitur, vel ab eodem aberrat. eſtq; modus ac finis quidā mediocritatum, quas nos inter nimium & parum ſitas eſſe ex præſcriptione rectæ rationis dicimus. Quæ uera eſt illa quidē oratio, ſed parum aperta & explicata. Etenim cæteris in rebus omnibus quarum eſt diſciplina, hoc uere licet dicere, nō plus minuſue laboris & quietis, quàm ſat ſit, ſuſcipiendum eſſe: verūm modum in iis tenendum quem recta ratio præſcripſerit. Quod qui ſolum teneat, nihilo ſit doctior aut prudentior futurus. H
Vt ſi quæratur, quænam ualetudini conducant, aliquis reſpondeat, ea omnia quæ medicina iubeat, atque is qui ea ſit præditus. Quapropter non ſolū verè conſtare debent quæ de animi affectionibus diximus, ſed explicandū etiam, quænam recta ſit ratio, quæque eius definitio. Animi quidem virtutes diuiſimus, aliâſque moris diximus, alias eſſe rationis. Ac de iis quæ more perficiuntur, diſſeruimus. De cæteris autem dicemus, ſi prius de animi partibus dixerimus. Suprà dictum

A est, duas esse partes animi, alteram rationis participem, expertem alterã. Nunc eodem modo, ea pars quæ cõpos est rationis, distribuenda est. At illud præponendum est, duas esse partes rationis participes: vnam, qua res cõtemplamur eas, quarum principia secus euenire non possunt: alterã, qua eas quæ possunt. Ad ea enim quæ genere differunt intelligenda, etiã partium animi ea quæ genere differt, nata est. siquidem eis rerum inest cognitio similitudine quadam & conuenientia. Appelletur autem altera vis sciendi, ratiocinandi colligendiq́ue al-
B tera: quoniam deliberare & ratiocinari idem valet. Et quoniã de iis nemo cõsultat, quæ secus ac casura sunt, cadere nõ possunt: idcirco pars est vna aliqua vis ratiocinandi eius partis animi, quæ rationis est particeps. Vidẽdum est igitur, quis tãdem sit vtriusque habitus optimus, quoniam in eo vtriusque virtus cernitur, & ad suum quæque virtus opus officiumq́ue accõmodatur. Sunt autem in animo tria quæ in actione ac 2
veritate dominantur, sensus, mens, & appetitus, quorum sensus nullius est initium actionis. Quod ex eo intelligitur, quia
C belluæ sunt illæ quidem sensus participes, actionis autem nõ sunt. Quam autem vim habent in mente affirmatio & negatio, eandem etiam habent in appetitu adeptio & fuga. Quare quoniã virtus quæ more perficitur, habitus est ad eligendum idoneus: propositum autem appetitio est quam antegressa est deliberatio: necesse est ob eam causam & veram esse rationẽ, & rectum appetitum, siquidẽ rectum sit propositum: eamq; ipsam rationem præcipere, & parere ac persequi appetitionẽ. Est igitur hæc mens & veritas omnis in agendo. At verò mẽ-
D tis eius quæ cognitione cernitur, non actione, aut effectione, omnis est in falsi veriq́ue cognitione posita præstãtia, & vitiositas. Omni enim rationi ac menti hoc opus propositum est. Cuius verò mẽtis omne opus in agendo & in ratiocinãdo est, eius est appetitioni rectæ cõgruens propria veritas. Est igitur actionis omnis principium propositũ & cõsilium, ex quo motio nascitur, nõ finis & extremum. Eligẽdi autem principium ab appetitione petendũ est, eáque ratione quæ ad finem pertinet. Quocirca sine intelligentia, sine mẽte, sine appetitione

quæ more perficitur, esse propositũ nullo modo potest. Sublata enim mẽte & more, honestæ factis & contrariis inter actiones humanas nihil loci relinquitur. Nihil autem ratio hæc cõmouet, sed ea quæ ad finem spectat, estque in agendo, quippe cum ei etiam cuius omne opus est in faciendo, imperet. Ad hanc enim omnes qui effectionem sequũtur, quæ faciunt referunt omnia: nec finis in eo statuitur omnino, quod sub effectionem cadit, ipsumque aliò semper refertur, estque alterius proprium. At quod sub actionẽ cadit, non item. Est enim officii recteque factorum omnium fructus ac finis ipsum officium, & actio ad quã appetitio refertur. Quapropter aut intelligentia ad appetendum commouens est propositum, aut appetitio à ratione profecta. cuius rei homo initium est. Eorũ verò quæ præterita sunt, omnino nihil sub delectum cadit. Veluti nemo vult Ilium expugnare: nec enim quisquam de præteritis deliberat, sed de futuris, iisque omnibus, quæ fieri possunt. Quod autem factum est ac præteriit, non potest non factum esse. Itaque præclarè hoc Agatho, E F

Hoc tantum modo negatum est Dei numini,
Præterita vt præstet nullo facta esse tempore. G

Quocirca vtriq; parti rationis cogitationisq; participi quasi materia quam tractet, & in qua versetur, subiecta est veritas. Quibus igitur animi affectionibus vtraque pars verum enũtiat, eæ ambarum sunt virtutes habendæ.

3 De quibus disseremus, si altè principium repetierimus. Sint quinque quibus animus verum enuntiat: vel affirmando vel negando, ars, sciẽtia, prudentia, sapientia, & intelligentia. Fieri enim potest, vt falsum suspicione & opinione dicatur. Ac scientia quidem quid sit, hinc perspicuum est (si accuratè disputare, non consectari similitudines placet) quòd omnes existimamus, quæ scimus, secus euenire non posse. Quæ autem aliter possunt, ea cum absunt à cognitione & contemplatione, sint, nécne sint, incertum est. Quod ergo sub scientiam cadit, id omne æternum est. Quæ enim necessario eueniũt, sunt sempiterna omnia. Quæ autem æterna sunt, eadem oriri & interire non possunt. Præterea scientia omnis tradi videtur posse: & quicquid H

A ſub ſcientiam cadit,doceri. Atqui ex anteceptis animo rei informationibus,quemadmodum in Analyticis docuimus,omnis doctrina gignitur. Alia enim inductione, alia ratiocinatione traditur. Ac inductione quidem principia & vniuerſa diſcuntur.ratiocinatio verò principiis generalibus & vniuerſis conficitur ac progreditur.Sunt ergo principia quibus conſtat ratiocinatio, quæ eadē concludi ratiocinatione non poſſunt: ergo inductione poſſunt. Eſt igitur ſcientia habitus,in quo vis quædam ad demonſtrandum eſt poſita, & cætera o-
B mnia quæ in libris analyticis explicauimus.Cum enim aſſentitur quiſque quodam certo genere, habetq́ue penitus cognita principia: tum ſcire ac tenere rem dicitur. Etenim ſi ea non habeat magis cognita,quàm cōcluſionem,fortuitam habebit ſcientiam. Ac de ſcientia quidē ſic dictum ſit. Quod 4
autem aliter cadere poteſt,eius eſt aliquid,quod ſub effectionem & actionem cadit.eſtq́ue aliud artis effectio,aliud actio. De quibus etiam in ἐξωτερικοῖς diſputationibus ſatis multa præcepimus. Itaque & habitus is qui in agendo cum ratione
C eſt,ab eo differt,qui rationem ducem in faciendo ſequitur,& neuter ab altero cōtinetur.Neque enim actio effectio eſt,neque effectio vlla actio. Et quoniam architectura quædam ars eſt,& habitus quidam cum ratione in faciēdo poſitus, neque ars vlla eſt, quæ non ſit habitus cum ratione in faciendo, neque habitus ex eo genere,qui nomen artis non obtineat: efficitur, vt ars & habitus cum ratione vera in faciendo poſitus, idem valeant. Ars autem omnis in ortu verſatur,idq́ue vnum agit & ſpectat, quemadmodum efficiatur quicque eorū quæ
D & eſſe & non eſſe poſſunt, quorumq́ue principium ſitum eſt in eo qui facit,non in eo quod efficitur.Non enim tractat ars ea, quæ ſtant vel eueniunt neceſſario: nec in iis quæ à natura ortum habent,verſatur. Continent enim principium hæc in ſeipſis omnia. Quando autem effectio & actio inter ſe diuerſæ ſunt,neceſſe eſt arti effectionem ſubiectam eſſe, nō actionem. quodamq́ue modo in iiſdē rebus ars & fortuna verſantur,vt placet Agathoni,

Fortuna chara eſt arti,ars quoque fortunæ.

Eſt igitur ars, habitus, vt dictum eſt, ad faciendum aliquid vera cum ratione idoneus. Inſcitia contrà habitus cum ratione falſa faciendi quippiam, quod aliter euenire poteſt. E
5 Prudẽtia verò quid ſit, ita intelligemus, ſi quos nominemus prudentes, cognorimus. Prudentes quidem videntur ex eo eſſe, quòd rectè cõſilium in iis capere poſſint, quæ è re ſua ſunt, quæque nõ aliqua ex parte, vt quæ ad valetudinem, aut vires, ſed omnino ad bene viuendi rationem pertinẽt. Quod ex eo intelligi poteſt, quia prudẽtes in re aliqua dicimus, cum ad honeſtum finem rectè ea dirigunt, quæ arte nõ poſſunt effici. Quocirca F valeat prudens omnis conſilio neceſſe eſt. Et quoniã cõſilium nemo in iis rebus capit, quæ aliter euenire nõ poſſunt, neque de iis quæ ab ipſo nequeunt effici & præſtari: quoniãq; ſciẽtia omnis demonſtratione concluditur, demonſtratio autem ad ea nulla adhibetur, quorũ principia ſecus euenire poſſunt (ea enim omnia euenire aliter queunt: quæ autem neceſſariò eueniunt non cadunt in deliberationẽ) efficitur, vt nec ſciẽtia, nec ars prudẽtia eſſe poſſit. Scientia quidẽ, quia quod ſubiectum eſt ſub actionem, aliter euenire poteſt: ars, quia alius actioni, alius effectioni artis finis eſt propoſitus. Relinquitur G ergo, vt ſit habitus vera ratione ad ea agẽda idoneus, quæ vitæ hominũ conducunt, vel obſunt. Nam effectioni alius eſt quidam propoſitus finis: actioni non item. quoniam ipſius honeſtæ actionis & officii finis eſt ipſum officium. Ob eámq; cauſam Periclem cæteroſque tales homines, prudentes exiſtimamus, quòd ſuæ aliorumque vtilitati conſulere poſſunt. quo ex genere eſſe rei familiaris reique publicæ adminiſtrandæ vſu peritos arbitramur. Hinc etiã σωφροσύνην, id eſt temperãtiam H hoc appellamus nomine ὡς σώζουσαν τὴν φρόνησιν, id eſt quaſi conſeruantem prudentiam. Conſeruat enim hanc illa cõprehenſionem. Neque enim omnem cõprehẽſionem labefactat, neque peruertit voluptas aut dolor, vt hãc, Triãgulum duobus rectis pares habere, aut nõ habere angulos: ſed eas duntaxat, quæ in eo quod ſub actionẽ cadit, verſantur. Rerum enim agendarum principia ab eo petuntur, quo res agendæ referẽdæ ſunt. Cuius autem à voluptate aut dolore corruptus eſt &

A depravatus animus, ei statim principium non apparet, neque ei videntur huius causa, & propter hoc expetenda gerendáq; omnia. Est enim in vitio magna vis ad labefactandum principium. Quapropter necesse est prudẽtiam animi affectionem esse vera cum ratione coniunctam, quæ vim habeat ad ea gerenda omnia, quæ ad vitam degẽdam pertinent. Artis autem virtus est aliqua propria: prudentiæ non est. Et qui in arte voluntate sua aberrarit, præstantior est: in prudentia minus, quẽ admodum etiam in virtutibus contingit. Perspicuũ est igitur
B virtutem eam esse, non artem. Cumq; animi partes sint duæ rationis participes, altera pars sit necesse est vis in qua opinio versatur. In iis enim quæ secus cadere possunt & opinio versatur, & prudẽtia. Atque hunc habitum nõ esse cõiunctum solum cum ratione, hinc intelligi potest, quòd hæc ipsa obliuione deletur affectio, prudentia nõ deletur. Quoniã autẽ 6
scientia omnis quædã rerum vniuersarum comprehensio est, earumque omniũ quæ sunt necessariæ: quoniámque ex initiis & principiis oriuntur, quæ sub demõstrationem cadunt, om-
C nisque scientia (ratione enim scientia progreditur) profectò necesse est principium eius rei quæ sub sciẽtiam subiecta est, neque scientia, neque arte, neque prudentia contineri. Nam & quod subiectum scientiæ est, demõstratione concluditur: & illæ in iis rebus versantur, quæ aliter euenire possunt. Ne sapientia quidem in his cernitur, quandoquidem nonnullarum rerum eget sapiens demonstratione. Quòd si scientia, prudentia, sapientia, & intelligentia eæ res sunt quibus verum enuntiamus, nec vnquam mentimur iis in rebus quæ vel
D possunt, vel non possunt aliter cadere: eorum autem trium in nullo intelligentia esse potest (tria dico, scientiam, sapientiã, & prudentiam) relinquitur, vt in principiis intelligentia initiisque cernatur. Sapientiam verò iis reddimus, qui in quaque arte excellunt maximè, vt Phidiam sapientem lapidum sculptorem, & Polycletum statuarium sapientem nominamus. In quo sapientiam nihil aliud esse significamus, nisi artis virtutem & præstantiam. Sed quosdam sapientes omnino ducimus, non aliqua ex parte, nec aliqua alia in re sapientes. vt

Homerus in Margite, E

Hic non agricola eſt diuino munere factus,
Nec re alia ſapiens.

Quapropter perſpicuum eſt reliquis ſcientiis perfectione & abſolutione præſtare ſapientiam. Ergo ſapiẽtis eſt, non ſolùm ea intelligere, quæ principiis cõcluduntur, ſed rerũ etiã cauſas tenere. vt ſit ſapientia, intelligentia, & ſciẽtia, quaſi caput continens eorum omnium ſcientiam, quæ in maximo honore ſunt & pretio. Nam & illud perabſurdũ ſit, aliquem eſſe, qui ciuilem ſcientiam aut prudentiam optimam exiſtimet, niſi F homo rebus omnibus quæ in mundo ſunt, bonitate præſtare dicatur. Quòd ſi ſalubre hominiſque ac piſcium bonũ aliud eſt, album autem & rectum idem eſt ſemper: certè omnes idẽ ſapientem eſſe, prudentem aliud conſtituent. Qui enim rectè rebus rationibuſque ſuis cõſulit, omnes eum prudentem nominant, eique ſe ac ſua omnia committunt. Itaque in quibuſdam beluis prudentiam ineſſe dicimus, iis quæ vi quadam præditæ ſunt ea congerendi, quæ ad vitam degendam pertinent. Ciuilem autem ſcientiam non eſſe idem quod ſapien- G tiam, hinc etiam perſpici poteſt. quòd ſi eam ſapientiam ſtatuant, quæ ſuis cuiuſque emolumentis vtilitatibuſque ſeruiat, multæ ſunt futuræ ſapientiæ. Neque enim vna eadémque in commodis comparandis occupata eſt omniũ animantium, ſed alia in vnoquoque genere: niſi fortè vna medicina rebus omnibus adhibetur. Neque verò ſi homo præſtare cæteris animantibus dicatur, quicquam intereſt. Sunt enim homine alia multo diuiniora natura, quo in genere ſunt ea quæ maxime collucent, ex quibus conſtat mundus. Ex iis er- H go quæ dicta ſunt, perſpicuum eſt, ſapientiam ſcientiam eſſe ac intelligentiam eorum omnium quæ maximo ſunt in honore & pretio. Quocirca Anaxagoram, Thaletem, cæteroſq; tales ſapientes nominant, prudentes non item: cùm eos cernant quæ ipſis vtilia ſint, ignorare. Quos eoſdẽ tenere ac ſcire aiunt res minus neceſſarias illas quidem & admirabiles, arduas & diuinas, ſed inutiles, quòd ea non quærant, quæ hominibus proſint. Atqui in iis rebus prudentia cernitur, quæ

A hominum vitæ ſunt neceſſariæ, iiſque omnibus quæ in deli-
berationem cadunt. Prudentis enim maxime proprium eſſe
dicimus bene deliberare. De iis autem nemo deliberat, quæ
ſecus cadere non poſſunt, neque de iis quæ ad finem non re-
feruntur, in quo ſitum ſit quod agendum eſt bonum. Omnino
autem is ad capiēdum conſilium aptus eſt, qui ratione poteſt
quod homini ſummum bonum agendum ſit, exquirere. Nec
verò in vniuerſis modò rebus prudentia verſatur, ſed notæ
etiam eſſe debent res ſingulæ, cum & in agendo poſita ſit, &
B in rebus ſingulis omnis actio conſiſtat. Itaque ad rem geren-
dam nōnulli ſunt inſcii artificibus & doctis inſtructiores, &
cæteris in rebus exercitati. Nam qui ſciat carnes leues, & faci-
les ad cōcoquendum, & ſalubres eſſe, is ſi quæ leues ſint igno-
ret, nunquam valetudinem efficiet: ſed is potius, qui auium
carnes leues eſſe & ſalubres intelligat. Eſt autem in agendo ſi-
ta prudentia. vtraque igitur tenēda cognitio eſt, aut hæc po-
tius. Sed tamen ſit etiam hic quædam quaſi architectonice.

Sunt autem & ciuilis ſcientia & prudētia idem animi ha-
C bitus, iiſdem autem nō eſt vis eadem neque natura. Eius qui- 8
dem quæ in publicis rebus verſatur, vna pars quæ quaſi archi-
tectonice prudentia eſt, legum ferendarum ratio dicitur: al-
tera quæ priuatim in rebus ſingulis verſatur, commune ciuilis
ſcientiæ nomen obtinet, cuius omne opus eſt in agendo &
conſulendo. Nam decretum habet ſibi quaſi finem propoſitū
ad agendum. Itaque hos aiunt ſolos adminiſtrare Rempub.
quòd vt ii qui manibus artis opus efficiunt, ſic ii ſoli rem ge-
rant. Maximè verò prudentia videtur ea qua vni ſibi quiſque
D rebuſque ſuis conſulit, quæ eadem iam habet commune no-
men prudentiæ. Illarum autem alia domeſtica, alia ars legum
ferendarum, alia ciuilis nominatur. Atque huius alia pars ad
deliberationes, alia ad iudicia pertinet. Ac genus quidē pru-
dentiæ in eo quoddam eſt, vt quod è re cuiuſq; ſit, intelliga-
tur. Sed magnæ ſunt eius differētiæ ac diſſimilitudines. vide-
turque is demum prudens, qui rebus rationibuſque ſuis pro-
ſpicit, in iiſque curandis occupatus eſt. At verò qui in Repu.
verſantur, multis negotiis implicantur. Itaque Euripides ait,

Qui nanque prudens sim? licebat cui procul E
A negotiis remoto numerarier
In milites, æquoque iure viuere?
Nam qui celebres sint, iniquo viuere.

Consulunt enim omnes suæ quisq; vtilitati, idque se vnum agere putãt oportere. Qua ex opinione natũ est illud de prudentibus, quãquam suũ quisque tenere, sublata rei familiaris disciplina & Reip. nullo modo certè potest. Iam verò sua cuique res quẽadmodum administranda sit, incertum esse, idque perspiciendum, hoc satis signi est, ꝙ & Geometræ & Mathe- F
matici adolescentes fiunt, rerũque eiusmodi sapientiã consequuntur: prudẽtes nõ fiunt. Hoc causæ est, ꝙ in rebus singulis prudẽtia cernitur, quarũ vsu cõstat & exercitatione cognitio. vsuque rerum nõ valet adolescens. facit enim diuturnitas tẽporis exercitationem. Nam hoc quærat aliquis, quid sit causæ cur puer mathematicus effici potest, sapiens vel physicus nõ potest? An ꝙ illa abstractione constãt, horũ verò ab exercitatione & experientia principia oriuntur? & ꝙ hæc nõ probant, sed dicunt adolescentes, illorũ nõ sunt obscuræ definitiones? G
Præterea peccatur deliberando, vel in rebus singulis, vel vniuersis. Aut enim omnem aquã quæ grauis sit, insalubrem esse nesciunt: aut hanc vel illã, grauẽ. Prudentiã autẽ nõ esse sciẽtiam, hinc perspici potest, ꝙ hæc, vt dixi, in extremis siue singulis rebus cõsistit. Quod enim sub actionẽ cadit ex eo genere est. Opposita est igitur intelligẽtiæ. In principiis enim quæ ratione & demõstratione nõ colliguntur, intelligentia versatur. Hæc in rebus singulis, quarũ non est sciẽtia, sed sensus: nõ is quidẽ qui in rebus suis ac propriis versatur, sed is quo triã- H
gulum sentimus in Mathematicis esse in extremo, quoniã illic quoque cõsistitur. Sed tamen in hoc sensus potius cernitur, q̃ prudentia: illius, aliud genus est.

9 Discrepat autem à deliberando quærere. Deliberare enim quærere est. Sed de recta deliberatione intelligendum est, quidnam sit, vtrum sciẽtia aliqua, an opinio, an bona coniectura, an aliquid aliud. Ac scientiam quidẽ nõ esse hinc perspici potest, ꝙ cum homines non inuestigent quæ sciãt ipsi, tamen & cõsultatio prudens, quæ-

A dam ſit conſultatio: & qui conſultat, omnis quærat & ratiocinetur. Nec vero recta coniectura eſſe poteſt. quoniam coniectura recte colligitur & celeriter & ſine ratione: ad deliberandum autem multum temporis ſumunt, propterea quòd celeriter aiunt conficienda eſſe quæ ſuſcipimus: lente capiendum conſilium. Iam aliud ſolertia eſt, aliud prudens cõſilium: quia ſolertia, quædam coniectura eſt: bonum conſilium nullum eſt in opinione. Nam quoniam omnis aberrat, qui male conſultat, & qui bene, rectè conſultat: perſpicuum eſt, bonum conſilium quiddam eſſe rectum, non ſcientiæ quidem neque opinionis, quoniam in ſcientia non ſpectatur quid rectum ſit, cũ
B ne peccatum quidem: & opinionis quod rectum eſt appellatur veritas. Præterea iam definitum & certum eſt id omne in quo eſt opinio. At ſine ratione conſtare bonũ conſilium nõ poteſt: relinquitur ergo à mente atq; ſentẽtia. Hæc enim nõdum eſt enunciatio. Et opinio, non quæſtio eſt: ſed iam pronũciatum aliquod. Qui autem capit cõſilium, ſiue bene ſiue male id faciat, is quærat aliquid ac ratiocinetur neceſſe eſt: & pru
C dens deliberatio ſiue bonũ conſiliũ quiddam in conſilio rectũ ſignificat. Quocirca quærendũ nobis eſt, quid conſilium ſit, & qua in re verſetur. Quoniam igitur rectũ aliquid multifariam dicitur, perſpicuum eſt, prudentẽ deliberationem in quaque recta re nõ omnẽ conſiſtere. Nã impotentes & praui homines cum id quod ſibi ratione ad videndum propoſuerãt, cõſecuti ſunt, recte illi quidem ac prudenter vidiſſe ac decreuiſſe putantur, ſed magnum id malũ exiſtimarunt. Atqui in bonis bene conſultaſſe numeratur. Talis enim conſilii veritas, bonum
D conſilium eſt, quod bonum adipiſcitur. At poteſt illud ipſum quod bonum eſt, falſa ratione collectum obtineri: & ad id quod faciendum eſt, non qua ratione æquum eſt, ſed falſa via media perueniri. Bonum igitur conſilium eſſe nullo modo poteſt, quo ad id quidem peruenitur quod ſit honeſtum, non autem qua ratione decuit. Præterea accidere poteſt, vt alius deliberandi longo tempore adhibito, id quod velit conſequatur, alius celeriter eodem perueniat. Quare nondũ illud quidem bonum eſt conſilium, ſed recta via & ratio vtilis ad per-

ueniendũ quò perueniri, & quo modo, & quando ratio æqui- E
táſque patiatur. Iam verò licet & omnino prudenter delibe-rare, & ad finem certum conſilia dirigere, Ergo id deniq; ge-nerale conſilium omnino habendum eſt, quod ad finem gene ralé dirigitur: quod autem ad finem certũ quendã, etiã ſpecia le conſilium eſt. Quod ſi prudentis eſt, bona conſilia inire, ve-rum conſilium ſit neceſſe eſt recta via & ratio ad finẽ aliquem conſequendum vtilis, cuius ſit vera exiſtimatio in prudentia.

10 Eſt autem ſagacitas & hebetudo, ex quibus ſagaces & hebe-tes nominantur. Nec omnino ſagacitas idem eſt quod ſcientia F
vel opinio (omnes enim ſagaces eſſent) nec eſt vna aliqua ſcien tiarum ſingularum: vt nec pars medicinæ, in rebus enim ſalu-bribus verſaretur: nec geometriæ, quæ magnitudines tractat. Neq; enim in iis rebus cernitur ſagacitas, quæ æternæ ſunt & immutabiles: ne in iis quidem quæ quomodocunq; gignun-tur: ſed in iis omnibus quæ dubiæ & incertæ alicui dignǽque conſilio eſſe videantur. Quocirca in iiſdem rebus quibus pru-dentia verſatur, non tamen idem eſt ſagacitas quod pruden-tia. præcipit enim prudentia, cum ei ſit propoſitum, quid agẽ dum aut non agendum ſit, videre. At ſagacitas ſolum ad iudi- G
candum valet. Eadẽ enim eſt ſagacitas, quæ bona ſagacitas: & ſagaces iidem qui præſtantes ſagacitate nominãtur. Nec vero ex eo ſagacitas nominatur, quòd prudẽtia obtineatur, aut per-cipiatur: ſed vt omnes qui diſcunt, tum ſcire aliquid & intelli-gere dicũtur, cùm ſcientia vtuntur: ſic cũ adhibetur opinio & ſententia ad ea iudicãda omnia, quæ prudẽtiæ ſubiecta ſunt, alio dictante, tũ ſagacitas dicitur. ſed tacẽtibus nobis ad recte etiam iudicandum adhiberi ſagacitas intelligitur, quoniã be-ne & præclare idẽ valent. Hinc natũ eſt nomen τῆς συνέσεως, id eſt, ſagacitatis, ex qua ſagaces nominãtur, ex ea quæ in diſcen-

11 do cõſiſtit. Sæpe enim τὸ μανθάνειν, ξυνιέναι, id eſt, diſcere, intelli-gere appellamus. H
Quæ autem ſententia vocatur, ex qua & be ne ſentire, & ſententia præditi alii dicũtur, eã iudiciũ eſſe æ-qui & boni viri, hoc ſatis ſigni eſt, quòd bonũ virũ ad ignoſcẽ-dũ propenſum facilemq; dicimus, æquumq; & bonum, ex eo quòd nonnullis in cauſis ignoſcat. Atqui venia, recta eſt in iu

A dicio æqui & boni ſententia. Sed ea demũ recta eſt, quã verus tulerit. Omnes autem hæ animi affectiones in iiſdẽ rebus ſpectantur. Nã cum & ſententiã, & ſagacitatẽ, & prudentiam, & intelligentiam iiſdem attribuimus, tum eos ſententiæ valere facultate, ac intelligentia præditos, prudentes, ſagacéſq; dicimus. Omnes enim hæ facultates animi extremorũ rerũq́; ſunt ſingularum: idemq́; homo quòd aptus ſit ad ea iudicanda, in quibus cernitur prudens, ſagax, bene ſentiens, & ad veniam dandam procliuis, habendus eſt. Commune eſt enim bonorũ
B omnium, æquum & bonum in rebus alienis. Res autem agendæ, & officia in ſingulis rebus, extremíſque omnibus verſantur, quæ debent eſſe prudenti cognita. In iiſq́; quæ ſub actionem cadunt, & ſagacitas & ſentẽtia cernitur, quæ eadem extrema ſunt. Et intelligentia vtrorumque extremorum eſt. Etenim principiorum & extremorum non ratio eſt, ſed intelligentia. ac illa quidem, quæ in demõſtrationibus verſatur, eorum eſt extremorum & principiorũ quæ mutari non poſſunt: altera quæ in agendo eſt, in extremo, eaq́; re quæ euenire poteſt, & in enunciationis alio genere cernitur. Sunt enim hæc
C finis principia, quoniam à rerum ſingularum cognitione vniuerſarum cognitio ducitur. Horum igitur ſenſus eſt hauriendus & adhibendus: quæ eadẽ intelligentia nominatur. Ita hæc nobis videntur inſita natura. Cumq́; ſit ſapiens nemo natura, tamen ineſſe natura hominibus & ſententiam & ſagacitatem & intelligentiam, hinc poteſt intelligi, quòd eas virtutes ſequi ætates putamus, vt in hac vel illa ætate intelligentia inſit vel ſententia, quaſi à natura tributæ inſitæq́; videantur. Qua-
D propter & principium eſt intelligentia & finis, cum præſertim ex iis oriantur, de iiſq́; conficiantur demõſtrationes. Quare non ſecus debent omnes vſu peritorum, maiorumq́ue natu, ac prudentum fidem adiungere ſententiis, iis etiam quæ probari non poſſunt, quàm iis quæ ſunt ratione concluſæ. Nã quoniam vſu & exercitatione quaſi aſpectum quendam ſunt adepti, facile rerum cauſas & principia cernunt. Ac ſapientia quidẽ quid ſit, quidq́; prudẽtia, quibúſq; in rebus verſentur, & vtrãq; in alia atq; alia parte animi ſitam eſſe, ſit dictũ ſatis.

12 Sed de iis quærat aliquis, quas tandem ad res ſint vtiles? E
Nam & ſapiētiam nulla in re verſari earum, quæ hominem poſſunt beatum efficere, cum præſertim nullius rei ſit quæ gignatur: & in prudentia quidem illud eſſe poſitum, ſed ad rem aliquam ea eſt opus. Siquidem res tractat prudentia, iuſtas illas quidem & honeſtas, quæque hominis bona ſunt: ſed tamen eas boni viri eſt gerere. Nunc nihilo ad agendum aptiores paratioréſque venimus, cum eas tenemus ac ſcimus: ſiquidem virtutes in habitu quodam animi ponimus. Quemadmodum nec res bonæ valetudinis, & firmæ corporis conſtitutionis, quæ non ex eo dicantur quia aliquid efficiant, ſed ab habitu proficiſcantur. Neque enim præditi & inſtructi medicina & gymnaſtice, ad agendum aliqua ex parte venimus paratiores. Quod ſi non ob has ſolum cauſſas prudens ſtatuendus eſt, ſed etiam vt fiamus probi: profectò vſus illius iis quidem qui iam boni ſint, nullus eſt futurus. Atqui ne iis quidem qui non ſint præditi, quoniam nihil intererit, ipſi ne eam habeant, an iis qui adepti erunt, obtemperent. hoc enim ſatis ſit nobis, quod in medicina: quam quidem non diſcimus ipſi, etſi valere cupiamus. Ad hæc abſurdum ſit, cum ſapientiæ concedat prudentia, eam tamen multo eſſe ſuperiorem futuram. Nam cum eius omne opus ſit in agendo, imperat, præſcribitque omnia. Quibus argumentis nobis occurrendum eſt: adhuc enim de iis ſolum dubitantes diſputauimus. Ac primum quidem hoc dicimus, eas ſua vi & propter ſe expetendas eſſe neceſſario, cum vtraque vtriuſque partis animi virtus ſit, etiam ſi nihil vtraque conficiat. Deinde efficiunt illæ quidem, non vt medicina valetudinem, ſed vt valetudo ea quæ bene conſtituunt corpus, ſic efficit beatitudinem ſapientia. Quoniam enim vniuerſæ pars eſt virtutis, poſſeſſione vſuque efficit beatum. Præterea prudentia, eaque virtus quæ more perficitur, omnem abſoluit actionem. Propoſitum enim virtus rectum efficit: ea quæ ad finem ſpectāt, prudentia. Quartæ autem parti animi, cui ineſt alendi vis & augendi, nulla talis virtus attributa eſt: cum præſertim agamus vel non agamus, non ſit in ea ſitum. De eo autem quod

A obiectum est, nos nulla ex parte prudentia ad præclarê iusteque facta effici aptiores, paulò altius hinc sumpto initio repetendum videtur. Vt enim aliquos dicimus nõdum iustos esse, qui res iustas faciant, quales ii sunt qui quod leges iubent, vel inuiti faciunt, vel imprudentes, vel alia quacunque de causã, non propter se, etiam si ea agant quidem omnia, quæ agenda sunt, & quæ gerenda bono viro: sic, vt videtur, omnes vt sint boni quodã modo affecti animo gerere debent omnia, vt delectu adhibito, eorumque causa quæ gerantur. Ac delectũ quidem & electionem virtus rectam efficit: quod autem illius
B causã effici solet, hoc iam in virtute non est, sed in alia vi positum. De quibus disserendum nobis est apertius. Est vis certê quædam, quam ingenium vocant: quæ eiusmodi est, ea vt efficere possit & adipisci, quæ ad propositum finem pertinẽt. Ac si finis quidem honestus sit, laudanda: sin malus, calliditas est nominanda. Itaque prudentes, eosdẽ ingeniosos, callidos versutósque dicimus. Nec verò vis hæc idẽ valet quod prudentia, etsi sine illa vi esse nullo modo possit. Habitus autẽ huic quasi oculo animi innascitur: neque sine virtute, vt diximus: idque
C hinc perspici potest, ꝙ rerum quæ sub actionem cadũt principiũ ratiocinationes cõtinent: quippe cùm talis finis sit, etiã optimus, qualis sit cunque: sit enim verbi causa quod occurrerit quod quale sit, nisi bono viro apparet nemini. Peruertit enim iudicium vitiositas, principiorúmq; inducit eorum errorem, vnde actiones & officia proficiscuntur. Quare nõ potest quisquam, qui non idem bonus sit, prudens esse. Quocirca 13
hic rursum virtus quæ similitudine ad eam accedit consyderanda est, quandoquidem quam habet rationem prudẽtia ad ingenium cui similis est non idem valet: eandẽ hæc ipsa virtus
D habet, quæ innata est nobis ad eam quæ propriè virtus appellatur. Omnibus enim à natura quodãmodo mores, suus cuiq;, tributi videntur. Natura enim & iusti & tẽperantes & fortes gignimur, reliquarumq; virtutum principia & semina, simul atque in lucem editi sumus, continemus in nobis. Sed tamen aliud quiddam quod propriè bonum sit esse volumus, & quæ ex hoc genere sunt, aliter inesse. Nam & pueris & beluis à na-

tura tributi ſunt habitus, qui ſine intelligentia & ratione, obeſſe hominibus videntur. Quemadmodum enim graui corpori contingit, vt ſi moueatur ſine aſpectu, grauiter offēdat hoc ipſo quòd caret aſpectu: ſic res hic ſe habet. Quòd ſi ſapiētiæ lumen acceſſerit, iam magna eſt in actione diſtinctio: habituſque ſimilis tum denique virtutis nomen propriè vereque obtinebit. Quocirca quemadmodum vis duplex eſt eius in qua ſedes eſt opinionis, ingenium & prudentia: ſic eſt duplex eius in qua morum, virtus ingenita, & vera virtus: quarũ quæ propriè virtus vocatur, eſſe ſine prudentia nullo modo poteſt. Itaque omnes virtutes prudentiæ nomine appellant. Et Socrates quidem partim rectè quærebat, partim aberrabat. Nam quòd virtutes omnes prudentias putauit eſſe, errauit: quòd autem eas non ſine prudentia cenſuit, præclarè dixit. Quod ex eo intelligi poteſt, quia nunc omnes qui virtutem definiunt, cùm habitum eam dixerunt, & in quibus cernatur, tum eum eſſe adiungunt, qui rectæ rationi ſit conſentaneus. Atqui ea demũ recta ratio eſt, quæ prudentiæ congruat. Ergo hoc omnes quodam modo diuinare & augurari videntur, habitum eum virtutem eſſe, qui prudentia dirigatur. Sed tamen parua facienda mutatio eſt. Neque enim in eo habitu ſolum virtus eſt, qui rectæ rationi ſit conſentaneus, ſed in eo potius qui ſit cum recta ratione coniunctus. Recta autem de his rebus ratio, iam nomen habet prudentiæ. Socrates ergo virtutes omnes rationes putauit, cum in ſcientia omnes poneret: nos eas cum ratione copulamus. Ergo iam illud quidem perſpicuum eſt ex iis quæ dicta ſunt, nec ſine prudentia quenquam veræ probitatis, nec ſine virtute quæ more perficitur prudentiæ nomen obtinere poſſe. Sed hoc loco diſſoluenda eſt ea ratio, qua quis diſputare poſsit, ſeiungi ſepararíque virtutes. Neque enim idem eſt ad omnes accipiendas aptiſsimus, verùm hanc iam, illam nondum ille percepit. Nam in iis quidem quæ à natura dantur virtutibus id contingere poteſt: in iis autem, ex quibus verè & omnino vir bonus nominatur, non poteſt. Etenim ſi prudentia vna adſit, iam continuo vnà cum ea omnes aderunt. Illud etiam perſpicuum eſt, etiam ſi ad agendum nõ

A moueat & impellat, ei tamen locum relinqui oportere, hoc ipſo, quod partis animi virtus ponatur, & quòd ſine prudentia & virtute propoſitum rectum eſſe non poſſit. Nam & hæc vt finem, & illa, vt ea omnia quæ ad finem ſpectant, agamus, impellit. Nec vero domina eſt ſapientiæ, nec partis eſt melioris. quemadmodum nec medicina valetudinis. Non enim ea vtitur quidem, ſed vt quicque fiat, prouidet. Ita illius cauſa præſcribit omnia, non illi. Iam ſimile illud fuerit, vt ſi quis ciuilem ſcientiam imperare dicat diis, quod de iis præcipiat o-
B mnibus, quæ ſunt Reipublicæ.

ARIST. ETHICORVM LIB. VII.



IS expoſitis, aliud faciamus initium dicendi. Eorum quæ in moribus fugienda ſunt, tria eſſe genera, vitioſitatem, impotentiam, & feritatem: quorum perſpicuum eſt quæ ſint duorum contraria. Alterum enim virtutem, continentiam alterum vocamus. Immanitati autem ac ferita- 1
C ti licet eam virtutem poni cõtrariam maximè, quæ ſupra nos eſt, quæ eadem heroica, ac diuina dicenda eſt, vt Homerus Priamum de Hectore loquentē facit, ꝙ is virtute præſtanti eſſet.

Non hunc mortales ſed dî genuiſſe videntur.

Ita ſi vt aiunt, ex hominibus propter excellentē præſtantemq́; virtutem efficiuntur Dii, profecto ea erit potiſſimū animi affectio, quæ feritati repugnat. Nam vt beſtiarū nullum vitium eſt, nullaq́; virtus, ſic nec Dei: ſed hic virtute præſtabilior eſt, illarum aliud eſt genus vitii proprium. Et quoniam raro con-
D tingit, vt aliquis homo ſit Diuus, quemadmodum Lacones ſolent appellare Diuum, eum cui excellentes virtutes tribuunt: ſic in ſpecie humana raro feritas & immanitas cernitur, quæ vel maxime inter barbaros exiſtit. in nonnulliſque ex vi morborum offenſionumq́ue oritur. eos etiam homines qui alios vitiis flagitiiſque ſuperant, hac infamia notamus. Sed quoniā de hac animi affectione mox diſſeremus, & de vitioſitate ſuprà diximus: hic locus poſtulat vt de impotentia, de mollitie, de luxu, de continentia conſtantiaq́ue dicamus. Neque enim

de iis vt de habitibus qui idem sint quod virtus & vitiũ: neque E
vt de genere ab eisdem differentibus existimare debemus. Sed necesse est, id quod in aliis libris facimus, primum propositis iis quæ clara sunt & certa, in vtranque partem disputare: itaque demonstrare ea præsertim omnia quæ de his animi affectionibus, probabilia feruntur: sin minus, plurima, & quæ plurimum habent ponderis. Nam si ea omnia diluantur, quæ difficilia sunt, relinquanturque probabilia: sit explicatum satis. Ac illud quidem primum perspicuũ est, continentiam & cõ-
stantiam in bonis esse & laudibilibus, impotentiam & molli- F
tiem in malis & vituperandis: eundemque continentem & eum qui permaneat in suscepto consilio: & eundem impotẽtem, & eũ qui desistat à sententia. Et impotẽs quæ mala sunt, mala ille quidem esse nouit, sed agit ea victus & debilitatus obiecta specie voluptatis. At verò continens, quoniam malas esse cupiditates intelligit, eas ratione ductus non sequitur. Et temperantem quidem continentem atque constantem appellant. talem autem hominem partim temperantem, partim nõ.
intemperantemque impotentem, & impotentem confuse pò- G
nunt pro intemperanti. Alii eos aiunt esse inter se dissimiles. prudentẽ verò interdum negant impotentem posse effici: interdũ eos qui prudentes sint & acuti, impotentes putant. Impotentes etiam dicũtur & iræ, & honoris, & lucri. Atque hæc
2 quidẽ sunt quæ feruntur. Hoc autem quærat aliquis, quid causæ sit cur rectè quis sentiens, iudicium suum retinere non posit? Scientem quidem eum posse esse negant nonnulli. Absurdum nanque sit, Socratis sententia, tum cum in quopiam
est scientia, aliud quiddam vincere ac trahere eum quasi mã- H
cipium. Socrates enim, quasi verò nulla esset impotentia, cum ratione bellum gerebat: quòd neminẽ putauit, qui recte sentiret, contra id quod optimum iudicasset, quicquã esse gesturũ: sed imprudentem omnem facere, qui ita faceret & viueret, iudicauit. Atq; iis quidem quæ perspicua sunt hæc omnis repugnat oratio. quærendumq; nobis est, si hæc animi perturbatio ab imprudentia nascatur, quis imprudentiæ sit modus. Nã hoc quidem perspicuũ est, hominem impotentem nõ pu-

A tare quæ agat, esse facienda priusquam sit in perturbatione. suntque nonnulli qui hæc concedant, superiora non item. Nã & nihil esse scientia firmius fatentur, & neminem facere contra sententiam meliorem, non fatentur. Ob eamque causam impotentem hominem aiũt non scientia quidem, sed opinione præditum, vinci à voluptatibus. Atqui si opinio quidẽ insit, & non sciẽtia: nec firmũ nec stabile iudiciũ quod obsistat, sed infirmum & leue: vt iis contingit, qui distrahuntur variis sententiis: profectò veniæ aliquid loci relinquatur, quòd non stet in iis decretis contra firmas cupiditates. At malitiæ ac vi
B tio non est ignoscendum, neque vlli eorum quæ ipsa vituperãda sunt. An verò prudentia est quæ obsistat, cum sit potentissima? At absurdum fit. Sic enim vnus & idem simul prudens & impotens est futurus: nec quisquam fateatur, prudentis esse, quæ sint flagitiosissima, ea gerere sua voluntate. Præterea suprà docuimus, qui sit prudens, eum, quoniam in extremis cerneretur, & ad officia paratum, & cæteris virtutibus omnibus instructum ac ornatum esse oportere. Iam verò, si in eo continens sit positus, quòd cupiditatibus constrictus sit & fir-
C mis & malis: profectò temperatus nemo futurus est continens, neque continens vllus moderatus. Neque enim cupiditates malæ & vehementes solent existere in temperante, quod quidem necesse esset. Etenim si honestæ sunt cupiditates, vitiosam esse necesse est eam animi affectionem, quæ impedimento est, quo minus eas sequamur. Ita non omnis est in bonis continẽtia. Quòd si infirmæ sint & imbecillæ nec improbæ, nihil gloriatione: neque si improbæ & imbecillæ, quicq̃ magna laude sit dignum. Iam si nos, vt omni opinioni stemus, impellit continentia, mala sit: veluti si falsæ. Et si de o-
D mni sententia & opinione impotentia deducat, aliqua in bono futura est impotẽtia. qualis illa est Neoptolemi Sophoclei, in Philoctete. Est enim iure laudandus, quòd iis minimè steterit, ad quæ Vlysses ipsum impulisset, tum cùm vi doloris deceptus fuisset. Præterea Sophistarum ratio fallax ancipitem curam affert cogitandi. Nam quia inest in eis cupiditas refellendi quæ admirabilia sunt, quo sint cũ occurrunt argutiores:

quæ conficitur dubitationem affert ratiocinatio. Vinctus est E
enim animus quodam modo, cum non vult ille quidem consistere, quòd minus probet quod sit cõclusum, sed tamen progredi longius non potest hoc ipso, quòd rationem nequeat dissoluere. Fit autem nescio quo pacto, vt imprudentia, impotentiæ coniuncta sit virtus. Cõtrà enim facit ac sentit propter impotentiam. Sentit autem quæ bona sunt mala esse, neque facienda. Ita quæ bona sunt faciet, non quæ mala. Iam qui agit & persequitur, quæ voluptatem efficiunt, ídque ex industria, hoc ipso, quòd sibi animum induxit, is melior videatur eo, qui non ratione, sed impotentia animi ducatur ad agendũ. F
quo facilius ei curatio adhiberi potest, propter dissuasionem faciliorem. At verò impotens eo prouerbio constrictus tenetur, quod omniũ sermone tritum est, Cùm aqua guttur præfocat, quid iam attinet bibere? Etenim si minimè animũ induxisset ea facere quæ faciat, profectò simul ac ei dissuasio adhibita esset, à sententia destitisset. Nunc adhibita est, & tamen nihilo minus aliud agit. Præterea si in rebus omnibus versatur impotentia & continentia, quis perfectè & absolutè habẽdus sit impotẽs? cum præsertim nemo homo omni genere im- G
potentiæ sit instructus. Atqui nonnullos absolutè impotẽtes vocamus. Ac quæ hoc loco incidunt quæstiones sunt eiusmodi, quarum aliæ diluendæ sunt, aliæ relinquendæ. Quæstionis
3 enim explicatio est finis inuentio. Ac primùm illud quidem videndum est, vtrum scientiam habeant impotentes nec ne, & quemadmodum habeant. Deinde quibus in rebus homo impotens & continens ponendus sit: vtrum in omni uoluptate & dolore, an in certis quibusdam & definitis. Et cõtinentes & constantes, vtrum iidem sint, an ne diuersi. Quod idem exquirendum est de iis omnibus, quæ sunt huic coniun- H
cta disputationi. Exordium autem hinc capiat disputatio, vtrum continens homo & impotens ex iis statuantur diuersi, in quibus versentur, an ex eo, quemadmodum in iis ipsis spectẽtur. hoc dico, vtrumne impotens homo, ex eo solum, quòd in his vel illis cernatur rebus, necne intelligatur impotens, an ex vtroque potius. Deinde quærendum est, vtrum in omnibus

A voluptatibus impotentia & continẽtia, necne versentur. Neque enim cernitur in omnibus, is qui vndique perfectè & absolutè est impotens, sed in quibus intemperans. nec ex eo quòd absolutè in iis affectus est (idem enim esset quod impotentia) sed quòd certo quodam genere & modo sit affectus, iudicandus est. Nam & hic quidem distrahitur in diuersas partes, cõsultò, quòd semper præsentem voluptatem putet sequi oportere: & ille non putat, cum interim persequatur. Nam quod aiunt quidã, verã esse illam opinionem non scientiam, in qua iudicia sua non possunt tenere, id quidẽ ad rationẽ nihil B interest. Sunt enim quidam eorum qui sunt in opinione, qui non pẽdent animi, sed certo se rem scire existimãt. Ita si ii qui sunt in opinione, nihilo minusquàm ii qui rem sciũt & tenẽt, contra ac sentiũt, faciãt propter leuẽ assensionem, nihil inter scientiam intererit & opinionem. Non enim sunt apud quosdam minus firmæ in iis de quibus opinãtur assensiones, quàm apud alios in iis quæ ipsi sciunt. quod Heraclîtus indicat. Sed quoniã dupliciter aliquid scire dicimus (nam & is in quo sciẽtia est, nec ea vtitur, & is qui vtitur, scire dicũtur) permultum C interest, ísne qui præditus est scientia neque eam intuetur, ea quæ non sunt facienda faciat, an is qui præditus est, eámque intuetur. Hoc enim absurdũ videatur, illud non itẽ, si agat eã non intuens. Iam cùm enunciationum sint duo genera, nihil prohibet, eũ qui vtrunq; genus teneat, contra ac sciat facere, si ea quæ vniuersa est & generalis, vtatur, non quæ est de rebus singulis. Cadunt enim sub actionem res singulæ. Atque etiam eius quod vniuersum ac generale est, sunt quædam differentiæ. Nam aliud in eo ipso vertitur, aliud in rebus. veluti, Omni homini sicca prodesse, &, hunc esse hominem. vel sic- D cum esse hoc tale, vel illud. Verùm si tale hoc sit, aut non suppetit, aut certè eo non vtitur. Tãta igitur ex iis generibus existet dissimilitudo & differẽtia, vt sic scire nihil absurdum sit, secus mirabile videatur. Præterea situ est in homine, vt alia etiam ratione, atque iis quas modò commemoraui, scientiam habeat. Nam ex eo quòd tenetur animo comprehensa, vsus autem eius & exercitatio non adhibetur, dissimilem habitum

cernimus, vt & teneatur res quodam modo, & non teneatur. qualis est dormientium, furiosorum, & vinolentorum. Atqui ita sũt affecti omnes qui in aliqua sunt animi perturbatione. Nam & ab ira & libidine luxuriosorũ, & quibusdam eius generis, perturbantur etiã corpora, & nõnulli ad insaniam adiguntur. Perspicuum est igitur, ita vt hi sunt, affectos esse impotentes. Nec verò sententiarum commemoratio earum etiam quæ dignæ sunt scientia, confirmat quenquam conuenienter scientiæ ac sententiæ suæ agere. Nam & qui aliqua animi perturbatione commoti sunt rationes & carmina proferunt Empedoclis: & qui primum discunt, verba illi quidem coniungunt, sed quæ non intelligant. Debent enim hæc animo inhærere omnia: quod vt fiat, tempore opus est. Quocirca qualis histrionum, talis iudicanda est impotentium oratio. Atque etiam hoc modo causam ex natura intueri licet, quòd cum opinionum aliæ in vniuersis rebus, aliæ in singulis quarum sensus dominus est, cernantur: si earum vna adfuerit, in his necesse est quod conclusum sit, animum ei assentiri: At in iis quæ in agẽdo cernuntur, statim exequi. Vt si quod dulce est, omne gustãdum: hoc autem dulce est, quod sit in rebus singulis, necesse est eum simul illud agere, qui possit neque prohibeatur. Cum ergo inest de vniuersis opinio, quæ vetat ne gustes: alia autem, dulcia esse suauia omnia: & hoc dulce esse: profectò hæc exequitur, quæ fortassis erat cupiditas. Cum ergo hæc illud fugiendum monet, cupiditas contrà ad se rapit (potest enim omnes partes commouere) fit, vt à ratione quodam modo & opinione distrahatur animus: non quòd sit per se contraria opinio, sed quòd solum fortuito. Non enim rectæ rationi opinio, sed contraria est cupiditas. Quocirca non sunt beluæ impotentes, propterea quòd res singulas non percipiant, sed rerum singularum modò visis & recordatione moueantur. Quemadmodum autem deleta ignoratione, ad scientiam reuocetur impotens, eadem ratio est & ebriosorum & dormientium communis, non huius perturbationis propria: quæ ab iis petenda est, qui naturas rerum inuestigant. Quoniam autẽ extrema enunciatio est eius

A quod sub sensum cadit opinatio, actionúmque ac officiorum est propria : eam aut non tenet is qui perturbatione commotus est: aut sic certè eam tenet, vt sic tenere non sit scire, sed more vinolentorum Empedoclis carmina recitare. Et quoniam non sunt vniuersæ, extremæ enunciationes, neque ad scientiam æquè valent ac vniuersæ: etiam quod Socrates quærebat contingere videtur. Neque enim tum cum adest quæ verè ac propriè scientia dicitur, aut animi perturbatio nascitur, aut ea distrahitur à perturbatione, sed cùm ea quæ hau-
B ritur sensibus. Ac hominem quidem scientia præditum, & nõ præditum, intemperatè viuere, quoq́ue modo quis in scientia possit esse impotens, sit dictum satis. Deinceps dicendum est, vtrũ sit aliquis absolutè impotens, an aliqua ex parte 4
omnes habeantur: tum si est aliquis, quibus in rebus cernatur. Illud igitur perspicuum est, continentes, constantes, impotentes mollesq́ue homines in voluptatibus doloribusq́ue versari. Eorum autem quæ voluptatem efficiunt ac delectant, alia sunt necessaria, alia propter se sunt illa quidem expetenda, sed tamen exuperantiam habent. Necessaria quidem sunt,
C quæ ad corpus pertinent : quo ex genere sunt ea omnia quæ ad cibum vsúmque venereorum referuntur. itemq́ue alia eius generis quæ in corpore cernuntur, in quibus tẽperantiã & intemperantiam locauimus. Alia non sunt illa quidem necessaria, sed ex se & propter se expetẽda, vt victoria, vt honos, vt opes, & quæ bona sunt & iucunda eiusdem generis. Ac eos quidem homines, in quibus contra rectam rationem quã tenent, horũ modus nullus est, nõ absolutè impotẽtes vocamus, sed cum adiunctione, pecuniarum, quæstus, gloriæ & iræ im-
D potentes, non autẽ absolute, quod non sint iidẽ, ex similitudineq; nominẽtur, quemadmodũ, homo qui vicit ludis Olympicis, sua & propria ratione à cõmuni paulum admodũ differebat, ea tamen non erat eadem. Illud autẽ hinc perspici potest, ꝙ impotentia vituperatur, non solum quia peccatum sit, sed etiã quia aut omnino & absolute vitiositas quædã sit, aut aliqua ex parte. quod illorum contingit nemini. Eorum autẽ qui in corporis voluptatibus versantur, iis in quibus tẽperan-

tem & intēperantem esse dicimus: qui non consultò & cogitatò, sed incōsultè & sine iudicio immoderatas voluptates sequitur: doloresq́; nimios fugit, vt famis, vt sitis, vt caloris, & frigoris eorumq́; omniū quæ in tactu gustatuque consistunt: is non cum adiūctione ꝙ in his rebus aut illis sit, vt iræ, sed solum absolutè impotens nominatur. Quod ex eo intelligi potest, quia in his intēperantes esse dicuntur, in illis non dicuntur. Ob eáque causam in eodem impotentē & intemperātem ponimus, cōtinentemq́; & temperatum: illorū verò neminem, ꝙ in iisdem quodā modo voluptatibus doloribusq́; cernantur. Sunt in his illi quidem, sed non eodem modo, sed illi cōsultò, hi inconsultò. Itaq; potius intemperantem appellari licet eum qui nulla aut certe leui cupiditate incitatus, magnas & immodicas voluptates sequatur, vel mediocres dolores fugiat, q̄ eum qui idem faciat magnis firmísq; cupiditatibus impulsus. Quid enim ille faciat, si iuuenilis libido exarserit, & in rerum necessariarum indigentia firma ægritudo? Sed quoniā cupiditates ac voluptates aliæ sūt in honestis & bonis (ex iis enim quæ mouent & delectāt, vt etiā ante distinximus, quædā sua vi & natura expetenda sunt, alia his contraria, nōnulla media, vt pecuniæ, quæstus, victoria, gloria) in his omnibus cæterisq; eiusdem generis & mediis, nō quia ea suscipiant, eorumq; cupiditate & amore teneātur homines, vituperātur, sed quia iis quodā modo afficiantur, & modū in eis finemq́; trāseant. Itaq; omnes, qui præter modum aut vincuntur eorū aliquo quæ suapte natura honesta sunt & bona aut eadē sequuntur, nō laudantur. vt qui plus q̄ ratio patiatur vel gloriæ student, vel liberis, vel parentibus. Nā & hæc in bonis sunt, & qui iis inseruiūt in laude versantur. Sed tamen in his quoq; est quædā exuperantia, si quis, vt Niobe, bellet cū Diis: aut quemadmodū Satyrus ille, qui amās patris vocatus est, insano amore afficiatur in patrem. Nimiū enim insanire ille videbatur. Vitium igitur in his nullū versatur, propterea ꝙ, vt dixi, vnumquodq; eorū in iis est, quæ per se expetuntur: sed eorum nimiæ ac immodicæ prauæ sunt ac fugiendæ cupiditates. Itémq; ne impotētia quidē. Est enim nō modò in malis, sed etiā in fugiēdis impotētia.

A Ex similitudine autem perturbationis cũ adiũctione vnicui-
que impotentiã attribuunt, vt cum medicum malum appel-
lant, malumq; histrionem, quẽ omnino & absolutè malũ nũ-
quã dicerent. Vt igitur hic malus non dicitur ꝙ nõ sit vitium
vnumquodq; eorum, sed quia quadam proportione est simi-
le: sic illic etiam solum esse existimanda est continentia & im-
potentia, quæ in iisdem quibus temperantia & intemperãtia,
versatur. Eadem etiam ratione de ira dicimus. Quocirca cum
adiunctione iræ, vt gloriæ & quæstus, impotentia aliquid fieri
dicimus. Sed cum aliqua iucunda sint natura, quorum
B alia omnino & absolute, alia animantium hominumq; generi
voluptatem afferunt: quædam nõ natura & per se, verum alia
ex morbo, quædam consuetudine, nonnulla vitiosa deprauata-
táque natura nascuntur: licet etiam in his similes proportione
affectiones cernere, vt beluarum, qualis fuit eius mulieris, quã
incisis grauidis mulieribus fœtus deuorare aiunt solitam: aut
quibus ferunt delectari efferatos circa Pontum quosdam ho-
mines, quorum alios cruda, alios humana carne vesci confir-
mant, alios commodare vltro citróque liberos in cõuiuiis: aut
C quod ferunt de Phalaride. Atque hæ quidem beluarum sunt
similes affectiones. Aliæ ex morbis furiaque nascuntur, vt in
illo qui matrem mactauit, & comedit: & in eo, qui conserui
iecur. Aliæ partim ex morbo, partim consuetudine gignũtur,
vt pilorum euulsiones & esus vnguium, carbonum etiã & ter
ræ. Præterea libidinosorum cum maribus concubitus. Aliis
enim natura, aliis consuetudine eueniunt. vt iis qui ab initio
pueritiæ adhibent cõsuetudinem. Ac eorum quidem quibus
causam natura suppeditat, neminem impotentem solemus
dicere. vt ne mulieres quidem, quòd non incubent, sed succu
D bent. Itemque ii qui ex cõsuetudine in morbum incidere so-
lent. Vt igitur immanitas & quæ beluarum similis est, sic sin-
gulæ hæ animi affectiones, finem vitii modumque transeunt.
His autẽ si quis afficiatur, & vincat eas, aut ab iis vincatur, nõ
sit perfecta absolutáque impotentia, sed quædam par ac simi-
lis. quemadmodũ ne is quidem habeatur impotens, qui ira in-
citatus sit, sed in perturbatione eo modo esse dicatur. Omnis

enim perinſignis vitioſitas, amentia, timiditas, intemperan- E
tia, & duritia, vel ex feritate, vel ex morbo naſcitur. Qui e-
nim natus eſt eiuſmodi, vt metuat omnia, etiam ſi mus ſtre-
pitum edat, beluarum ſimili quadam ignauia timidus eſt ha-
bendus. & qui muſcipulam vi morbi timeat. amenteſque ii,
qui à natura expertes rationis, ſolum ſenſu ducti viuunt, im-
manes, beluarúmque ſimiles habendi ſunt. vt quædam genera
barbarorum procul habitantium. At qui ex morbo vt comi-
tiali vel furia, ii ſunt morboſi. poteſt autem aliquando quis ſo
lum affectus eſſe, neque vincetur. vt ſi Phalaris filii vorandi cu F
pidus, vel inuſitata rei venereæ captus libidine, ſe coerceat &
ſuſtineat. Fieri etiã poteſt, vt quis vincatur à perturbatione,
non ſolũ ſit in ea. Quemadmodum igitur vitiũ illud, quod na
turam non ſuperat humanam, abſolutè vitium dicitur: aliud
cum adiunctione, quod beluarum ſit proprium, uel ex morbo
naſcatur, non abſolutè: ſic perſpicuum eſt impotentiam eſſe
aliam quæ beluarum propria eſt, aliam eam quæ ex morbo
naſcitur. Abſolutè autem ea ſola, quæ intemperantiam non
vincit humanam. Illud ergo iam quidem perſpicuum eſt, con-
tinentiam & impotentiam in iís duntaxat verſari, in quibus G
temperantia ſit, & intemperantia: aliúdque eſſe genus impo-
tentiæ, quod ex ſimilitudine non abſolutè dictum in aliis re-
6 bus cernatur. Nunc oſtendamus iræ quàm cupiditatum
minus turpem eſſe impotentiam. Ira enim audire illa quidem
videtur quodam modo rationem, ſed non exaudire, more mi-
niſtrorum & ſeruorum eorum qui præpoperè munia obeant,
qui antè quàm omnia quæ præſcribuntur, audierint, abeunt,
deinde officio deſunt. & ritu canum, qui prius quàm conſy-
derarint, ſit ne is amicus qui pulſauit, allatrant. Sic ira feruore
ac repentino naturæ motu incitata audit illa quidẽ rationem, H
ſed præſcriptione non intellecta, ad ſuppliciũ ſe vltionẽq; cõ
uertit. Cum enim ratio, vel viſio potius contumeliã vel con-
temptum ſubeſſe docuit, hæc tanquã ſit collectũ ratiocinati-
one, huic vel illi bellũ eſſe inferendũ, repente excandeſcit. At
verò cupiditas, ſi ratio vel ſenſus modò moneat, hoc vel illud
eſſe ſuaue, inflammata rapitur ad perfruendas voluptates. Ita

A quodam modo ſequitur rationem ira, cupiditas non item. Eſt igitur turpior cupiditas. Quinetiam iræ impotens quodã modo à ratione vincitur: ille autem non à ratione, ſed à cupiditate. Iam ei potius ignoſcendum eſt qui appetitiones ſequitur naturales, quoniam cupiditates ex eo genere etiam communes ſunt: & ideo, quia communes. At iracundia & acerbitas à natura nobis potius tributa eſt, quã cupiditates eæ quæ ſunt & immoderatæ & minus neceſſariæ: Vt ille qui cur verberaret patrem, rationem cauſſamque attulit: Hic ſuum, in-
B quit, & ille ſuperiorem, & hic etiam (producto filio) vbi adoleuerit, me verberabit. eſt enim hoc nobis proprium, & hæreditarium. Et ille, qui cùm à filio traheretur, eum iuſſit ad fores conſiſtere, à ſe enim ad eum locum patrem eſſe tractum. Iã quo quiſque maiore fraude & ex inſidiis agit, eo iniuſtior eſt. Iracundus autem non agit fraude, neque inſidiatrix eſt iracũdia, ſed aperta. & cupiditas eſt: vt aiunt de Venere. Cyprigenã enim inſidias nectere ait Homerus, baltheumque tribuit ei in quo doli eſſent,

cyprigina venus

C Fraus, animos quæ prudentum inſidiata fefellit.

Ita ſi iniuſtior eſt, etiam erit turpior hæc impotentia, quàm ea quæ iræ eſt, quæ eadẽ abſolutè impotentia & vitioſitas vocatur quodam modo. Præterea nemo dolens paret libidini. At qui per irã facit, omnis dolẽs facit: & qui libidini obſequitur, libenter facit. Si igitur quibus rebus iuſtius offendimur, eædẽ ſunt cum maiore iniuria coniũctæ, etiam impotentia cupiditatũ. Neq; enim ira dominante loci aliquid libidini relinquitur. Ergo hoc iam perſpicuum eſt, impotentiam cupiditatum
D iræ eſſe impotentia turpiorem: in iiſque voluptatibus & cupiditatibus eſſe continentiam ac impotentiam quæ ad corpus pertinent. Intelligenda eſt autem harum ipſarum diſtinctio. Aliæ enim ſunt, vt initio diximus, humanæ, & naturales, & ſuo genere & acceſſione: aliæ beluarum propriæ: quædam ex oblæſo principio, morbiſque gignuntur. quarum in primis duntaxat ſunt temperantia & intemperantia. Itaque nec temperantes beluas dicimus nec intemperantes, niſi per metaphoram, etiam ſi aliud animantium genus alii præſtet, petulantia,

belue nec temperantes dicũtur, nec intemperantes.

contrectatione, & libidine omnia vorandi. Neque enim bel- E
luarum vllum iudicium est vel consilium: sed vt furiosi exue-
rũt hominem ex homine, sic feræ deprauatæ sunt natura sua.
Minus autem malum est feritas & immanitas, quàm vitium:
terribilius non item. Neque enim in illis quod est optimum,
deprauatum est, vt in homine, sed inflexum est & incuruatũ,
nec vim obtinet. Similiter igitur facio vt si inanimum cum a-
nimante conferrem, vtrum sit peius. Semper enim infirmior
est & imbecillior eius prauitas, quòd principii sit expers. Mens
autem principium est. Similis igitur sum, vt si quis iniustiti-
am cum iniusto homine compararet, quorum vtrunque quo- F
dam modo flagitiosius est. Nam homo si prauus sit, plura infi-
nitis partibus detrimenta & incommoda quàm fera praua in-
7 ferre potest. In quibus autem voluptatibus quæ ad tactum
gustatumque pertinent, ac doloribus, cupiditatibus & fugis,
consistere temperantiam & intemperantiam suprà exposui-
mus, iis potest quispiam ita esse affectus animo, vt ab iis vinca
tur quæ etiam plerique superant: potest etiam ea vincere, à
quibus plerique vincantur. Horum qui in voluptatibus ita
animo affecti sunt, ille, impotens: hic, continens nominatur. G
In doloribus, hic, mollis & delicatus: ille, constans & patiens.
Sunt autem & aliæ inter has locatæ animi affectiones, quan-
quam magis ad vitiosas deflectere videantur. Et quoniam vo
luptates aliæ sunt necessariæ, aliæ non, vsque ad certum quen
dam modum: nimiæ autem & parum magnæ non sunt neces-
sariæ: quod idem in cupiditatibus & doloribus contingit: qui
immoderatas persequitur voluptates, aut immoderate sequi-
tur, aut id facit de industria propter se, non propter aliud ali-
quid ex iis consequens, is intemperans habendus est. Quem
quoniã necesse est nullius facti pœnitere, idcirco est insana- H
bilis. Omnes enim quos nihil pœnitet, sanari nullo modo
possunt. Qui autem deficit à modo perfruendæ voluptatis,
huic contrarius ponitur. At qui medius est, temperans no-
minatur. Eadem est ratio eius, qui dolores corporis decli-
nat: non quia vincitur, sed de industria. Eorum autem qui
non animi iudicio ducuntur, quidam voluptate rapitur,

A alius molestiæ fuga, quæ cupiditatem consequatur. Ita inter se sunt dissimiles. Sed multo deterior omnibus videatur, si quis nulla aut leui cupiditate ductus, quàm si firma, aliquid faciat: & si quis nulla ira incitatus pulset & verberet aliquem, quàm si idem commotus fecisset. Quid enim facturus fuisse videtur, si fuisset incitatus? Ita peior est impotente intemperans. Eorum verò quos modò nominaui, alius mollis potius, alius intemperans appellatur. Contrarius autem est & continens impotenti, & molli ac delicato constans & patiens (Constantia enim & patientia in resistendo est, in vincendo continentia.)
B Aliud est autem resistere, aliud vincere. vt aliud non vinci, aliud vincere. Quare expetenda quidem magis est continendi ratio, quam resistẽdi fortitudo. Qui autem à ratione deficit iis rebus quibus pleriq; & obsistere possunt, & obsistũt, is mollis & delicatus habendus est (Delitiæ enim quædam animi mollities est) vt si quis vestem trahat, ne quam in veste tollenda suscipiat molestiam & dolorem. Et qui imitatur ac fingit ægrum, non se miserum esse putat, cum sit misero par ac similis. Similis est ratio continentiæ & impotentiæ. Neque enim
C mirum sit aliquem esse, qui à firmis & immodicis voluptatibus doloribúsue vincatur: quinetiam venia danda est, si quis obsistens vincatur, vt Theodecti Philoctetes ictus à serpente, vel Carcini Cercyon in Alope. Et vt homines qui tenere risum conati, vniuersum effundunt, quod Xenophanto accidit. Sed si quis iis succumbat, quibus plerique possunt obsistere, id denique sit mirum, præsertim si neque genere naturæ, neque morbo impeditus, possit obsistere. Qualis est in Persarum regibus mollities, è genere ducta, quod veluti fœmina à maris natura recessit. Atque etiam intemperans vide-
D tur, si quis est ad ludum propensior, qui etiam mollis dicitur: ludus enim leuamentum est, si quidem requies. At omnis qui ad ludum est procliuior, in iis est qui modum requietis transeunt. Impotentia autem alia est temeritas, alia imbecillitas. Alii enim consilio capto, non seruant neque tenent id quod statuerunt victi & debilitati obiecta specie voluptatis. Quidam quia nihil rationem consuluerunt, à perturbatione

rapiuntur. Nonnulli enim quemadmodum quasi titillati antè & deliniti blanditiis voluptatis non succumbunt. sic cum E
præsenserunt & prouiderunt, excitaruntque & se & rationem, nunquam à perturbatione vincuntur, siue sensum suauitate quadam demulceat, siue asperitate deterreat. Maximè autem acutorum & atra bili hominum est temeraria impotentia, quoniam illi propter celeritatem, hi propter vehementiam, rationem & iudicium suum non retinent, hoc ipso quòd visionem & speciem obiectam animo facilè sequantur.

8 Quoniam autem, vt dixi, factorum suorum non pœnitet intemperantem, quippe qui permaneat in sententia, F
impotentem verò quodam modo pœnitet: idcirco non ita est vt quærendo disputauimus, sed hic sanabilis est, illi nulla sanitas adhiberi potest. Simile est enim malum hoc morbis, aquæ intercuti & tabi: impotentia his hominibus qui morbo comitiali afflictantur, propterea quòd asidua illa & sempiterna, hæc non asidua est improbitas. Omninoque ex alio genere impotentia est, ex alio vitium: vitium enim omne occultum est, non est occulta impotentia. Atqui horum ipsorum meliores ii qui à ratione desciscunt, quàm ii in quibus G
est ratio, & sententia, neque in ea permanent, siquidem à minore perturbatione victi iacent, neque id inconsultò, vt alteri. Est enim impotens iis similis hominibus, qui & cito, & pauculo vino epoto, & minore quàm plerique, incidunt in ebrietatem. Ac impotentiam non esse idem quod vitium, nisi fortè aliqua ex parte, hinc perspici potest, quòd illa non est cum animi iudicio & proposito coniuncta: vitium est. Est inter hæc tamen in actionibus quædam similitudo, vt illud Demodoci in Milesios, Milesii non sunt illi quidem insipientes, H
sed tamen eadem quæ insipientes faciunt. Et impotentes quidem cum non sint iniusti, faciunt tamen iniuste. Quoniámque hic eiusmodi est, qui propterea quòd sibi non persuaserit, immoderatas quasdam etiam contra rectam rationem corporis voluptates persequatur, ille autem sibi induxerit animũ, quod sit eiusmodi qui eas sequatur: ille facilè desistet de sententia, hic non desistet. Nam & virtus omnis principium

A conseruat, & vitium labefactat. Principium autem actionis & officii id est, cuius gratia cætera fiunt, vt in Mathematicis ea quæ ponuntur. Vt igitur illic, ita hic principia non docet ratio, sed virtus vel quæ insita est natura, vel à more perfecta, bene sentire docet de principio. Est igitur eiusmodi temperans: cui est intemperans contrarius. Est etiam alius qui propter perturbationem à recta ratione desciscit, quem vt ne agat ex rationis præscriptione, impellit perturbatio: eadem vt ei certum sit & destinatũ, eius generis voluptates liberè persequi oportere, non vincit. Hic impotens nominatur, qui &
B melior intẽperante est, nec plane improbus. Saluũ enim in eo & integrum est principium, quo nihil in nobis est præstantius. Ei autem repugnat alius, qui permanet in sententia, à qua eum nulla potest dimouere perturbatio. Ex quo perspicuum est, hanc in bonis, illam in malis esse animi affectionem.

Vtrum igitur in quauis sententia continens cernatur, & 9
quolibet proposito, an in recto & honesto: Et impotens, vtrũ institutum quodlibet non sequatur, & non in qualibet sententia permaneat, an falsam duntaxat rationẽ teneat, & non
C rectũ institutum, vt initio quæsitũ à nobis est: an fortuitu in quauis: ac per se in vera ratione & recto proposito ille permaneat, hic nõ permaneat, quæstio est. Si quis enim hoc propter illud expetat vel sequatur, per se & propter se hoc expetit & sequitur: fortuito illud superius. Omnino aũt & absolute dicimus expeti id, quod propter se expetatur. Ita in qualibet hic sentẽtia permanet quodã modo, ille ab eadẽ abducitur: at omnino is est, qui in vera. Sunt autẽ qui in sententia permanent, quos pertinaces vocant, quales sunt ii qui ægre animum inducũt, & non facile desistũt à sentẽtia. Hi simile quiddã habẽt cõ
D tinenti, vt prodigus liberali, & audax forti, cum ab eo absint, distẽtq; plurimũ. Cõtinens enim perturbatione aut cupiditate non abducitur à sententia, cùm etiam si ita res ferat, desistat facile à sententia continens. Illi verò non ratione ducti facile mutant sententiam: quippe qui se vltro cupiditatibus offerãt, & pleriq; inflãmati voluptate rapiãtur. Pertinaces autẽ sunt, sententiæ suæ defensores, & indocti & agrestes. Ac sen-

tentiæ ſuæ defenſores,in eo vel voluptatem ſequuntur vel do E
lorem. Voluptatem enim ex victoria percipiunt,ſi non dimo-
ueantur de ſententia: & ferunt iniquo animo,ſi ſua, quaſi de-
creta tollantur & infirmentur. Ita ſunt illi quidem impotenti
q̃ continenti ſimiliores. Sunt etiam qui non ſtant in eo quod
ſtatuerunt,non propter animi impotentiam, vt in Philoctete
Sophoclis Neoptolemus,qui propter voluptatem, ſed quæ ho
neſta erat non permanſit in ſententia. Nam verum enuncia-
re,honeſtum illi fuit,cum illi mẽtiri induxiſſet Vlyſſes. Neq;
enim qui voluptatis cauſa,niſi obſcœnæ,aliquid faciunt,om- F
nes continuo vel intemperantes vel ſceleſti, vel impotentes
ſunt habendi. Quoniam autem eſt aliquis eiuſmodi,qui mino
rem q̃ ſat ſit,corpore voluptatem percipiat,quiq́ue cum ſit e-
iuſmodi nõ permanet in ſententia & ratione:fit,vt inter eum
& impotentem, medium locum obtineat continens. Nam &
propter vim quandam maiorem non ſeruat rationem impo-
tens, & hic propter minorem. At verò continens ſic ſuum iu-
dicium retinet ac rationem, vt ab ea nulla vi nulloq́ue impe-
tu poſsit deiici. Quoniamq́ue in bonis eſt continentia,ambas G
neceſſe eſt contrarias animi affectiones eſſe in malis. Quod
perſpicuum eſt quidem certè: ſed quia altera in paucis atque
raro animaduertitur, idcirco vt temperantia intemperantiæ
modo repugnare videtur,ſic cõtinentia impotentiæ. Et quo-
niam multa dicuntur per ſimilitudinem, continentia quoq;
temperanti ſimilitudine quadam poſtea attributa eſt. Vt e-
nim continens ſic temperans eiuſmodi eſt, qui nihil quod ra-
tioni ſit contrarium, faciat, propter eas quæ ad corpus perti-
nẽt voluptates. Sed hoc intereſt,ꝙ in illo inſunt, in hoc nullæ H
ſunt prauæ cupiditates: & ꝙ hic eiuſmodi eſt, qui nulla cõtra
præſcriptum rationis capiatur voluptate. capitur ille quidẽ,
ſed non rapitur. Similes etiam ſunt inter ſe impotens & intẽ-
perans,non tamen iidem,quoniam vterque voluptates corpo-
ris perſequitur, ſed ille ſentit perſequendas eſſe,hic nõ putat.

10 Neque verò vnus idémque vna prudens eſſe poteſt &
impotens. Nam qui prudens ſit, eundem etiam bonis mori-
bus præditum eſſe oſtendimus. Præterea non ex eo ſolum pru-

A dens nominatus est, quòd intelligat, sed ex eo etiam quòd vsu rerum valeat ad rerum actionem. Atqui non est idoneus ad rerum actionem impotens. Ingeniosum quidem hominem nihil prohibet impotentem esse. Itaque nonnulli videntur interdum prudentes, etiam impotentes, propterea ꝙ, vt superioribus libris ostendimus, inter ingenium & prudentiam intersit, & quòd finitima sint definitione, sed proposito consilioq́; differant. Nec vero debet impotens ita affectus esse animo, vt qui scit, & contemplatur, sed vt dormientes & qui atra bile tenentur. Idemq́ue voluntate sua facit omnia (scit enim quodam modo & quid & cuius rei causa agat) sed minimè est improbus. Rectum enim est in eo animi iudicium. Quocirca improbus aliqua ex parte est non iniustus, cum non fraude neque ex insidiis agat. Eorum enim quidam nõ stant in eo quod iudicarunt, furiosus autem non deliberat omnino. Similis est igitur impotens ciuitati, quæ statuit illa quidẽ quæ sunt præclara omnia, legesq́ue habet & bonas & salutares, sed nulli paret. Id quod Anaxandrides facete dicit,

B

Quas non tuetur, leges condit ciuitas.

C Improbus autem ei, quæ seruat illa quidem leges, sed malas & perniciosas. Sed in eo quod multitudinis affectionem vincit, omnis & continentia & impotentia cernitur. Ille enim diutius, hic minus diu perstat in sententia quàm vires ferant plurimorum. Faciliusq́ue impotentia sanari eorum potest, qui atra bili tenentur, quàm eorum qui statuunt, nec stant in eo quod sit iudicatum. Et ii qui consuetudine, quàm qui natura impotentiam compararunt. Est enim facilius consuetudinem mutare, quàm naturam: quippe cum propterea sit molesta cõsuetudo, quòd ad naturam proxime accedat. Id quod etiam

D Euenus carminibus tradidit,

Consuetudo valet, longos mansura per annos:
Illaque naturam, vires si sumpserit, æquat.

Ac continentia quid sit, quid impotentia, quid constantia & mollities, quã hæ inter se rationem habeãt animi affectiones, iam expositum explicatumq́; est. Voluptas autẽ quid sit, 11
quid dolor, quæq́; eorum vis & natura, Philosophi ciuilis est

tenere & cognoſſe: quippe cum is ſit finis beatæ vitæ quaſi ar- E
chitectus, quem intuentes omnia vel in bonis vel malis eſſe o-
mnino cenſeamus. Iam verò cum virtutes & vitia more perfe-
cta, in voluptate ac dolore inhærere poſuerimus, plerique etiã
cum voluptate vitam beatam coniunctam eſſe affirment: hæc
nobis de voluptate & dolore etiam neceſſariò ſuſcipienda diſ
putatio eſt. Itaque τὸ μακάριον, id eſt beatũ, ἀπὸ τοῦ χαίρειν id eſt, à
lætando nominarunt. Sunt igitur, qui nullam voluptatem bo
num eſſe cenſent, neque per ſe, neque fortuito, quòd nõ idem
ſit bonum & voluptas. Alii nonnullas in bonis numerãt, mul- F
tas in malis. Tertia etiam eſt ſententia eorum qui aſſerunt, etſi
omnes in bonis ſint, tamen non poſſe ſummum bonum in vo-
luptate numerari. Ac omnino quidem non eſt bonum volu-
ptas, ꝙ voluptas omnis ſit ortus quidam qui in naturam du-
cens, ad ſenſus illabitur. Neque enim ex eodem genere ſunt
ortus & finis. vt nulla in ædificando ſuſcepta opera, domus vo
catur. Præterea & temperans voluptates fugit, & prudens ſe-
quitur id quod dolore vacat, non quod voluptatem efficit. Im
pedimento eſt etiam voluptas prudentiæ, eoque magis, quo G
maior ſit & longior, vt luxurioſorum. qui enim in ea ſit, ni-
hil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione conſe-
qui poteſt. Iam verò nulli arti ſubiecta eſt voluptas. cum in-
terim omne ſit a[illegible]s opus in bonis. Præterea voluptatem &
pueri perſequuntur & beluæ. Nam non omnes eſſe in bonis,
hinc perſpici poteſt, quòd earum quædam obſcœnæ ſunt, &
vt probra obiiciuntur, & quòd nocent. Quædam enim eorũ
quæ ſenſum dulcedine quadam permulcent, morbos afferũt.
Non eſſe autem in voluptate ſummum bonum, quòd non fi- H
nis ſit, ſed ortus. Atque hæc ferè ſunt quæ de voluptate aſſerũ
12 tur. Ex quibus non effici, vt voluptas ne ſit bonum, ne-
que ſummum bonum, primum ex hoc intelligi poteſt: quòd
cum duplex ſit bonum, alterum, quod abſolutè & per ſe bo-
num ſit, alterum, quod alicui bono ſit & vſui, eodem etiã mo-
do naturæ & habitus conſequentur. Ita & motus & ortus.
Quæq; malæ videntur, perfectè & per ſe malæ ſunt, alicui nõ
ſunt, ſed huic aut illi expetendæ. Quædã vero certo cuidã, vo-

A luptati non sunt, sed aliquando, & perexiguo tẽpore, expetendæ non item. Aliæ non sunt voluptates, sed vidẽtur, nẽpe quæ cum dolore, & medicinæ gratia capiũtur, quales sunt ægrotorum. Deinde cum bonorũ aliud sit actio, aliud habitus, quæ ad constitutionẽ habitus naturalis pertinẽt, accessione ac fortuitu sensus mouẽt atq; delectant. Est aũt actio in cupiditatibus eius qui desit habitus atq; naturæ. Sunt enim quæ dolore & cupiditate vacant voluptates, quales sunt quæ cognitionis contẽplationísq; studio percipiuntur, tum cùm natura nihil desyderat. Quod ex eo perspici potest, quia non eisdem rebus B voluptatẽ parientibus delectãtur homines, tum cũ natura expleta est, & cùm est bene cõstituta: sed cùm est ita cõstituta, iis quæ per se voluptatẽ pariũt: & cùm satiata est, cõtrariis. Nam & acribus & amaris tum delectari solent, quorũ nihil suapte natura gratũ est, neq; absolutè iucundũ. Ita ne voluptates quidem. Vt enim quæ habent delectationẽ inter se differunt, sic eæ etiã quæ ex illis percipiuntur voluptates. Nec verò aliud aliquid necesse est voluptate esse præstãtius, vt nonnulli asserunt, videlicet finem ortus. Neq; enim sunt in ortu voluptaC tes, nec copulatæ sunt oẽs cum ortu: suntq́; potius actiones & finis. Nec dum gignuntur eueniũt, sed cùm ad vsus abhibentur. Non est etiam finis omnibus alius quidam propositus, sed iis modò, quæ ad perfectionem naturæ pertinent. Itaq; illud non est præclarè dictum, voluptatem esse ortum quendam ad sensus affluentem, sed definienda fuit potius, actio esse habitus naturæ congruentis: & pro illo, ad sensus illabens, non impedita. Quanq̃ ortus quidam videtur esse, ꝙ propriè & verè sit in bonis, cùm præsertim actionem ortum esse putent, & sit D aliud. Nam quod aiunt, malas esse, propterea quòd morbos pariant nonnullæ res quæ voluptatem efficiant, idem valet contra salubria, quorum quædam rei nũmariæ obsunt. Hac quidem ratione vtraque erũt inutilia. Atqui ex hoc quidem non sunt praua æstimanda, quoniam contẽplatio etiã & cognitio rerum nocet interdum valetudini. Neq; verò prudentiam aut habitum vllum impedit quæ ex eorum quoque percipitur voluptas, sed alienæ. Etenim quæ ex discendo & contemplan

do capiuntur voluptates, in iis inuitamenta quædam insunt, E quibus magis ad discendum cognoscendúmque moueamur. Quod autem afferunt arti nulli voluptatem esse propositam, præclarè cecidit. Neque enim vllius alterius actionis ars est, sed potius facultatis. Quanquam voluptatis videntur esse vnguentaria & culinaria. Quod verò aiunt, temperantem voluptates fugere, prudentemque sequi vitam dolore vacãtem, pueros autem & beluas voluptatem persequi, hæc vna ratione omnia refelluntur. Diximus enim, qua ratione sint voluptates nonnullæ per se bonæ & honestæ, & qua non omnes F sint honestæ. eas pueri ac beluæ sequuntur: prudens autẽ molestiæ earum vacuitatem, quæ cum cupiditate & dolore coniunctæ sunt, quæ eædem ad corpus pertinent. (Hi enim sunt ex eo genere,) & intemperans earum exuperantiam, ex quibus intemperans nominatus est. Itaque moderatus vir eas fugit, quoniam sunt & temperantis quædam propriæ.

13 Hoc etiam inter oẽs cõstat, dolorem malum esse atq; fugiendum. Nã alius absolutè malũ est, alius quia est impedimento. Quod autẽ ei contrariũ est quod fugiendum sit, quia fugiendum est atq; malũ, id omne bonum. Est igitur bonum voluptas. Neq; G enim ita processit refutatio, vt dissoluebat Speusippus, vt maior res minori cõtraria sit & pari. Neq; enim quis dicat voluptatem propriè malũ quoddã esse. Sed nihil prohibet summũ esse bonum voluptatem, etiãsi nõnullæ numerẽtur in malis, vt si perniciosæ sint aliquæ sciẽtiæ, tamẽ sit aliqua in bonis scientia. Quinetiã si ab vnoquoq; animi habitu proficiscantur, nõ impeditæ actiones, siue in omniũ actiõe sit beatitudo, siue in earum aliqua nõ impedita: fortasse eã necesse sit expeti maximè. Atqui hoc ipsum est voluptas. Ita erit summum bonum quædã voluptas, etiã si aliquæ in malis, si ita res ferat, ponãtur H omnino. Ob eamq; causam beatã vitam & iucundã ducunt oẽs, & cum voluptate beatitudinẽ cõiungũt, nec iniuria. Nulla enim actio si impedita sit, perfecta esse potest. Beatitudo autẽ vndiq; perfectũ quiddam & absolutum ponitur. Quocirca corporis bonis & externis atq; fortuna eget beatus, vt ne hæc impediri possint. Qui autem beatum eum dicunt, qui eculeo

A torqueatur, maximísque opprimatur calamitatibus, dum modò vir bonus sit: seu voluntate sua, seu inuiti, nihil dicunt. Videtur autem quibusdam beata vita idem esse quod secunda fortuna, hoc ipso quòd fortunæ bonis sit opus. Non ita est. Ea enim si immoderata est & immensa, impedimento sit beatæ vitæ, nec iam fortaßis prosperitas appellari debeat. Est enim eius in beata vita certus quidam modus terminúsque retinendus. Sed voluptatem quidem esse summum bonum quodammodo, hinc intelligi potest, ꝙ eam omnes homines & beluæ sequuntur. Nec opinio quidem certè omnino nulla esse po-
B test, quam tot populi claram illustréq; reddiderunt. Sed quoniam non eadem est aut videtur natura affectióue optima, idcirco non eandem omnes sequuntur voluptatem: sed tamẽ voluptatem omnes, non quam putant quidem, aut nominarent, sed tamen eandem fortaßis persequuntur. Est enim natura diuinum quiddam insitum omnibus. Sed nominis hæreditatem sibi vendicarunt & sumpserunt ad corpus pertinentes voluptates, ꝙ fere ad eas procliues sint omnes, earumque sint participes. Quoniam igitur hæ solæ notæ sunt, idcirco has solas
C esse putant. Illud etiam perspicuum est, nisi sit voluptas bonũ & actio, non posse iucunde viuere beatum. Quamobrẽ enim eam desyderet, si non modò non sit in bonis, sed & in ea poßit dolens viuere? Neque enim dolor bonum sit aut malum, nisi etiam voluptas sit. Ita quamobrẽ eum fugiat? Non igitur quidem iucundior ac suauior sit vita boni viri, nisi etiam eius sint actiones. De iis autem voluptatibus quæ ad corpus pertinent, iam disserendum est nobis, quoniam quidam nonnullas 14
voluptates vehementer expetendas dicunt, vt sunt honestæ ac liberales: non corporis, nec in quibus versatur intemperãs.
D Quid est igitur, cur dolores contrarii sint in malis? siquidem malo bonum est contrarium. An quia quod malum non est, idem etiam bonum est, ita sunt necessariæ in bonis? an ad certum aliquem vsque terminum & modum sunt in bonis? Nam quibus in affectionibus motionibúsq; transire modum non licet, nec in voluptate licet: quibus licet, & in voluptate. Voluptatum autem corporis est quædam immoderata copia

& exuperantia,& malus in eo cernitur, ꝙ immodicè his perfruitur,non necessariis. Omnes enim modo quodam & epulis delectãtur,& vino,& libidine,sed non vt ratio postulat.Contráq; fit in dolore. Neq; enim quispiã nimiũ dolorẽ fugit,sed dolorem omnino:quippe cùm ei non sit quod nimiũ est dolor cõtrarius,nisi fortè ei qui quod immoderatũ est ac nimiũ persequatur.Et quoniã non solum verum enunciandum est, sed causa etiam afferenda est cur quicque falsum sit (hoc enim ad fidem valet.Nam cùm apparet consentaneum esse, quamobrem visum sit verum quod verum non esset, tum id facit, vt verò magis assentiamur)idcirco afferenda ratio est, cur voluptates corporis magis expetendæ esse videantur. Ac primum quidem certè,ꝙ depellũt dolorem.Itaq; cùm maioribus quibusdam doloribus excruciantur,tum quasi medicinã quandã, singularẽ volũt eamq; omnino corpore percipere voluptatẽ. Quoniã autẽ vehementes curationes adhibentur, idcirco eas persequuntur,propterea ꝙ ex aduerso contrarium speciẽ sui exhibeat.Non igitur bonum videtur voluptas,vt dixi,duabus his de causis, ꝙ aliæ sunt actiones deprauatæ naturæ: aut simul vt orta est,qualis est ferarum,aut cõsuetudine,vt flagitiosorum hominum. Aliæ sunt medicinæ & curationes eius quod desyderatur.quas melius est adesse q̃ gigni.Quædã quoniam cùm perfectæ sunt,percipiuntur,fortuitò sunt bonæ & honestæ.Iam percipiuntur ab iis qui aliis affici non possunt, hoc ipso quòd firmæ sunt & vehementes. Itaque sitim quandam sibi ipsi obsonant & comparant.Ergo si nemini noceant, carent reprehensione:sin noceant, sunt in vitio. Neque enim præsto sunt aliæ quibus perfruantur,quorum neutrum si adsit,molestum est plerisq; natura.Sunt enim in perpetuo labore animantia, vt etiam naturalis ratio declarat, quæ cernere & audire molestum esse docet, sed asiduitate quotidiana & consuetudine sensuum assueuimus. Similitérque in adolescentia homines ita affecti sunt propter crescendi consuetudinem,vt vinolenti: & iucunda est adolescentia. At verò qui atra bili sunt natura,ii semper requirunt desyderántque medicinam,quòd eorum corpus continenter pungatur,propter

A temperationem,& in firmis sint cupiditatibus. Atqui abiicit dolorem , quæuis etiam dum vehemens sit dolori aduersaria voluptas.ob eamque causam homines intemperantes fiunt & flagitiosi. Quæ autem vacant dolore voluptates, earum nullæ sunt exuperantiæ . quo ex genere sunt quæ ex iis gignuntur, quæ habent suapte natura,non fortuitò & casu,oblectationẽ. Dico autem fortuitam habere oblectationem ea,quæ medicinam faciunt.Nam ꝙ accidit,vt curent,quoniam valetudo reliqua est quæ agit aliquid,idcirco efficere videntur voluptatem.At vero suapte natura voluptate afficiunt,quæ eiusmodi B naturæ actionem perficiunt & absoluunt. Res autem nulla nos semper eadem delectat, ꝙ non est natura nostra simplex, habetq́; in se quiddam admixtum, dispar sui ac dissimile,quo eam interire necesse sit.Ita si quid pars altera faciat, id continuo à natura alterius sit alienum.Sin exæquetur,nec iucundũ est quod agitur,neque molestum.Nam si natura simplex sit alicuius, eadem semper ex actione summam capiat voluptatẽ. Itaq; sémper vna Deus, eaque simplici voluptate perfruitur. Non enim motionis tantummodo est actio, sed etiam stabili- C tatis:& magis est in stabilitate voluptas,q̃ in motu.Fit autem nescio quo vitio hominum,vt,sentẽtia poetæ,rerum omnium nihil iucũdius mutatione,nihil suauius esse videatur.Vt enim homo malus facile huc atque illuc impellitur:sic etiam natura ea quæ eget mutatione,quoniam nec simplex est nec recta. Dictum est de continentia,de impotentia,de voluptate & dolore, quid etiam sit vnumquodque eorum, quoque modo eorum aliqua in bonis sint,alia in malis. Superest vt de amicitia dicamus. Amicitia

ARIST. ETHICORVM LIB. VIII.

D



Equitur vt deinceps de amicitia dicendum esse videatur,quãdoquidem aut virtus quædam est , aut cum virtute copulata. Eadem etiam ad vsum vitæ est necessaria maximè . Nam quis est, qui velit, vt ne diligat quenquam,nec ipse ab vllo diligatur , circunfluere omnibus copiis,atque in omni rerum abundantia viuere? Et- 1

enim vt quisque maxime opibus principatu & potestate ex- E
cellit, ita in amicitiis expetendis colendisq; maxime excellit. Quis enim esset tantus fructus in prosperis rebus sublata benignitate, quæ & in amicos extat maxime, & amplissimis laudibus afficitur? Aut quo tandem modo, sine amicis custodiri cõseruarique possent? quarum possesio quo est maior, eo plus requirit ad se tuendam. In paupertate etiam, cæterisque aspe ris rebus omnibus, amicorum bonitatem perfugium solũ putant cõmune esse omnium. Iam & adolescentes in officio con tinent amici, & senibus ad obsequium præsto sunt, easque vi- F
tæ actiones fungendas, quibus propter imbecillitatem deesse coguntur: & constanti ætati comites se ad præclara honestaq; facinora præbent. Etenim si duo vna iter faciãt, & maiora ani mo ac mente agitare, & plura conficere possunt. Ac mihi quidem certè videtur natura esse inter natos & parẽtes: quod nõ solum in hominibus animaduerti potest, sed in auibus etiam animantibusq; plurimis, iisque omnibus, qui quodam gentilitatis iure sunt ac societate coniuncti. Sed hoc in homine est multò euidentius. Itaque hominum studiosos & amantes laudibus afficimus. Cernere etiam licet in erroribus q̃ sit omnis G
homo homini coniunctus & amicus. Viderurque amicitia Remp. continere, & maiore, q̃ iustitia, in studio fuisse legum latoribus. Nam cum amicitiæ sit concordia similis, & hanc maximè sequuntur illi, & seditionem quæ ei inimica sit, omni ratione exterminant. Quòd si amicitia inter omnes esset, nihil esset q iustitiam desyderarent. At si iusti essent, tamẽ amicitiæ præsidium requirerent. Et quod ius præstantisimũ est, id amicitia & charitate contineri videtur. Nec vero res est solũ necessaria, sed honesta etiam atque præclara. Nam & eos laudamus, qui amicos diligunt, & à multis diligi præclarum duci H
mus, & nõnulli etiam viros bonos eosdem amicos putant. Sed de eà inter Philosophos multa dissensio est. Alii enim eã similitudinem quandam ponunt, & amicos similes. Ex quo prouer bia facta sint, Pares cũ paribus facillimè congregantur, & graculus cum graculo, & cætera generis eiusdem. Alii cõtrà figulos aiunt ita esse inter se animatos, eorumque causas lõgius

A & à natura studiosius petunt. Euripides quidem, Terram ait cum sicca est, desyderare imbrem. Cælum autem cum magna aquæ copia abundat, terram expetere. Et Heraclitus, contrarium utile, & ex rebus disparibus & dissimilibus pulcherrimum concentum effici, & discordia effici omnia. Ab his cum multi alii, tum Empedocles dissentit. Nam pares cum paribus facillime congregari. Quæstiones igitur naturales quoniam non sunt huius disputationis, omittamus, & eas quæ naturam attingunt humanam, quæque ad mores perturbationesque animi pertinent tractemus. veluti, vtrum in omnibus sit ami-
B citia, an inter malos esse non possit. & num sit vnum modo genus amicitiæ, an plura. Qui enim vnum esse putant quod accessionem & decessionem admittat, non satis magno illi quidem argumento nituntur. Habent enim accessionem & decessionem multa quæ genere inter se differunt, de quibus suprà diximus. Hæc autem facilè intelligentur, si quid sit amabile cognouerimus: quippe cum non videantur diligenda 2
omnia, sed ea duntaxat, in quibus inest causa diligendi: in quibus sunt, bona, iucunda, & vtilia. Vtilia autẽ videri possunt, ex
C quibus bonum aliquod consequitur aut voluptas. Ita erit amabile vt finis, quod absolute bonum fuerit & quod iucundum. Sed vtrum id quisque diligat, quod absolutè bonum est, an quod sibi bono est, quæstio est: quoniam hæc interdum inter se discrepant. Itemque de iucundis rebus quæri potest. Videtur autem id vnusquisq; amare, quod sibi bono est. Quod verò perfecte absoluteque bonum est, per se omne amabile. Vnicuique, quod sibi quisque bonum iudicat. Quod autẽ cuique bono sit, non id quisq; diligit, sed quod esse videatur. Nihil interest, quoniam erit amabile quod videatur. Quoniam
D autem ab his tribus omnes causæ diligendi proficiscuntur, cũ iis quidem quæ inanimata sunt nemini esse amicitia dicitur. Non est enim mutuus amor in eis, nec ea volunt bonis affici. Rideatur enim, si quis vinum bonis affici velit, sed integrum ac saluum omnes volunt, ad vsus suos. Atqui omnes aiunt oportere amicum velle bonis affici, eius causa, nulla vtilitate quæsita. Qui autem ita volunt amicos abundare bonis, eos

beneuolos appellant, ſi idem ab illo viciſsim non fiat. Bene- E
uolentiam enim aiunt in iis, qui viciſsim idem faciunt & acci
piunt amicitiam eſſe. Sed nunquid eò addendum eſt, ſi non ſit
occulta? Multi enim propter bonitatis vtilitatiſq; opinionem,
etiam in eos quos nunq̃ viderunt, beneuoli ſunt. fieriq́; poteſt
vt eorum aliquis ſic in hunc ſit animatus. Quocirca hi bene-
uolentia inter ſe illi quidem cōiuncti videntur eſſe. Sed ami-
cos quis eos dixerit, cum quemadmodū inter ſe animati ſint,
ignorēt? Amici ergo & beneuolentia inter ſe apertè colligati
debēt eſſe, & ſe propterea, vt diximus, velle vltro citroq́; bonis F
3 affici. Sed quia hæc genere differunt, amores etiam & a-
micitiæ. Sunt enim tria amicitiæ genera, quæ rebus amabili-
bus æquabiliter pariterq́; reſpondent. Eſt enim ſuus cuiuſque
generis mutuus amor haud obſcurus. Et qui inter ſe diligūt,
alteri alteros ſe bonis affici volunt, quia diligūt. Ac ii quidem
qui vtilitatis cauſa fingunt amicitias, non propter ſe cauſaque
ſua inter ſe amant, ſed quia vtilitas aliqua vtrinque pariatur.
Eadem eſt ratio eorum, qui amicitias colunt propter volupta-
tem. Nō enim facetos propterea diligunt, quia probi ſint, ſed
quia delectent. Quapropter & ii qui vtilitatis cauſa amicitias G
ſequuntur, ſuis commodis: & ii qui delectationis cauſa, amo-
rem ſua ipſorum voluptate metiuntur. Nec quia boni ſunt,
coluntur, ſed quia fructuoſi & iucundi. Sunt ergo hæ fortuitæ
& fucatæ amicitiæ, quoniā non idcirco qui diligitur colitur,
quia ſit eiuſmodi: ſed quia vel vtilitatis præbitor ſit, vel mini-
ſter libidinis. Quocirca celeriter hæ quidem tales amicitiæ di
rimuntur. quippe cùm pares ac ſimiles illi qui hæc ſequun-
tur, minus permaneant. Etenim ſi iam non ſint voluptati, nec
vtilitati, ab amore deſiſtunt. Et quoniam vtilitas non perma-
net, aliaſque alia paritur, eo quod amicitiam cōſtituerat ſub- H
lato, amicitia etiam diſſoluitur, quòd iis amicitia cum illis
rebus intercederet. Cuius generis amicitia maximè in ſeni-
bus vigere ſolet. Non enim id ætatis homines voluptatem in
amicitiis, ſed vtilitatem ſequuntur. atque homines corrobo-
ratis iam confirmatiſque ætatibus, & adoleſcentes ii omnes,
qui emolumentum & fructum ſequuntur. Cumque non ad-

A modum eiusmodi homines communiône vitæ consocientur. (interdũ enim ne effabiles quidem iucundosq; se esse volunt) fit, vt ne hanc quidem vitæ cõsuetudinem desyderent, nisi ex ipsis fructus vtilitásq; capiatur. Manent enim iucundi tãdiu, quãdiu sperãt se aliquem fructũ esse capturos. Quo in genere hospitalem etiã amicitiã ponunt. At verò adolescentum amicitia voluptatis causa constituta videtur esse. Eorum enim cũ in libidine & perturbatione vita consumitur: tum ex quo capiãt voluptatem, eamq́; in præsens, id omne vel studiosissimè
B persequuntur. Et quia mutatà ætate alia sequuntur quæ delectent, idcirco repête & amici fiunt, & ab amore desistunt. Nã eorũ amicitia sæpe vnà cum voluptate deponitur, cuius generis voluptatis cita est & repentina mutatio. Sunt etiã adolescẽtes procliues ad amorem. Nam in motibus animi perturbatis, & propter voluptatem pars amorum potior existit. Itaque & cito diligunt, & ab amore desistunt, sæpe eodẽ die mutata sententia. Hi vnà versari totos dies cupiunt, & vitæ societate cõiungi, ꝙ isto modo eis adsint ea omnia quæ ad amicitiã perti-
C nent. At verò perfecta illa amicitia est, qua viri boni pari virtute præditi inter se cõiuncti sunt & copulati. Hi enim vltro citroq́; bonis se affici volũt, quia sint boni: boni autẽ sunt sua spõte. Qui autem amicos affici bonis cupiunt illorum causa, ii maximè amici habendi sunt. Sunt enim suapte spõte ita affecti animo, non temere neq; casu. Manebit igitur horũ amicitia tãdiu, quãdiu boni futuri sunt. At virtutis manet certa & stabilis possesio. Atq; etiam omnino vterq; bonus est alteri: si quidem viri boni absolute ac perfectè boni sunt: vtilitatesque
D ex amicitia percipiẽt atq; oblectationem. Qui enim verè boni sunt, iidem etiã inter se, alter alterũ, oblectãt. Suæ enim cuiq; eiusdẽ generis sunt iucundæ actiones, quales, vel similes sunt, bonorum actiones. Sed hæc talis maxime firma est & stabilis amicitia, nec sine causa. Sũt enim in ea omnia quæ amicis inesse debẽt. Omnis enim amicitia vel ad bonũ dirigitur, vel ad voluptatem, aut sine adiũctione, aut eius certè qui diligit, atque ad quandã similitudinem: quæ huic per se insunt omnia. Huic autẽ similia sunt reliqua, quod per se bonum est, quodq́;

per se iucundũ, quibus nihil amabilius reperiri potest, nil co- E
pulatius. Ergo in illis inest amor & amicitia, eaq́; optima. Iure
autẽ rarũ est maximè istud genus amicitiæ. Siquidẽ hominum
huius generis magna est penuria, & tẽpore ac cõsuetudine o-
pus est. Nam verum illud est, Multos modios salis simul eden-
dos esse, vt inter se norint. Nec antè quidẽ probari aut amici
esse possunt, q̃ habeãt quasi signa quædã & notas, quibus vter
q; alterum, an ad amicitiã sit idoneus, iudicet. Qui verò nimis
cito ea omnia perficiunt, quæ ad amicitiam pertinent, ii se illi
quidẽ amicos esse volunt, nec sunt tamen, nisi sint digni ami- F
citia: itáq; iudicẽt. Repente quidẽ cõciliandæ amicitiæ volũ-
tas nascitur, amicitia non item: sed & tempus & cætera om-
nia, vt perfecta & absoluta sit, desyderat. Quæ omnia & simi-
lia ab vtroq; extant in alterum. quæ quidem in amicis inesse
4 conuenit. Quæ autem iucunditatis causa cõflatur, huic
est similis. Boni enim viri se vltro & citro oblectant. Itémq; ea
quæ vtilitatibus emolumentísque colitur: siquidem viri boni
tales se alter alteri præbent. Tum verò amicitiæ huius gene-
ris permanent diutissimè, cùm ab amicis paria vt iucundita- G
tes ministrantur. neque ita solum, sed si etiam ab vtroq; pro-
ficiscantur, vt facetis contingit, non vt in amante & eo quem
ille insano amore deperit. Neque enim iisdem rebus mouen-
tur isti, sed ille forma huius, hic amatoris obsequio & obser-
uantia. Simul ac igitur forma immutata est, interdum etiam
amicitia dissoluitur, cùm in hoc non est iucundus aspectus,
ab illo hic non colitur. Sed pleriq; in amicitia permanent, si
moribus similes cõsuetudine adiuncta mores diligãt. Qui au-
tem in amoribus non iucunditatẽ, sed vtilitates permutãt, mi H
nus amici sunt, ac minus diu permanẽt in amicitia. Qui verò
amici sunt spe quæstus & emolumẽti, eorum amicitiã vtilitas
cõmutata dissoluit: quippe qui se non inter se diligerent, sed
vtilitatem & fructũ. Quocirca suauitatis vtilitatisq́; causa &
malis inter malos, & bonis cum improbis, & neutris cum quo
libet amicitia esse potest. Sed perspicuũ est in solis bonis verã
perfectãq; esse amicitiã. Mali enim cum malis nisi quid emo-
lumenti consequatur, sui gratia non lætantur. Sola etiam bo-

A norum amicitia reprehēſione & criminationibus caret. Non
enim facile eſt criminibus aliquem oblatis credere de eo, quē
ipſe diu probauit, atq; perſpexit. Præterea & fides in his viget,
nec vllus relinquitur iniuriæ locus, cæteráq; omnia quæ in ve
ra amicitia poſtulãtur. In aliis autem ſocietatibus nihil prohi-
bet ſimilia his exiſtere. Quoniã enim homines eos etiam ami-
cos appellant, qui vtilitatibus, emolumentis, & fructibus ami
citias dirigunt: vt ciuitates, in quibus ſocietates naſci vidētur
vtilitatis cauſa: & eos qui oblectationis cauſa inter ſe amant,
B vt faciunt pueri: certè hos tales homines nos etiam amicos ap-
pellemus. Amicitiæ autem genera ſunt plura. Ac primũ qui-
dem & proprie amicitiam eam nominamus, quæ inter bonos
eſt quia boni ſint: reliquas ex ſimilitudine. Amici enim ſunt
idcirco, quia in eis aliqua eſt boni ſignificatio & ſimilitudo.
Etenim iucunditas bonum quiddam iis videtur, qui ſtudioſi
ſunt iucunditatis. Nec hæ fere amicitiæ copulatæ coniunctæ-
q́; reperiuntur in quoquam, nec iidem vtilitatis cauſa fiunt a-
mici & voluptatis, ꝙ non admodum coniugata ſunt, quæ te-
C mere & caſu eueniunt. Cúmq; in hæc genera diſtributa ſit a-
micitia, improbi quidem amici futuri ſunt vtilitatis volupta-
tiſq́; cauſa, quia ſimiles ſint: boni autē per ſe amici ſunt, quia
probi. Hi ergo abſolutè amici nominantur, illi fortuito, & qa
his ſunt ſimiles. Vt verò in virtutibus, alii animo & ha- 5
bitu, alii vſu & actione boni nominantur: ſic etiam in amici-
tia. Alii enim vitæ conſuetudine & ſocietate coniuncti, & ſe
vltro & citro oblectant, & bona ſuppeditant. Quidam verò
dormiunt, diſiunctive ſunt illi quidem interuallo locorũ, nec
D vtuntur amicitia. ſed ita ſunt affecti animo, vt proprio ami-
corum munere fungantur. Neque enim locorum interualla
funditus tollunt amicitiam, ſed officia & actionem. Quòd ſi
ſit diuturna abſentia, amicitiam quoque delet, ac obruit obli
uione. Ex quo factum eſt prouerbium, Multas quidem amici-
tias diremiſſe ſilentium. Sed nec ſenes, nec ſeueri, idonei ad a-
micitiã videntur: quippe cum nec in iis ſit admodum iucun-
ditatis, & nemo poſsit cum triſti, cumq́; eo qui minimè ſe iu-
cundum exhibeat, viuere. Nam & dolorem natura fugit,

Lege posteriorem Epi-
stolam .xi. ad Hermo-
laum barbarum, in pri-
Epistolarum libro.

& voluptatē ſequitur maxime. Qui autē alteri alteris probati E
ſunt, nec coniūctione vitæ ſociati, beneuolis ſunt q̃ amicis ſi-
miliores. Nihil eſt enim tam amicorū propriū, q̃ vitæ ſocietas
& communio. Præſidia enim & adiumēta inopes deſyderant:
ſocietatem vitæ etiam beati, quandoquidem eos ſolos eſſe mi-
nime conuenit. At coniunctio vitæ eſſe inter eos non poteſt,
qui nec iucundi ſint, neque iiſdem rebus moueantur: quod ſo
dalitas videtur maxime continere. Ergo amicitia, vt ſæpe dixi,
videtur ea maxime, quæ inter bonos eſt. Amādum eſt enim et
ſequēdum quod abſolute ac propter ſe bonū eſt, vel iucun- F
dum. Id autem cuiq; bonum eſt & iucūdum, quod ſibi quiſq;
tale arbitratur. At probus probo amicus eſt vtriuſq; horū cau
ſa. Sed amor animi commotioni ſimilis eſt, habitui amicitia,
quoniā amor non minus iis quæ inanimata ſunt, tribuitur: &
redamāt animi iudicio, quod ab habitu proficiſcitur. Boniſ-
q; affici volūt, quos diligūt illorū cauſa, non repētino aliquo
quaſi motu incitati, ſed animi iudicio atq; habitu. Et quibus
amici chari ſunt, ii ſua ipſorū bona diligūt. Cùm enim vir bo-
nus amicus paratus eſt, tum in bonis eius cui eſt amicus, du-
citur. Quocirca vterque ſua bona diligit, viciſſimque reddit G
parem animi voluntatem & iucunditatem, quandoquidem
amicitia quædam æqualitas dicitur. Hæc igitur in amicitia
6 ea quæ in bonis eſt, inſunt maxime. Inter ſeueros autem
& ſenes, eo rarius amicitia eſt, quo moroſiores ſunt & diffici-
liores, minúſque delectantur ſermonibus. Nam & amicitiæ
propria ſunt hæc omnia, & eam contrahunt. Itaque amici-
tiam cito adoleſcentes inſtituunt, ſenes non item. Neque e-
nim eos charos habent, quorum cōſuetudine minus delectā- H
tur. Itémque ne ſeueri quidem & triſtes. Et quanquam hi ta-
les homines beneuolentia inter ſe coniunguntur, cùm ſuos
bonis velint affici, & adiumenta præſidiáque ſuis rebus duris
petant: tamen non admodum amicitiam quærunt, quòd cum
aliis verſari nequeant, neque ſe vltro & citro vlla re oblecta-
re, quæ ad amicitiam omnia maxime videntur pertinere.
Sed perfecta cum multis amicitia inſtitui non poteſt: ſicut
fieri non poteſt, vt inſano amore vnà multi colantur. Sint e-

A nim nimiæ illæ amicitiæ, ſed hoc tale cum vno natura videtur intercedere. Eidemq́ue ſimul probari ac placere multos, nec facile eſt, nec fortaſſe vtile. Experiendum etiam eſt, & cõſuetudo adiungenda, quod eſt omnium difficillimum. Nam vtilitatis cauſa & delectationis multis idem placere poteſt, quòd & huius generis ſit magna copia, & ad breue exiguúmque tempus durent obſequia. Horum autem generum magis illa nomen videtur obtinere amicitiæ, quæ delectatione & iucunditate vitæ dirigitur: cum in hoc genere eadem efficiant vtrique, & ſe alter alterum oblectent, & iiſdem rebus moue-

B antur. quales ſunt adoleſcentum amicitiæ, in quibus magis viget liberalitas. At verò quæ emolumentis, vtilitatibus, & fructibus colitur amicitia, illorum eſt hominum propria qui in foro iudiciiſque verſantur. Et beati quidem vtilitates & emolumenta non deſyderant, iucunditatem delectationemq́ue deſyderant. Viuere enim cum aliquibus cupiunt, & moleſtias ferunt illi quidem ad tempus, perpetuo tamen ne bona quidem, ſi moleſtiam afferant, quiſquam perferre poſsit. Itaque amicos ſuaues diligunt, quos quidem par eſt etiam ipſis pro-

C bos eſſe. Sic enim eis ea ſuppetent omnia, quæ amicis adeſſe debent. Qui verò ſunt aliquo imperio præditi, ii amicis diſtinctis ac diſparibus vtuntur. Ex aliis enim vtilitates percipiunt, alios habent miniſtros libidinum: quæ duo non ferè in eodem reperiuntur. Neque enim aut eos eligunt, qui virtute quaſi ſale ſermonis iucunditatem condiant, aut eos qui ſint ad res honeſtas vtiles: ſed facetos qui delectandi ſtudio teneantur, & qui poſsint imperata exequi. Atqui non ſolent admodum hæc in eodem ineſſe. Dictum eſt, virum bonum eundem vtilem & iucundum eſſe. qualis amicus non eſt ſupe-

D riori, niſi etiam virtute ſuperetur. Sin minus, non eſt par inferior proportione. Cuius generis non admodum multi ſolent exiſtere. Ergo in æqualitate ac parilitate hæ, de quibus dixi, amicitiæ cernuntur, quoniam eadem ab vtriſque extant in alterum. & ſibi ea viciſsim optant, aut aliud cum alio, vt dixi, vt voluptatem vtilitate cõmutant. Hoc etiam dixi, eas non eſſe æquè amicitias, nec diu permanere. Atque etiam videtur

ex ſimilitudine & diſsimilitudine eiuſdem & eſſe amicitiæ & E
non eſſe. Nam amicitiæ videntur, ſi cum ea conferantur, quæ
virtute dirigitur. Cum enim iucunditas in illa, in hac inſit
vtilitas, hæc inſunt in ea omnia. Quia verò hæc criminatio-
nibus caret, ſtabiliſque ac firma eſt, illæ autem decidunt cele-
riter, aliiſque multis differunt, non videntur amicitiæ pro-
pter diſsimilitudinem. Atque etiam aliud genus eſt a-
9 micitiæ, quod in excellentia & præſtantia cernitur. qualis eſt
patri cum liberis, & omnino ſeni cum adoleſcente, viro cum
vxore, & principi cum eis quibus præſit. Sed hæ inter ſe diffe- F
runt. Non enim eadem eſt parentibus cum liberis, & iis qui
præſunt aliis cum iis qui eorum in imperio erunt: nec patri
quidem eadem eſt cum filio, & filio cum patre: nec eadem vi
ro cum vxore, vxoríque cum viro. Nam cum alia virtus aliud-
que officium horum vnicuique ſit attributum, diuerſæ au-
tem & variæ ſint cauſæ diligendi: fit, vt alia atque alia inter-
cedat amicitia & charitas. Nec eadem quidem vtrique ab al-
tero officia tribuuntur, nec id quidem poſtulandum eſt. Cũ
verò ea tribuunt liberi parentibus quæ debent procreatori- G
bus, parentes viciſsim liberis quæ ex ſe natis debent: tum ibi
ſtabilis quædam & honeſta amicitia exoriatur neceſſe eſt.
Qua etiã ratione in cæteris amicitiis quæ in excellentia ſunt,
amor debet exiſtere. velut maior ei charitas debetur qui præ-
ſtantior eſt, quàm ipſe alteri debeat: & ei ex quo maiores vti-
litates fructuſque capiantur, itemque cæteris omnibus. Cum
enim amor pro dignitate exoritur, tum exiſtit quodam mo-
do par ratio, in qua amicitia conſiſtit. Sed non eodem mo-
do in iuſtitia & amicitia par ratio æqualitaſque cernitur, pri- H
mo enim loco, ſpectari debet in iuſtitia dignitatis æqualitas:
ſecundo, quantitatis. At in amicitia contrà, primum locum,
quantitatis: ſecundum, dignitatis par ratio tenet. Quod ex eo
perſpici poteſt, quia ſi magna ſit inter amicos virtutis, vel vi-
tii, vel facultatum, vel aliarum rerum diſtantia, non iam in
amicitia permanent, nec dignos quidem ſe iudicant. Quod in
Diis eſt multo etiam euidentius, ex eo quòd omnibus bonis
longe ac multum ſuperent. Id quod etiam in regibus cernere

A licet, quorum amicitia multo his inferiores homines se indignos putant. Et nequam homines se indignos censent, qui optimis viris atque sapientissimis sint amici. Ergo incertum est quatenus hi permaneant in amicitia: cum si multa eximantur, etiam maneant: sin magna sit distantia, vt Dei, non iam manet amicitia. Ex quo existit quæstio, num aliquando velint amicos bonis quàm maximis affici, vt deos esse. Neque enim iam amici futuri sunt: non igitur erunt in bonis. nam in bonis amicorum amici numerantur. Quòd si præclarè illud dictum est, suum quemque amicum bonis affici velle illius
B causa, profecto permaneat ille in amicitia oporteat, qualiscunque hic sit futurus. Homini autem maxima bona ille quidem optabit, sed non omnia fortassis. Se enim quisque maximè vult bonis affici. Sed plerique videntur diligi 7
malle quàm diligere, propter ambitionem. Itaque multi assentatorum amantes reperiuntur. Est enim amicus nimius assentator omnis, aut certè se eum vult videri, qui diligere, quàm diligi malit. Hoc autem ipsum diligi haud procul abest ab honore, cuius cupiditates multi inflammantur. Ne-
C que verò honorem propter se expetunt, sed temere & casu. Plerique enim ex eo voluptatem percipiunt, si à viris qui imperio præditi sunt, honore afficiantur: quòd sperant, si qua re egeant, fore vt ab iis consequantur. Atqui quasi testimonio beneficii honore lætantur. Alii cum à probis & doctis honorem sibi tribui cupiant, illorum de se confirmare volunt opinionem. Gaudent igitur se probos esse, illorum quidem fidem adhibentes qui iudicio approbant. Sed per se gaudent se charos esse: quod ideo melius est, quàm honore affici. Et per se expetenda amicitia est, quæ magis in eo est, vt colas,
D quàm vt colare. Quod ipsum matres declarant: quæ ex eo quòd diligant, magnam capiunt voluptatem. Quædam enim dant nutriendos liberos, eosque vltro ac sponte diligunt, nec ab iis vicissitudinem amoris postulant, si fieri vtrunque non possit. satisque sibi fieri putant, si præclarè cum illis agi perspiciant. Quinetiam eos diligunt, quanuis eis non possint per ignorationem tribuere quæ debent. Cumque in eo magis

cernatur amicitia, vt diligamus, iíque homines laudentur, qui E
bus chari ſunt amici, fit vt amicorum vis omnis ſit in amore. Itaque omnes qui hoc faciunt pro dignitate, amici ſtabiles, conſtanteſque ſunt habendi, eorúmque firma & ſtabilis amicitia eſt. Iſto etiã modo qui diſpares ſunt, quoniam exæquari poſſunt, facile ſunt amici futuri: æqualitas autem & ſimilitudo quædam amicitia eſt, ac ſimilitudo eorum maxime, qui virtute ac moribus congruunt. Hi enim cum ſtabiles ſint per ſe & conſtantes, libenter etiam vnà manẽt atque verſantur. nec
aut flagitia deſyderãt, aut miniſtri eorum ſunt: quinetiam ea F
potius arcent & reprimũt. Probos enim nec ipſos peccare decet, nec amicos ſinere vt adminiſtri ſint libidinis. At verò in malis nihil firmũ, nihil ſtabile eſt: quippe qui ſimiles non permaneant. Ad tempus amicitias colunt, cum interim ſua inter ſe alter alterum improbitate flagitiiſque oblectant. Illi autem qui vtilitatibus amicitias dirigunt, quique ſuauitate, diutius colunt amicitias. Nam amici ſunt tandiu, quandiu alter alteri vtilitates oblectationeſque ſuppeditant. Ex contrariis ve-
rò eæ potius nomen amicitiæ obtinent, quæ vtilitatis cauſa G
cõparantur: vt egens locupleti, docto inſcius. Qua enim quiſque re eget, eam cũ ſibi dari velit, aliam dat viciſsim. Quod ad genus trahere ac trãsferre licet amatorem & eũ qui amatur, & formoſum & deformem. Quocirca ridiculi videntur interdum amatores, qui ſuo in ſuos amori illorum erga ſe amorẽ æquũ cenſent pariter æqualiterque reſpõdere. Si quidem digni amore ſunt, fortaſsis æquè poſtulandum eſt: ſin nihil tale habeant, ſit ridiculũ. Nec contraria quidẽ certè cõtraria ſuapte
natura ſibi expetũt, ſed fortuitò & caſu. eſtq; appetitio medio H
critatis quod bonũ dicitur, velut ei rei quæ ſicca eſt, n õ optabile eſt nec vtile, humidã fieri, ſed ad mediocritatem peruenire. itemq; rei calidæ ac cæteris. Sed hæc quidem, quoniã non
9 ſunt huius diſputationis, miſſa faciamus. In iiſdem rebus, vt initio dixi, verſari amicitia & ius vidẽtur. quippe cum ius in omni ſocietate & amicitia cernantur. Itaque amicos appellant eos quibus cum vnà & nauigant & militant. itemque eos quibus cum quampiam aliã ineunt ſocietatem. quãdiuq;

A homines inter se cōmunione aliqua consociati sunt,tandiu, quoniam iuris etiam communio,amicitia permanet.Et prouerbium illud rectè,Amicorum bona cōmunia, quandoquidem amicitia in societate consistit.Sunt autem fratrum & sociorum omnia cōmunia:certa, reliquorum. maioresque sunt horum copiæ, illorum minores: quoniam amicitiæ aliæ grauiores & sanctiores sunt ,leuiores infirmioresque aliæ.Sed iura inter se discrepant.Neque enim eadem intercedunt parentibus cū liberis,neque fratribus inter ipsos,nec sociis,nec ciuibus.Similiterque in aliis amicis.Alia igitur atq; alia iura sunt
B & officia,aliæ atque aliæ iniuriæ his omnibus inter ipsos, accessioneque ac crescendo valent , si maiora extent in amicos. Vt socio grauius est adimere pecuniam q̃ ciui:& fratri non opitulari,q̃ externo:& patrem verberare,q̃ quenuis alium. Ius autem vnà cum amicitia augeri solet , quippe cum & iisdē in rebus sint,& æquè pateant.Partibus etiam Reip. sunt similes societates. Conueniunt enim homines emolumenti alicuius causa,& vt aliquid suppeditent,quod ad vitæ vsum cultūque pertinet.Societas autem ciuilis vtilitatis alicuius gratia iam ab
C initio constituta esse,& permanere videtur.Hoc enim legislatores inuestigant:& id demum ius esse fatentur,quod publicè prodest. Ac cæteræ quidē societates sibi quasi finem propositam habent suam quæque vtilitatem,vt nautæ eam quæ nauigationi proposita est,ad conficiendam pecuniā,vel ad aliquid generis eiusdem: & cōmilitones eam quam spectat res bellica,siue pecuniarum,siue victoriæ,siue vrbis cupiditate ducantur . Itemque tribules & populares. Quanq̃ nōnullæ societates voluptatis causa constitui solent, vt eorum qui choros ducunt,& eorum qui pecunias in conuiuia conferunt,quæ sacri
D ficii causa & cōuentus fieri solent, quæque omnes ciuili subiectæ videntur. Nō enim ciuilis cōsociatio eius quod in præsens prodest,sed in omnem vitā,cupiditate ducitur . Qui autem sacra faciunt,atque in iis conuentus, ii cum Diis honorē tribuunt, tum sibi ipsi cessationem suauem & iucundam cōparant.Constat enim sacra & conuentus olim fieri solitos,posteaquam fruges perceptæ erant , vt primitias , ꝙ id maximè

temporis cessarent. Hoc igitur apparet, omnes societates par- E
tes esse ciuilis, cuius generis societates etiam amicitiæ eiusdẽ
10 generis consequuntur. Rei autem publicæ tria sunt ge-
nera, totidemque ab illis defectiones quasi earum euersiones.
Sunt autẽ Resp. Regia potestas, & ea quæ est in potestate o-
ptimorum, & tertia ea quæ ex censu nominata est, quam aptè
Censuum potestatem appellari licet: quam eandem plerique
Remp. solent dicere. Harum autem omnium optima est re-
gia: deterrima, timocratia. Defectio à regia, tyrannis dicitur.
vtrique enim vnus præest, sed tamen inter eas permultum in- F
terest. Tyrannus enim suis, rex eorum quibus præest, solet cõ-
modis vtilitatique seruire. Neque enim rex habendus est is,
qui se ipse non est contentus, quique copiis adiumentisque o-
mnibus minus excellit. Qui autem eiusmodi sit, is cum nullo
egebit, tum rationem nullam ducet commodorum suorum,
sed eorum qui ipsius in imperio erunt. Nam qui se eum non
præstat, eum forte delectum quendam potius quàm regem li-
cet dicere. At tyrannis huic aduersaria est, siquidem sibi suis-
que rationibus consulit. Quo magis perspicuum est, eam esse
deterrimam. Quod enim rei optimæ contrarium est, idem G
pessimum & flagitiosissimum. Ex regali autem potestate in
tyrannidem Resp. delabitur. Est enim corruptela singularis
principatus tyrannis: & rex si vitiosus sit, tyrãnus efficitur. Ex
eo autẽ statu Reip. qui est in potestate optimorum, in eum fit
mutatio, in quo pauci præsunt. idque culpa & vitio principũ
qui res ciuitatis non diuidunt pro dignitate, sibiq; vel omnia
vel maxima commoda sumunt, & magistratus semper ad eos-
dem deferunt, quòd plurimi faciant diuitias. Ita pro optimis
pauci, iique vitiosi imperant. Quæ autem ex censu potestas H
nominata est, in popularem vertitur. Sunt enim hæ finitimæ,
quòd & censu potestas est in multitudine, & ii æquo iure vi-
uunt qui censi sunt. Sed quoniam popularis potestas paulum
à statu Reip. discedit, minime vitiosa est. Ac Reipub. quidem
status hoc ferè pacto labefactari mutarique solent, quòd ita
& paulum admodum, & facillimè mutentur. Earum autem
similitudines & quasi exempla licet in familiis cernere. Nam

A quæ patri est cum liberis societas, regalis potestatis formam obtinet. Patri enim curæ sunt sui liberi. Hinc etiam Homerus Iouem patrem vocauit. Vult enim regiam potestatem esse patrium imperium, etsi in tyrannidem versum sit apud Persas, qui pro seruis vtuntur liberis suis. Est etiam domini in seruos tyrannicum imperium, quippe in quo domini commoda agantur. Atque hoc quidem ius rectum videtur, Persicũ à recta via deflexit. Dispares enim disparia imperia sequuntur. Viro autem cum vxore ius id intercedit, quod est in optimorum potestate. Nam pro dignitate vir iis in rebus imperat,
B quæ dignæ sunt viro: quæ autem fœminam decent, eas ei tribuit. Quòd si in omnibus præsit vir ac dominetur, in paucorũ potestatem fit mutatio, quoniam contra dignitatem suam facit, non quia est præstantior. Interdum etiam mulieres præsunt, cum amplum patrimonium consecutæ sunt. Non igitur tum imperia virtuti deferuntur, sed diuitiis & facultatibus, quemadmodum in paucorum potestate. At censu potestati pariter respondet quæ fratribus inter ipsos coniunctio est. Sunt enim pares, nisi sint dispari ætate. Itaque si magna sit ætatis di-
C stantia, non iã amicitia fraterna cõstituitur. Sed in iis maximè familiis viget popularis potestas, quæ domino carent, quòd ibi omnes pares sint: & in quibus est princeps imbecillus, & licentia concessa omnibus. In vnoquoque autem Reip. genere, tandiu amicitia manere videtur, quandiu ius & officiũ permanet. Regis quidem cum iis quibus præest, amicitia, in excellentia quadam beneficii cernitur. Bene enim de suis meretur. Si quidem bonus sit, eò omnia referet, vt sint quàm beatissimi, quemadmodum pastori oues curæ esse solent. Vnde Agamemnonem Homerus pastorẽ populorum vocauit. Quo
D etiam in genere patrium est imperium, sed magnitudine beneficiorum præstat. Pater enim is est, qui, quod omnium maximum est procreauit, is qui aluit, is qui erudiuit, quæ eadẽ tribuuntur etiam maioribus. Natura enim præest & pater liberis, & progenitores nepotibus, & rex iis qui in eius sunt imperio. Hæ autem amicitiæ in excellentia quadã præstantiaq; cernũtur. Itaque honos tribuitur parẽtibus. Nec verò eadem iis of-

11

ficia & iura tribuuntur, sed pro dignitate, præsertim cum hoc etiam modo amicitia iudicetur. Eadem autem amicitia est viro cum vxore, quæ in potestate optimorum. Virtuti enim cōuenienter & optimo cuique semper maxima quæque commoda, & cuique pro dignitate itemque iura & officia tribuuntur. At verò fratribus inter ipsos amicitia similis est sociorum amicitiæ. Sunt enim pares & æquales, cuiusmodi quidem in hominibus iidem ferè mores sunt, eadem studia, eædem voluntates. Huic etiam finitima ea est, quæ viget in census potestate. pares enim ciues volunt esse ac probi, vicissimque imperare, & id æqualiter: quod idem in amicitia valet. Sed in euersionibus Rerumpublicarum, vt officia & iura ad breue exiguumque tempus durant, sic etiam amicitia: quæque est in pessima, ad breuissimum durat. In tyrannorum enim vita aut nullus, aut certè perexiguus locus est amicitiæ. Nam quibus hominibus nulla societas est inter ipsos, nullaque communio, principi cum eo cui præest, in iis nulla est inter eos amicitia: quando ne ius quidem, nisi forte quale est artifici cum instrumento, & animo cum corpore, & hero cum famulo: ab his enim percipiunt vtilitates ii qui vtuntur. Et amicitia nulla est, nec ius vllum cum rebus inanimis, nec cum equo quidem & boue, nec cum seruo quia seruus est. Nulla est enim societas nobis cum illo, cū præsertim seruus instrumētum sit animatū: & instrumētum, seruus inanimus. Quia ergo seruus est, nulla est nobis cum eo amicitia, sed quia homo. Sic enim nati videmur, vt inter omnes esset iuris societas quædā, inter quos possit esse legis conuentorumque communio. Ita etiam amicitia, quia homo est. In tyrannide autem ad perbreue tempus manet amicitiæ iurisque communio. at in populari potestate diutius. Multa enim sunt æquo iure vtentibus hominibus inter se communia.

E F G H

12 In societate igitur ac cōmunione, vt diximus, omnis amicitia consistit. Sed hinc eam quæ inter sanguine coniunctos & socios intercedit, licet excludere. Quæ autem ciuibus, tribubus, & hominibus vna nauigantibus inter ipsos est amicitia, quæque sunt eius generis eæ societatibus sunt cōmunitatibusque similiores, quippe quæ

A ſtipulatione quadam conſtare videantur. Quibus etiam hoſpitalem aſcribere licet. Gradus autem plures ſunt coniunctionis ſanguinis, qui à patria omnes profecti ſunt. Nam & parentes ex ſe natos diligunt, quòd ſint quiddam ipſorum: & nati parentes, ꝙ illorum pars quædã ſint. Atqui magis norunt parentes quos procrearint, q̃ nati ſe ab illis procreatos: coniũctiúſque eſt & copulatius ei quod procreatum eſt, id omne quod ipſum generauit, q̃ quod generatum eſt ei, quod procreauit. Quicquid enim id eſt quod ab alio profectum ſit, ei coniunctum eſt, vnde fluxerit, vt dens & pilus & quiduis aliud ei, qui habet.
B Illorum nihil ei vnde ortum eſt, aut certè minus, idq́ue progreſſu temporis. Nam & parentibus liberi ſimul ac orti ſunt, chari ſolent eſſe, & liberis parentes progredientibus ætatibus cùm diſpicere & ſentire cœperũt. Ex quibus perſpicuum eſt, quid ſit cur maior ſit ſenſus amoris in matribus. Nam æquè parentibus vita liberorum chara eſt, atque ſua. Nam cùm ſint orti ex iis, quaſi alteri iidem ſunt, propter ſeiunctionem. Et natis quidem parentes chari ſunt, quòd ab illis natura ſint procreati. Fratres autem idcirco inter ſe dili-
C gunt, quòd ex iiſdem orti ſunt parentibus. Quæ enim ipſis cum illis eſt coniunctio, ea idem inter illos efficit. Itaque eundem ſanguinem prædicant, eandemq́; ſtirpem & ſobolem, cæteraque generis eiuſdem. Sunt igitur in diuiſis ſeiunctíſq; rebus, eadẽ res quodã modo. Magnum eſt enim ad amicitiam momentũ, vnà educatos, & æquales eſſe, quoniã & æqualis æqualẽ delectat, & ſocii ſunt qui ſimiles ſunt moribus. Quocirca ſociorũ amicitiæ fraterna ſimilis eſt. Atq; etiã patrueles reliquiq́; cognati & propinqui ob eã cauſam coniuncti inter ſe copulatiq́; ſunt, quòd ex iiſdem nati ſint. Aliiq́; eorum con-
D iunctiores ſunt, alieniores alii, ꝙ vel proprius parentem & auctorem attingant, vel ab eo abſint longius. Quæ aũt eſt & natis cum parentibus amicitia, & hominibus cum Diis, ea conſtituta eſt tanquam cum bono atque præſtanti. Optimè enim de nobis meriti ſunt, præſertim cùm & procrearint nos & aluerint, & erudierint procreatos. Accedit huc ſuauitas quædam maior oportet ac vtilitas, quàm in alienorum amicitia,

quo vitæ eſt inter eos arctior communio. Inſunt etiam in fra- E
terna amicitia ea omnia, quæ in ſociorum, ac multo etiam ma
gis in probis & omnino ſimilibus, quo coniunctiores ſunt, ar-
ctiúſque ſe inter ſe ab ineunte ætate diligunt: quóque ſunt ſi-
miliores moribus ii qui ab eiſdem procreati ſunt, vnà educa-
ti, eadem diſciplina eruditi & inſtituti. Huc etiam accedit cõ
probatio diuturna maximũ & arctiſsimũ vinculum. Eiuſdem
collatione rationis ea omnia ſunt in reliquis cognatis, quæ ad
amicitiam pertinent. Sed inter virũ & vxorẽ, natura peperiſſe
amicitiam videtur. Eſt enim homo ad coniugium natus ma- F
gis, quàm ad ciuilem ſocietatem: quo prior eſt domus magíſ-
que neceſſaria, quàm ciuitas: & quo eſt animantibus procrea-
tio communior. Ac beſtiæ quidem hoc vnum ſpectant & ſe-
quuntur, homines autem non procreandi modò cauſa vnam
in domum conueniunt, ſed eorum etiam parãdorum quæ ad
vſum vitæ pertinẽt. Statim enim diſpertita ſunt officia, ſúnt-
que alia viri, alia vxoris propria. Proſunt igitur vterque alteri
ſua in commune conferẽtes, ob eámq; cauſam ſuauitas in hac
tali amicitia ineſt vtilitáſque maxima. Qui ſi probitatem ad
eam attulerint, virtute conſtituta videri poteſt. Eſt enim vtri- G
uſque virtus propria, qua ſe oblectare poſsint. Et quoniam na
ti liberi vinculum quoddam vidẽtur, idcirco qui orbati ſunt,
facilius diſſociantur. Nam & liberi commune vtriuſq; bonũ
eſt, & quod cõmune eſt aliquorum, omne eos coniungit & cõ
tinet. Quam autem vitæ degendæ rationẽ vir & vxor vnà ſe-
qui debeant, & amici omnino, hoc quærere nihil aliud eſt, q̃
quemadmodum iura & officia tueri debeant. Neque enim i-
dem homini eſt cum amico & extero, & ſocio & condiſcipu-
lo. Cùm autẽ tria, vt initio dixi, genera amicitiæ ſint, &
13 in vnoquoq; genere alii amici pares ſint, alii ſuperiores: (nam H
& boni inter ſe amici ſunt, & præſtantior deteriori, itémque
ſuaues & vtiles æquatis emolumentis & præſtãtibus) illi qui-
dẽ qui ſunt æquales, pares eſſe debent in amore, cæteriſq; re-
bus: qui non ſunt æquales, iis proportione præſtãtiæ tribuen-
dũ eſt. Exiſtũt aũt ſæpe criminationes & querelæ in amicitia,
quæ ad fructum refertur, vel ſola, vel maximè, nec ſine cauſa.

A Quoniam enim ii, qui virtutem in amicitiis conciliandis sequuntur, propensi sunt ad bene vltro & citro merendũ, quod virtutis & amicitiæ est proprium, eoq́; certatim properãt: in iis nec criminationes incidunt nec pugnæ. Neq; enim eo quisquam offenditur, cui charus sit, quique de se bene mereatur: quinetiã si gratus est, ei refert gratiam. Et qui cum fœnore cõsecutus est quod volebat, is nunq̃ de amico cõqueretur, cum vterq; boni cupiditate ducatur. Ne in iis quidẽ ferè quæ suauitatis causa cõparantur, incidunt. Si enim vita victúsq; cõmunis eos delectat, iam vtriq; quod volũt, aderit. Et ridiculus B sane videatur, si quis eum accuset, cuius consuetudine minus delectetur, cum liceat ab eius abesse cõsuetudine. At verò plenæ sunt obiurgationum, plenæ querelarum & criminationũ eæ omnes quæ fructibus emolumentísque diriguntur. Nam qui spe mercedis, vsu, & consuetudine implicati sunt, semper maiora desyderant: seque minora habere putant, quàm digni sint: queruntur q́; non tãtas se opes quantas requirerẽt pro dignitate esse cõsecutos. Qui autẽ benignè faciunt, non possunt tantis iuuare copiis, quantis illi indigẽt, qui accipiunt. Sed vi-C detur vt ius duplex est, alterum non scriptum, alterum scriptum: sic emolumentum quod ex rebus vtilibus capitur, alterum à more, alterum à lege proficisci. Oriuntur ergo querelæ tum maximè, cum eam vtilitatem non percipiunt, propter quam rem contraxerant. Ac ea quidem vtilitas quæ lege introducta est, certis verbis cernitur, quæ partim sordida est, cum de manu in manum res traditur: partim ad tempus liberalior & honestior, sed pactione adhibita quid pro quo reddendum sit. Certum in hac est quid debeatur, non dubium, sed moram & cunctationem habet, amicitia dignis-D simam. Itaque horum apud quosdam nulla sunt iudicia, sed sibi charos esse putant oportere eos, qui ex fide rem cum ipsis contraxerint. At verò quæ moribus comparata est, certa & solenni verborum formula non constat, sed tanquam amico dant beneficium aut alii qualiscunque fit. Par autem aut plus eo exigit, quasi verò non dederit, sed fœneratus sit beneficium, nec item commutarit. Nec eadem erit eius qui contra-

xit rem, & eius qui dissoluit criminatio. Hoc ita fit propterea, E
quòd omnes vel certè complures honestarum rerum studio
illi quidem trahuntur, sed tamen vtilitatem & fructum se-
quuntur: & ꝙ pulchrum est benefacere, non vt gratiam exi-
gas, beneficiis autem affici vtile & fructuosum. Referenda est
quidem par gratia si modò possis, idque vltro. Neque enim a-
micus quicquam inuitus facere debet: quasi verò iam inde ab
initio peccarit, acceperitque ab eo beneficiũ, vnde minus de-
buit. Non enim ab amico acceperat, neque ab eo, qui ob hanc
causam contulerit. Vt igitur in rebus commutandis certa for F
mula verborum, eum par est qui beneficium accepit reddere,
atque polliceri, si modò possit, se gratiam esse relaturum. Nam
si minus possit, ne is quidem qui dedit, reposcat. Ergo si pos-
sis, reddendum beneficium est. Atque etiã in primis, quis be-
neficia dederit, & qua de causa, ponderandũ est: vt etiam his
de causis expectet ille, aut minus expectet. Sed hoc habet du-
bitationem, vtrum referendæ gratiæ officium eius qui acce-
pit emolumento & fructu ponderandum sit, an eius qui dedit
beneficio. Nam cùm beneficiis afficiuntur homines, extenu-
antes eiusmodi se à beneficis accepisse prædicant, quæ & illis G
exigua erant, & ab aliis accipere licebat. Illi contrà quæ & ma
xima deferre potuerint, & quæ ab aliis non potuissent acci-
pere: idque rebus eorum asperis, aut calamitatibus generis e-
iusdem. Vtrum igitur si amicitiam vtilitas constituat, fructus
quem ex beneficio tulit is cui delatum est, mensura sit, quæ-
stio est. Hic enim indigebat, ei opitulatur alter, quanquam pa
rem aliquando gratiam accepturus. Quoniam igitur tanto
fuit præsidio, quanta in altero secuta est vtilitas, tantum eti-
am reddendum est quantum acceperit, aut plus eo etiã, quo-
niam hoc multo est præclarius. In amicitiis autem quas vir- H
tus contrahit, quoniam nullæ obiurgationes existunt, offici-
um æstimandum est ex eius qui contulit animo & voluntatẽ.
Virtutis enim & morum laus omnis in animi iudicio & vo-
14 luntate consistit. Atque etiã in iis amicitiis in quibus
excellentiæ quædam sunt, querele incidunt. Nam cùm vter-
que plus sibi tribui æquum cẽseat: hoc si fiat, amicitia dissol-

A uitur. Qui nanque melior est, is sibi maiora deberi existimat, quòd plus probo tribuendum sit. Eadem est eius qui maiorem vtilitatem affert, ratio & sententia. Eum enim qui ad nullam partem sit vtilis, paria emolumenta consequi negant oportere. Famulatum enim non amicitiam esse, nisi pro dignitate officiorum ea constabunt, quæ sunt amicitiæ propria. Putant enim vt in societate pecuniarum, sic in amicitia, plus accipere oportere eum, qui plus contulerit. At inops & deterior, cōtrá. Amici enim veri & perfecti esse, subuenire egētibus. Quis
B enim fructus, inquiunt, quæ vtilitas manet eum, qui probo aut potenti sit amicus, si quidem nihil sit consecuturus? Ac rectè quidem vterque reposcere & exigere videtur. Plúsque tribuendum vtrique est ex iis rebus quæ vigent in amicitia: non idem quidem, sed superiori plus honoris, inopi plus emolumenti. Virtutis enim & beneficentiæ merces est gloria: inopiæ & indigentiæ præsidium, quæstus. Quæ etiam in rebus publicis similitudo perspicitur. Nec enim honos ei tribuitur, qui nihil cōfert in Remp. studii, nihil operum, nihil faculta-
C tum. Quod enim cōmune est & publicum, datur ei qui Reip. cōsulit. Atqui honos cōmunis est, cōmunis gloria. Non enim fieri potest, vt quis simul & à Rep. locupletetur, & gloriam consequatur. Quoniam enim nemo potest in omni negocio se premi suásque opes imminui sustinere: qui rei nummariæ iacturam fecerit, ei honorem tribuunt: qui muneribus non corrumpitur, pecunias. Quod enim cuique tribuitur pro dignitate, id exæquat, vt dixi, tueturq́; amicitiā. Sic etiam cum iis agendū est, qui non sunt pares. Et cui vel ad opes adiumen-
D tum allatum est, vel ad virtutem, is honorem debet reddere. vicissímque id reddendum quod quisque possit. Exigit enim & postulat amicitia, non quod cuique debetur, sed quid quisque efficere potest. Neque enim id possit fieri in omnibus quod in iis contingit honoribus, qui diis debentur & parentibus. Nam & nemo est qui parem iis gratiam referre possit, & tamen qui eos quocunque officio, & obseruatione potest, colit, is vir bonus habetur. Itaque filio non videtur concessum, vt patrem exhæredet, patri licet liberos. Par est enim fili-

um qui obligatus est beneficia reddere: qui si omnia efficiat, E
nullam tamē partem videatur illius meritorum assecutus. Ita semper illius beneficiis obligatus est. Quibus autem quispiā debet, ei quoniam illi condonare possunt, & patri licebit. Sed nemo est fere qui filium velit vnquā exhæredare, nisi qui insigni quadam improbitate sit præditus. Nam præter naturalē amicitiam communis etiam humanitas impellit, vt ne omni præsidio desertum eum esse patiamur. Qui si facinorosus sit, cauendum est, aut non laborandum certè, vt opitulemur. plerique enim beneficiis affici volunt, ipsi conferre vt rem inutilem, nolunt. Ac de iis quidem hactenus. F

ARIST. ETHIC. LIBER NONVS.

1 N omnibus autem amicitiis quæ non sunt eiusdem generis, comparatio & proportio, vt dictum est, & exæquat amicitias, & conseruat. Quod in ciuili societate contingit, cùm in sutorem procalceis, & in textorem cæterósque omnes extat remuneratio pro G
dignitate. Atq; huc quidem numus comparatus est, quasi rerum omnium mensura cōmunis, vt ad eum referantur, ex eóque ponderentur omnia. Sed in amoribus interdum amator queritur, sibi in amore parem non esse eum, quem amet, cùm in eo nihil fortasse dignum sit amicitia. Sæpe etiam amasius queritur de amatore, quòd cùm prius promiserit omnia, tamen nihil eorum quæ promisit exoluit omnino. Quod tum euenire solet maximè, cùm ille libidinis causa amasium colit, hic vtilitatis gratia amatorem, nec vtrique adsunt. Quoniam H
enim amicitia his de causis cōstituta erat, dissociatio & distractio sequitur, cùm minus extant ea à quibus causæ profectæ erant diligendi. Neque enim se inter se diligebāt, sed quæ aderant & suppetebant. quæ quoniam infirma sunt nec stabilia, etiam amicitiæ sunt eiusmodi. At verò amicitia, quam morū similitudo bonorum conglutinauit, quoniam propter se est, permanet, vt dixi. Sed amici dissident inter se tum cùm alia atque optabant eis obueniunt. Nam simile esse aiunt ac si ni-

A hil fieret omnino, cùm non quod volunt cõsequuntur. Quod citharœdo cuidam contigit, cui cùm quispiam pollicitus esset, quo melius caneret, eo se maiorem mercedem esse daturũ, ísque postridie exigeret mercedem: eum respondit cum voluptate compensasse voluptatem. Ac si hoc quidem vterq; volebat, satis habuit: sin ille voluptatẽ quam ceperit, petebat, ille quæstum aucupabatur quo caruit: non rectè neque præclarè ad societatem accidit. Quo enim quisque eget, ad id etiam attentus est: quod vt assequatur, nihil est non daturus. Vtrum
B autem pretiũ rei eius sit præscribere qui dat, an qui accipit, quæstio est. Qui enim dat, videtur illi permittere. Quod aiũt Protagorã facere solitum, qui cùm docuisset quidlibet, iubebat eum æstimare qui didicisset, quanti videretur, scientiam, & tantundem ferebat. In quibusdã eius generis satis est

Merces digna viro-.

Qui verò primũ argentũ acceperũt, deinde nihil præstãt eorum quæ professi sunt propter promissorũ magnitudinẽ, iure sunt illi quidẽ vituperãdi. Neque enim exoluunt, quod pro-
C miserunt. Quod certè coguntur Sophistæ facere, quòd nemo sit qui quæ sciant illi, argento dignum existimet. Ac isti quidem quoniam non perficiunt in quæ mercedem acceperunt, iure reprehenduntur. Inter quos autem nullum pactum mercedis interuenit, ii quoniam vltro dant, omni, vt dixi, reprehensione carent. Hanc enim talem amicitiam virtus contraxit, in qua ex animo & voluntate ponderanda remuneratio est. Ea enim est amici & virtutis propria. Similis etiam eorum est ratio, inter quos Philosophiæ est societas & communio.
D Neque enim aut rei tantæ dignitas pecuniis æstimatur, aut vllus honos tanti momenti & ponderis potest existere. Sed fortasſis vt erga Deos, sic hic satis sit præstare quod quisque efficere posſit. Si verò non fuerit talis largitio, sed aliò referatur, ea sequi debet maximè quæ ex vtriusque dignitate videatur. Quod si ita non fiat, non solum necesse est, verùm etiam æquum, eum qui rem tradat, pretium præscribere. Etenim si quantam hic vtilitatem quantúmque fructum ceperit, aut quantã voluptatem secutus sit, parem ille vicisſim consequa-

tur,ab hoc pretiū obtinebit.Nam in rebus venalibus hoc cer E
nere licet.Et nōnullis in locis leges sunt,quæ voluntariorū cō tractuū iudicia vetāt fieri, ꝙ eum deceat decidere cui habita sit fides,sicuti cum eo societas & ratio cōtracta est. Cui enim res tradita sit atq; permissa,eū iustius q̃ qui permiserit,putant constituere posse.Nam permultas res non tantidē qui habent & ii qui sibi dari volunt,æstimant. Sua enim cuique, & quæ quisque dat,magni pretii videntur.attamen compensatio tāta sequi debet, quantum ii qui acceperint, præscripserint. quanquam fortè non est tanti res æstimanda,quanti is qui tenet,æstimat:sed quanti antè quàm occuparet,æstimabat. F

2 Hæc quoque dubitationem afferunt, vtrum patri omnia tribuenda sint officia,eiq́; parendū sit in omnibus: an potius cùm quis est ægrotus,medico debeat credere:& potius imperator deligendus sit is qui laude rei bellicæ valeat plurimum. Itémq; amicóne potius,an bono viro subueniendū sit.Et vtrū ei qui de nobis bene meritus est,referenda sit gratia, an dandum beneficium socio,si vtrique non posit.Ac horū quidem omnium non est facilis explicatio, præsertim cùm magnæ in iis dissimilitudines ac differentiæ versentur,& magnitudinis G
& exiguitatis & honestatis & necessitatis. Hoc tamen non est obscurū,non esse eidem officia tribuēda omnia. Potius enim referenda fere q̃ ineunda à socio gratia est, sicuti mutuū etiā reddendum est potius cui debetur, q̃ sodali dandum beneficium.Quanquam hoc fortasse nō semper sit seruandum.Vt si quis redemptus sit à prædonibus,vtrū eum qui se liberarit vicissim redimere debeat,qualiscunq; sit: aut si captus ille quidē non sit,repetat aūt aliquid,vtrū ei potius referēda sit gratia,an verò redimendus pater,quæritur. Nam suus cuique pa H
ter potius sit redimendus. Ergo,vt dixi, omnino debitum officium reddendum est. Quòd si dandi ratio honesti necessitatisque ratione vincatur,est ad hæc ipsa declinandū. Incidunt enim huiusmodi tempora, cum beneficium quo prouocati sumus,reddendum non est.vt si quis sciens in bonum virum beneficium contulerit, & in hunc quem improbum esse existimet,extabit remuneratio. Neque enim semper ei commodā-

A dum est vicissim, qui commodarit. Nam & hic suam ob cau-
sam bono viro commodauit, & ille nihil emolumẽti se ab im-
probo sperauit esse capturum. Ergo siue ita est re vera, non est
par dignitas: seu non est ita, sed putant, nunq̃ absurdum quic-
quã facere videbũtur. Vt ergo sæpe dixi, quæ de perturbatio-
nibus, actionibus & officiis habetur oratio, eisdem finibus &
terminis continetur quibus eæ res in quibus versantur. Atq;
illud quidem perspicuum est, non eadem omnibus officia tri-
buenda esse, nec patri quidem omnia, quemadmodum Ioui
non fiunt sacra omnia. Quoniam autem alia parentibus, alia
B fratribus, alia propinquis, alia beneficis tribuenda sunt: suum
cuique ac proprium quodq́ue deceat tribuendum est. Quod
etiam facere videntur. Nam inuitãt cognatos ad nuptias: qui-
bus quoniã genus cõmune est, idcirco quæ genus attinẽt, sunt
illis inter se officia cõmunia. Ob eamq́ue causam cognatos &
propinquos venire putant oportere ad sponsalia. Sed necessa-
ria præsidia vitæ parentibus maximè debentur, quibus rebus
procreatores iuuare pulchrius est q̃ seipsum. Atque etiam vt
Diis, sic suus honos tribuendus est parẽtibus: non omnis qui-
C dem parẽtibus, cum non idem patri debeatur, qui matri, neq;
qui sapienti, aut qui imperatori: sed patri is qui patrem, matri
qui matrẽ deceat. Omnis etiã seni honos tribuendus est is, qui
ætatẽ illã decet, assurgendo, decedendo de via, aliisq; generis
eiusdem. Cum sodalibus & fratribus libertas, & rerum omni-
um cõmunitas vigere debet. Cognatis etiam atq; tribulibus,
ciuibus item reliquisq; omnibus semper enitendum est, vt su-
us cuiq; tribuatur. & quæ in quoq; insunt, ea ex illa quæ no-
bis cum illis erit familiaritate, ex virtute & vsu erunt iudicã-
da. Ac in iis quidem quæ sunt eiusdem generis facilius iudi-
D cium est: quæ autem sunt alterius, difficilius. Non tamen ob
eam quidem causam desistendum est, quinetiam quoad fieri
poterit explicanda sunt omnia. De dimittendis autem a- 3
micitiis hoc quæri solet, vtrum discedendum sit ab amicis qui
non sunt constantes neque stabiles, an ne ab iis qui amicitias
vtilitatibus & suauitate dirigunt. Cùm hæc quidem non asse-
quuntur, non est alienum dissoluere. Hæc enim amabãt ipsa;

quibus ſublatis, illud conſentaneum eſt, vt etiam amicitia tol E
latur. Licet etiam accuſare, ſi quis vtilitatem & ſuauitatem quærens diligat, ſeque in amicitia virtutem ſimulet ſecutum. Nam, vt initio dixi, multa amicorum diſsidia fiunt, cum non æquè ac putarant, ſunt amici. Ac tum quidem, cum quiſpiam falſus eſt opinione, quòd alterum putaret ductum virtute ſe diligere, nec is quicquam tale faciat, ſe ipſe accuſare debet. Sin autem ab illius ſimulatione falſus eſt, par eſt accuſari eũ, qui fraude egerit, vel multo etiam magis quàm eos qui numos adulterant, quo in re præſtantiore calliditas conſumitur. Sed F
ſi tanquam probum virum receperit aliquis, malus autem factus eſt, aut etiam videtur, etiámne diligendus ſit, quæritur: an hoc fieri nullo pacto poteſt? Siquidem non ſunt amore digna omnia, ſed bona ſola. Et improbus diligendus eſt nullus, neque æquum ſit. Non enim vel amare improbos quiſquam debet, vel par eſſe ac ſimilis malorũ. Atqui pares, xt dixi, cum paribus inſtituunt amicitiam. Sed vtrum repente præcidendæ ſint amicitiæ, an non cum omnibus, ſed cum iis quorũ vitiis remedium nullum inueniri poteſt? Iis autem qui ſanari G
poſſunt, eo magis quoddam adiumentum afferendum eſt ad mores, quàm ad opes, quòd melius eſt & amicitia dignius. Quanquam alienum nihil qui diſceſſerit facere videtur, quippe cum non huic aut certè tali foret amicus. Quoniam igitur ad meliorem mentem reuocari non poteſt, ab eius ſe remouet amicitia. Sin hic permanet, ille autem melior eſt, præſtátque virtute: vtrum eo amico vti debeat, an fieri non poſsit, quæſtio eſt. Hoc perſpicuum eſt maximè in magna diſtantia, vt in iis amicitiis quæ ab ineunte ætate contractæ ſunt. Etenim ſi H
ille in puerili animo & ſententia permaneat, hic autem vir ſit optimus: quî fieri poteſt, vt inter ſe diligant, cùm nec moueãtur iiſdem rebus, nec offendantur? Neq; enim hæc ſunt inter eos mutua, ſine quibus amici eſſe nullo modo poſſunt: quandoquidem vita victúſque communis non poteſt inter eos intercedere. Sed de his iam diximus. Vtrum verò nihilo erga eũ alieniore animo eſſe debet, quàm ſi nunquam amicitia intercesſiſſet: an prioris conſuetudinis valere debet recordatio? Vt

A enim amicis potius gratificari putamus oportere quàm exteris: ſic veteri amicitiæ aliquid tribuendū eſt, niſi propter ſingularem quandam improbitatem facta ſit diſtractio. Ea 4
autem, quæ amicitiam conciliant amicis inter ipſos, quibúſque amicitiæ fines & termini conſtituti ſunt, ab iis profecta videntur, quæ ſibi quenq; conciliant atq; cõmendant. Ponũt enim amicum eum, qui velit ſeruire, ac ſeruiat cõmodis amici, aut quæ videantur, illius cauſa: aut qui velit ſaluũ & incolumem amicum, eumq́; manere in vita ipſius cauſa. Quo ſunt animo matres in liberos, iíque amici qui propter aliquam of-
B fenſionem, alter ab altero diſceſſerunt. Alii amicum eum ſtatuunt, qui vita victuque cõmuni cum amico coniunctus eſt, quíq; eadẽ ſtudia ſequatur: aut eũ qui & rebus aduerſis amici doleat, & gaudeat ſecundis. Quod idem in matribus contingit maximè. eorum etiam in aliquo amicitiam ponunt. Sed hæc quidem omnia virum bonum ſibi cõciliant: cæteros autẽ quia bonos alii alios exiſtimãt. Eſt enim & virtus & vir bonus, menſura, vt dixi, rerũ omniũ. Nam & ſibi ipſe conſtat, & iiſdẽ rebus totus eius animus mouetur. Eſtq́ue is qui ſe iis quæ verè
C bona ſunt, quæq́; videntur, velit affici, quæ eadem efficit. Eſt enim boni viri quod bonum ſit gerere, atq; ſuam ob cauſam. ſiquidem mẽtis gratia, quod quidem vnuſquiſq; videtur eſſe. Atque etiam manere vult in vita, ac ſaluus eſſe: idq́ue facit ob id maximè, quia ſit prudens. Bono enim viro eſſe in vitaq́ue manere bonum honeſtúmq; eſt. Et ſe quiſq; bonis vult affici. Quòd ſi alii fierent omnes atque ſunt, nemo eſſet homo qui bona eſſe omnia in eo vellet, in quod verſus eſſet. Eſt enim etiam in Deo bonum hoc tempore, ſed quod idem ipſe eſt quale id cunque ſit. Ac mens ſua quiſque eſt, vel maximè. Cumq́;
D ſit eiuſmodi, ſecum ipſe vult viuere, ídque facit libenter. Vt enim lætamur iis bonis quæ recordamur, ſic iis erigimur quæ expectamus. habent enim hæc oblectationem. Atque etiam eius mens abundat perceptorum copia. Et quoniam iiſdem rebus ſemper mouetur, & offenditur, & non aliis aliàs, fit vt doleat gaudeatq́ue rebus ſuis vnà ſecum maximè. Is enim eſt quem nullius omnino rei poſsit pœnitere. Ergo quia hæc

omnia uirum bonum sibi conciliant. & in amicũ etiã, quemadmodũ in eo est animatus. (est enim is amicus quidã, qui est tanquã alter idem) certè in eorũ videtur aliquo amicitia consistere: & in quibus eadem insunt studia, eædem voluntates, ii amici nominantur. Vtrũ aũt secum cuiq; sit amicitia, necne sit, omittamus hoc quidẽ tempore quærere. Eatenus autẽ amicitia videtur, quatenus eorum quæ dixi, fuerint aut duo, aut etiam plura. Etiam amicitia excellens ei solet dici similis, quæ secum cuiq; est. Sed tamen constat, quæ dicta sunt, adesse permultis, etiã improbis. Num ergo eorũ participes sunt, quia se ipsi oblectãt, seq; bonos putant? Hæc enim omnia eorum insunt nemini: nec videntur quidẽ, qui admodũ improbi & nefarii sunt, nec ferè vlli malorũ. A se enim dissidẽt ipsi, secũq; discordant. & alia volũt, alia sequuntur, ritu impotentũ. Quæ enim sibi ipsi bona esse statuerunt, iis ea anteponunt iucunda quæ noceãt. Alii rursus propter timiditatem & ignauiam ab iis rebus gerendis recedunt, quas ipsi sibi optimas esse decernũt. Qui verò multa & grauia scelera admiserũt, improbitate victi, & se oderunt ipsi, & vitam fugiunt, mortémque sibi ipsi consciscunt. Improbi etiam alios quibus cum versentur, requirunt, se fugiunt ipsi. Multa enim & grauia facinora recordantur, & alia eiusdem generis, cùm soli sunt expectant: cum sunt cum aliis, obliuione obruunt. Et quoniam in iis nulla est causa cur diligantur, nulla est etiam in eis ratio diligendi sui. Nec igitur ipsi secum vnà lætari possunt, nec dolere. Eorum enim animus à se ipse dissidet, secumq; discordat, aliásq; agitatus pœna scelerum, se dolet à quibusdam rebus abstinuisse, aliàs gaudet. atque pars altera huc trahit, & illuc altera, vt solent partes dissoluti corporis. Qui si & dolere simul non possit & lætari, at paulò pòst certè & se molestè fert ex rebus aliquibus voluptatem cepisse, & sibi eas vellet non fuisse voluptati. Est enim vita malorum plena pœnitentiæ. Non igitur in se amice animati sunt improbi, quòd in eis dignum nihil sit amicitia. Quòd si ita affectum esse animo valde miserum est, fugienda improbitas est animi magna contentione, dandaque opera vt boni simus. Sic enim & in nos ipsi amico animo affe-

A cti, & aliis sumus amici futuri. Beneuolentia autē quan- 5
quam videtur, tamen non est idē quod amicitia. Nam bene-
uolentia etiam cum iis coniuncti sumus, quos ignoramus: ea-
démque occulta est, amicitia non est. Quod etiam suprà atti-
gimus. Nec amor quidem est, præsertim cùm nec sit desyderii
nec cupiditatis particeps, quæ amorem consequuntur. Prete-
rea cōsuetudine amor suscipitur, beneuolētia etiā cito, quod
in certantibus contingit. Alii enim in alios beneuoli sunt,
& in eis est eadem voluntas, cum interim nullis officiis nullís-
B que actionibus coniungi queant. Nam & repente, vt dixi, be-
neuolentia coniunguntur, & leuiter diligunt. Atque etiā in-
de amicitiæ principium ductum videtur, vt amatoriarū leui-
tatum initium ab ea voluptate, quæ ex sensu oculorum aspe-
ctúque capitur. Etenim nemo quenquā insanè amat, nisi antè
forma capiatur. Et qui forma capitur, non continuo amore ca-
pitur, sed tum deniq; cum & absentis desyderio tenetur, &
præsentem concupiscit. Sic inter nullos amicitia esse potest,
nisi antè cōiuncti sint beneuolētia. At qui beneuolentia con-
iuncti sunt cum quopiā, non ii continuo etiā diligunt. Eos e-
C nim duntaxat volunt bonis affici, in quos bene animati sunt:
nec vllis officiis coniungi vellent, nec vllā propter eos susci-
pere molestiā. Quocirca eam cōmutato nomine fontē amici-
tiæ licet dicere, quam tēpore confirmatā cum auxit cōsuetu-
do, tum amicitia nascitur, nō quæ vtilitatis aut suauitatis cau-
sa fingitur: quandoquidē eorū causa nemo cum alio beneuolē-
tia cōiungitur. Nam qui beneficia accipit, si eū qui contulit
beneuolētia cōplectatur, is officio fungatur. At verò qui be-
neficia ponere vult apud quempiā, spe præsidii & auxilii ad-
ductus, non illi beneuolus, sed sibi potius videtur. sicuti nec is
D amicus habēdus, qui vtilitatis causa colit & obseruat quempi-
am. Omnino aūt virtus & probitas beneuolentiā cōtrahit, si-
qua significatio honestatis, fortitudinis, aut alicuius eiusdē ge-
neris eluceat. Quod etiā in certantibus fieri solere diximus.

Atq; etiam concordia ad amicitiam pertinere videtur. 6
Itaque non est idem quod consensus, quandoquidem in iis e-
tiam, quorum alter alteri ignotus sit, hic inesse potest. Nec cō-

Qui autem in actione sunt occupati, eos necesse est diligere, E
eáque sequi omnia, quæ ad amorē pertinent. Iam verò ea sunt chariora omnibus quæ labore parta sunt. vt etiam pecuniæ iis chariores sunt qui quæsierunt, quàm qui acceperunt. Atque accipere beneficium, nullius negocii est: dare, arduum ac difficile. Ob eáque causam liberi chariores sunt matribus, quòd partus difficilior sit, maiorisq; laboris indigeat, & quòd suos esse sciant certius. Quod idem beneficis proprium videtur.

8 Sed vtrum se quisque maximè diligere debet, an alium aliquem, quæstio est. Culpantur enim qui se maximè diligūt, F
eósque sui diligentes probri loco appellant. Ac mali quidem videntur quæ faciunt suam ob causam facere omnia, atque eo magis quo sunt sceleratiores: idque illis vitio datur, quòd sibi tantum consulāt. Boni autem ob honestatem, eoq; magis ob honestatē, & amici causa id faciūt, quo meliores sunt, vt suas res rationésq; prætermittāt. A qua oratiōe facta dissentiūt, nec sine causa. Aiunt enim diligendū eū maximè, qui sit maximè amicus. Amicus aūt maximus is est, qui velit bonis affici q̃ maximis eum quem diligat, illius causa, etiam si ad se ex his nihil redeat. Hæc vero sibi quenq; conciliāt, cæteraq; omnia G
insunt quibus amicus definitur. Docuimus enim principium ductū à se diligendi sui ad alios peruenire. Atq; etiā eodē pertinent prouerbia, Vnus animus, Amicorū omnia communia, Amicitia, æqualitas. Tibiæ genu propius. Quæ omnia in quoque inesse, ad seque redire reperiuntur. Sibi enim quisq; charus est maximè. Se ergo quisque maximè diligere debet. Iure autē hoc venit in dubiū, vtris tandē rationibus assentiendum sit, cùm præsertim vtræq; sint probabiles. Constituendi ergo sunt in eiusmodi rationibus fines & quasi termini veritatis. H
Quòd si quem vtræque rationes sibi charum constituant, intelligamus, cito planū fiet. Qui ergo hoc ipsum vitio vertunt, diligentes sui appellant eos, qui plus pecuniarum, honorum, & corporis voluptatum sibi vendicant. Nam plerique hæc ita expetunt, iisque student, quasi in eis sit summum bonum. Itaque de iis digladiari solent. Qui ergo de istis rebus plus sibi tribui volunt, ii cupiditatibus, animi perturbationibus,

A eiq́ue parti quæ eſt expers rationis, omnino obſequuntur, cuius generis magna copia eſt. Itaque appellatio ipſa ducta eſt à multitudine, quæ ipſa vitioſa & deprauata eſt. Iure igitur vt probrum obiicitur iis qui ita ſe ipſi diligunt. Nec dubiũ eſt, quin eos qui hæc talia ſibi proponũt, pleriq; ſui diligentes ſoliti ſint dicere. Si quis enim vnus ex omnibus maximã operam eò cõferat, vt iuſte & modeſte facta ſequatur, aut quæuis alia, quæ virtutibus cõgruant, iſq́ue omnino ſibi ſemper honeſtatem vendicarit, hunc nemo ſui diligentẽ dixerit, hunc nemo reprehẽdat. Atqui hic potius vir ſibi charus eſſe videatur. Nã
B & pulcherrima quæque ac optima ſibi aſſumit, & parti ei ſui, in qua ineſt principatus, obſequitur, paretq́ue in omnibus. Vt autem ciuitas omniſque alius conuentus, ſic homo id eſſe maxime videtur, quod principatum obtinet: ſibi ergo charus eſt maxime, qui hoc ipſum diligit, ab eoq́ue init gratiam. Atque etiam ex eo continens & impotens nominatur, quòd mentem vincat & teneat, vel non teneat: quoniam in ea omnis noſtra vis ſita ſit, ipſique ea ſponte noſtra videamur geſſiſſe maxime quæ ratione duce geſsimus. Ac illud quidem mi-
C nime dubium eſt, ſuam quenque noſtrum mentem eſſe maximè, eamq́ue à bono viro maxime diligi. Quapropter idem ſibi charus eſt maxime, alio genere charitatis, quàm quod vitio datur, à quo tantum abeſt & diſtat, quantum vita rationi conſentanea ei præſtat quæ perturbationi cõgruit, quantumq́ue intereſt inter honeſti appetitionem, eiuſq́ue rei quæ vtilis eſſe videatur. Ergo ii omnes, qui ſingulari quadã tenentur præclararum actionũ & officiorum cupiditate, in cõmendatione omnium laudeq́; verſantur. Quod ſi omnes ad virtutẽ ho-
D neſtaſque actiones quaſi certatim contenderent, & publicè omnes decus, & priuatim ſinguli ſummũ bonum adipiſcerentur, ſiquidem virtus ex eo genere eſt. Ita ſibi charus eſſe bonus debet. Nam & ſibi præclaris actionibus proderit, & cæteros iuuabit. At non debet improbus. ſiquidem & ſibi nocebit & proximis, præſertim cum prauis cupiditatibus obſequatur. Ac in deprauatis quidẽ quæ agunt ipſi, ab iis diſſentiunt quæ facere debent. Boni autẽ viri quæ debent, eadẽ efficiunt. Nam &

mens quod optimũ est eligit, & vir bonus menti obtemperat. E
Nam quod aiunt, multa virum bonum & amicorum causa & patriæ gerere solitum, & si opus erit, mortem etiam oppetere: id verũ est. Pecunias enim & honorẽ, & omnino cætera bona, de quibus homines inter se digladiari solent, contẽnet ac pro nihilo putabit, dum sibi honestatem ac decus retineat. Breui enim tẽpore summã malit, q̃ longo leuem percipere voluptatem: & vnũ annum bene ac præclare actũ, multis quoquo modo actis potiorẽ ducet: vnumq; officium præclarũ & magnũ, multis & paruis anteponet. Quod iis profecto accidit, qui pro F
amicis & pro patria mortẽ non dubitant oppetere: qui iidem sibi quidem magnũ decus assumunt, & diuitias pro nihilo ducunt, quo maiores opes amici consequantur. Nã cum diuitias & opes amici cõsequuntur, tum ipse decus & honestatem. Ita sibi maiora bona retinet ac vendicat. Eadem honorũ & imperiorum ratio est. Hæc enim amico omnia relinquet, ex quo decus sibi laudẽq; cõparabit. Rectè igitur bonus videtur is qui rebus omnibus antefert honestatem. Atq; etiã fieri potest, vt amico rerũ actione concessa, pulchrius sit, eũ amico gerendæ rei causam extitisse, q̃ si ipse gereret. Quare hoc iam perspicuũ G
est, bonũ virum honestatis plus sibi ex iis rebus omnibus quæ ad laudẽ valent, assumere solere. Atq; hoc quidem modo quo diximus, decet diligentem esse sui: quomodo solent plerique,
9 non decet. Hoc etiam de beato quæri solet, vtrum amicis, necne, ei sit opus? Beatos enim eosque omnes qui se ipsi cõtenti sunt, amicorum præsidia negant requirere. nam omnibus eos copiis & opibus abundare. cum igitur se ipsi contenti sint, nullo egere. Amicum porrò cum quasi alter idẽ sit, quod quisque minus per se possit, id suppeditare. Ex quo illud,

Opus quid est amicis, si deus fauet? H

Sed absurdũ sit cum bona omnia beatis attribuamus & concedamus, amicos non concedere, quibus nihil in bonis externis maius, nihil melius inueniri potest. Quòd si amici est beneficia dare potius q̃ accipere: & si est boni viri ac virtutis, benignè facere: pulchrius autẽ & præstantius amicis q̃ alienis subuenire: certe bonus vir quibus det beneficia requirat necesse

A est. Quocirca quæri solet, vtrum rebus aduersis magis, q̃ secũdis desyderentur amici: ꝙ calamitosi qui opem ferant, & qui beati putantur, de quibus bene mereantur, requirant. Atque etiam illud fortassis alienum sit, beatum constituere solitariũ: præsertim cum nemo velit in summa solitudine omnibus opibus circunfluere & copiis. Est enim homo ad ciuilem congregationem, coniunctionemque vitæ natus. Hoc igitur beato adest, qui omnibus, quæ vi sua & natura bona sunt, sit præditus & ornatus. Atqui hoc quidem perspicuum est, cum amicis & bonis melius esse, q̃ cum alienis & quibuslibet viuere.
B Est igitur amicis opus beato. Quæ est igitur superiorum sententia, quoque modo vera est? An id volunt, plerosque amicos eos potissimum putare, ex quibus sperant se fructum esse capturos? Cuius quidem generis nullum requiret beatus, quippe qui omnibus sit copiis præditus, neque eorum quenquam, qui delectationis suauitutisq; causa parantur, nisi paulum admodum. Quoniam enim vita ei suauis est & iucunda, nihil voluptatis ascititiæ indiget. Nec si amicos eiusmodi nõ desyderat, continuò videtur nullos requirere omnino. Quod fortasse nõ
C ita est. Initio enim dixi beatitudinem in actione quadam consistere, & perspicuum est actionem gigni, non adesse, nec permanere ritu possessionis. Quod si beatitas omnis in vita & actione consistit: boni autẽ viri per se & propter se bona est & iucunda actio, vt initio dictum est: sua etiã quemq; delectant: & cernere proximum quemque magis q̃ nosmetipsos possumus, illorumque res & actiones, quàm nostras: bonorum quoque qui amici sunt actiones bonos viros delectant, præsertim cum iis vterq; bonis præditus sit quæ sua vi & suapte natura bona sunt: efficitur vt beati amicos eius generis desyde-
D rent necessario. Si quidẽ intueri vult actiones & facta præclara & sua, quo ex genere sunt illa amici qui sit vir bonus. Huc accedit ꝙ beatum iucundè viuere putãt oportere. Itaq; in solitudine agẽti, molestiarũ ac curarũ vita plenissima est. Nec enim facile est eũ qui degat in solitudine, cõtinue in rerũ actione versari: cũ aliis & apud alios multo facilius. Futura est igitur ita deniq; actio diuturnior, si iucunditas per se accesserit,

quod inesse debet in beato. Nā vir bonus, quia bonus est, hone- E
stis delectatur actionibus, turpibus offenditur. sicuti musico-
rum aures suauibus sonis permulcentur, offendunturq; cōtra
riis. Atq; etiam ex vita victuq; communi, inter bonos exerci-
tatio quædā virtutis comparatur. vt etiam Theognidi placet,

Te bonus instituet bene, virtutemque docebit:
Improbus inficiet teque animumque tuum.

Qui autem longius à natura causam petunt, iis videtur vir bo-
nus suapte natura expetendus amicus esse viro bono. Quod e-
nim per se suaque vi bonum sit, id docui bono viro sua spon- F
te bono esse ac voluptati. Atqui vita in animantibus vi sen-
sus definitur, in hominibus vi sensus & intelligentiæ. Sed vim
actio rerum consequitur, & laus omnis in actione consistit.
Viuere autem est propriè sentire & intelligere. Vita etiam in
iis est quæ per se bona sunt & iucunda. Nam definita certaq;
est, & quod certum est ad naturam boni viri accommodatum
est. Quod autem suapte natura bonum est, omne bono viro
bonum videtur. Quocirca suus status quenque delectat. Sed
non est designanda vita vitiosa & deprauata, neque doloribus
cruciatibusve cōfecta. Vt enim quæ insunt in tali vita, sic ipsa G
incerta infinitaque est. Quod ex iis quæ mox de dolore dicā,
erit multo euidentius. Quòd si ipsa vita bonum est, & iucun-
dum. Quod hinc perspici potest, quia cum omnes, tum vel
maximè boni beatique eius cupiditate ducuntur. Nam & his
expetenda est maximè, & illorum vita beatissima est. Qui au-
tem cernit, se cernere sensu percipit: & qui audit, se audire:
& qui ambulat, se ambulare: itemque in cæteris quiddam est,
quod nos agere percipit. Atqui sensu percipere possumus nos
sensu percipere, & nos intelligere ipsi intelligimus Sensu por-
rò & animo aliquid percipimus, quia sumus & in vita ma- H
nemus. Nam esse, & in vita manere est, vel sensu vel animo
percipere. Atqui sentire se quenque viuere in iis est, quæ
sunt suapte natura iucunda. Nam quia per se vita est in bo-
nis, idcirco sensus alicuius rei bonæ quæ adsit, suauis est. Vita
autem cum omnibus expetenda est, tum maxime bonis, quòd
eis status suus cuique bono sit & voluptati. Sensus enim eius

A quod ſuapte natura bonum ſit,eos delectat. Quemadmodum
porrò in ſe bonus vir, ſic in amicum animatus eſt. Eſtenim a-
micus alter idem. Vt igitur ſuus cuiq;,ſic aut pari propemodũ
ratione, ſtatus amici expetendus eſt . Status autẽ ob eam cau-
ſam expetendus eſt,vt diximus, quia ipſum ſibi bono eſſe,ſen-
ſu perciperet, qui quidẽ ſenſus per ſe ipſe delectat . Amicum
ergo neceſſe eſt beatus in vita manere ſentiat . Quod vita vi-
ctúſque cõmunis,ſermonũq́ue ac conſiliorũ omnium efficiet
ſocietas & cõmunio . In ea enim vitæ degendæ ratione homi-
B num inter ipſos conſiſtit coniunctio, non vt pecudũ, in paſtu
ciboq́ue cõmuni. Quòd ſi ſtatus propterea beato per ſe expe-
tendus eſt,ꝙ ſit ſua ſponte in bonis,& iucundis,in eodem au-
tẽ genere eſt amici ſtatus:fit vt amicus in iis numeretur, quæ
beatus expetere debeat. Quod autem ei optabile eſt, ei adeſſe
debet,aut hac parte aliquid ei deerit . Amicos igitur veros &
viros bonos,qui futurus eſt beatus, deſyderabit. Sed v- 10
trum parandi ſunt amici multi , an quẽadmodum in hoſpita-
litate rectè dici videtur, nec multitudine opus eſſe hoſpitum,
C neque omnino deſertũ eſſe oportere:ſic deceat in amicitia nec
deſertum eſſe ab amicis,neque multitudinẽ amicorũ ſibi ad-
iungere,magna quæſtio eſt. Ac in iis quidẽ qui vtilitatis cauſa
fingunt amicitias , quod dictum eſt,valere videatur. Difficile
eſt enim multis referre gratiã, neque ad id agẽdũ ſatis ſit vita.
Quocirca multis eorum quibus res familiaris abundè ſuppe-
tit , ſuperuacanei ſint afferántq; impedimẽtũ ad vitam hone-
ſtè degendã . Non eſt igitur his opus. Iis etiã qui delectationis
iucunditatiſq́ue cauſa amicitiæ præſidia quærunt, pauci ſatis
D ſunt amici,ſicuti in delitiis condimentũ. At verò boni viri v-
trum multos parare debent? an vt ciuitatis,ſic multitudinis a-
micorum certi ſunt termini conſtituti ? Neque enim ex decẽ
hominibus conſtat ciuitas,nec ſi in centũ millia excreuerit,e-
tiamnum ciuitas eſt.numeruſq́ue fortè nullus eſt niſi is omnis
qui inter certos aliquos & definitos conſtitutus eſt. Ergo ami-
corũ quoq; multitudinis certi ſunt quidã fines & termini cõ-
ſtituti. Et fortaſſe multi adiungendi ſunt, quibus cũ liceat vitã
traducere , cùm præſertim id amicitia digniſſimũ eſſe videa-

tur. Nec verò dubium est, fieri non posse vt quisquã vitæ societate cum multis coniunctus, iis se quasi det & impertiat. Iam verò illi etiam coniuncti sint amicitia oportet: siquidem omnes vita victuque communi consociati sint: quod certè in multis difficile est. Difficile est etiam & rebus prosperis gaudere, & aduersas grauiter ferre cum multis. Concurrere enim hæc possunt, vt cum vno voluptate afficiatur, doleatq; cum altero. Quapropter forte hic præclare agetur, si minus quàm plurimos amicos quæramus: at tantum certe numerum, quantus sat sit ad vitæ degendæ institutum. Neque enim fieri videtur posse, vt cuiquam valde chari sint plurimi. Itaq; ne in amoribus quidem fieri potest. Est enim certe excellens quædã ac præstans amicitia, qua vnus cum vno coniungitur. Quare siqua sit magna & excellens amicitia, ea vni cum paucis intercedat necesse est. Quod etiã rerum vsu, ac re ipsa experimur. Neque enim inter multos ea iungitur quæ sodalibus inter ipsos est amicitia. Et quæ celebrantur efferunturq; laudibus, eæ inter duos iunctæ feruntur. Qui autẽ multitudinem, & quasi cohortem sibi adiungunt amicorũ, quique se familiariter gerunt cũ omnibus, ii amici nemini videntur, nisi more vrbanorum, quos vocant comes & affabiles. Quapropter vni qui etiã ad voluptatem non loquatur, sed qui vere sit bonus, amicitia cum multis, ciuium propria illa quidem, intercedere potest: amicitia autem quæ virtute & amicorũ causa contrahitur, nõ potest. Ac recte agitur, si paucos huius generis repe-
11 riamus. Atque etiam hoc quæri solet, vtrum rebus secũdis magis, q̃ aduersis amici desyderantur? Nam in vtroque genere quæruntur. Nam & ii qui aduersa vtuntur fortuna, opis indigent: & qui secunda, conuictores requirunt, & quibus benigne faciant, præsertim cùm aliis beneficia cõferre velint. Ac rebus quidem aduersis magis sunt illi quidem necessarii, ꝙ in hoc genere ii quærantur ex quibus fructus percipi posit. sed nescio quomodo maius ornamentum rebus secundis adferũt. Itaque viros bonos sibi adiungunt, ꝙ & iis subuenire, & cum iis viuere optabilius ac melius esse videatur. Suauis est enim amicorum præsentia & in prosperis rebus & aduersis. Mœro-

A res enim & luctus facit amicitia communicans partiensque leuiores. Quocirca quæret aliquis, vtrum doloris quasi oneris socii sint amici, an non ita sit, sed eorum iucunda præsentia, sensusque communis doloris minorem faciat ægritudinem? Ac vtrum ob eas causas, an ob rem aliquam aliam leuetur eorum dolor, omittamus exponere. quanquam id, quod dixi, euenire videmus: & eorum quodammodo mixta præsentia videtur. Nam amici aspectus suauis est ei præsertim, qui in miseriis luctuque versetur, in eoque ad depellendum dolorem
B præsidium quoddam est paratum & constitutum. Amicus enim si verus sit ac ingenuus, aspectu & sermone consolari potest. Nam cum eius habeat mores cognitos, quibus ille rebus moueatur, & offendatur, intelligit. Sentire autem alterũ suis incõmodis dolere, molestum est. Nam quoniam omnes cauẽt ne amicis causas doloris afferant, idcirco qui sunt magno fortique animo præditi natura, dant operam, ne amici in partẽ veniant doloris sui. Quòd si minus superet indolentia, eũ qui eos premit, nõ ferunt dolorem. omninoque eos respuunt, qui
C socios se præbent lamentorum: propterea quòd ne ipsi quidẽ propensi sunt ad lamentandum. At verò mulierculæ similesque muliercularum viri eorum potissimum consuetudine delectantur, qui socios se præbent gemitus & lachrymarũ, eosque loco amicorum diligunt. Sed par est scilicet in omni re optimum quenque imitari. In rebus autem asperis, iucundam vitæ consuetudinem & coniunctionem, sensumque suauem efficit amicorum præsentia, quòd iisdem rebus bonisque moueãtur. Itaque vltro ad societatem & communionem pro-
D speritatum amici vocandi sunt: (nam pulchrum est benignitate vti diligenter) ad societatem verò calamitatum, timidè, ac raro. Neque enim rectum est cum amicis aut bene meritis mala communicare. Ex quo factum est prouerbium, Satis ego superque miser sum. Tum autem vocandi sunt maxime, cum leui suscepta molestia, ei profuturi sunt plurimum. Contraque decet ad eos qui calamitate premuntur, inuocatum & studiose venire: siquidem amici est liberalitate vti in eos præsertim qui opis indigeant, & in eos qui non rogarint. nam in

vtroque præclarius eſt & ſuauius. At verò in proſperitate,ſi a- E
ctionis officiiq; cauſa poſtulet,ſtudioſe ad amicum eundũ eſt.
eius enim rei gratia,amici deſiderantur:ſin vt beneficium ac-
cipias, ſenſim id timidéque faciendum. Non enim decorum
eſt,vltro paratum eſſe ad petendũ præſidium. Sed tamen vitã
da eſt forſitã in denegando quod petitur,offenſionis quæ non-
nunquã ſuſcipitur opinio. Ergo hoc quidem perſpicuũ eſt, in
omni fortuna amicorum eſſe expetendam præſentiam.

Sed vtrum vt amantibus ipſe aſpectus chariſsimus eſt,ii-
12 q́ue ſenſum hunc præ cæteris expetunt, ꝗ in eo potiſsimum F
amor verſetur, indeq́ue naſcatur: ſic amici vitam victumq́ue
communem maximè exoptant? Nam & communitas quædam
amicitia eſt,& quo modo in ſe quiſque affectus eſt,eodem er-
ga amicum. Atqui ſuus cuique in ſemetipſo optabilis eſt ſen-
ſus. Et in amico igitur. Eius autem ſenſus munus & officiũ in
vita victuq́ue communi cernitur. Iure igitur vitæ ſocietatem
expetunt. Itaque in quo quiſque ſtatum vitamq́ue ponit, &
quo omnes vitæ degendæ rationem referunt, in eo vitam vo-
lunt cum amicis conſumere. Quocirca alii vnà conuiuantur, G
alii vnà ſe talorum ludo oblectant, nõnulli ſe exercent vnà &
venando & philoſophando: in iiſque totos dies & ætates con-
terunt,quæ quiſque in vita maxime adamauit. Quoniam e-
nim viuere cum amicis vnà cupiunt,ea faciunt ipſi: earumq;
rerum coniunguntur communione, in quibus conſuetudinẽ
vitæ putant conſiſtere. Quapropter improborum mala amici
tia eſt,qui cum inſtabiles inconſtanteſq́ue ſint,rerum malarũ
ineunt ſocietatem: ſimileſq́ue ac pares inter ſe,facilè corrum
puntur. At verò bonorũ præclara & honeſta eſt amicitia,quæ H
vſu & conſuetudine confirmatur. Videntur etiam progreſ-
ſum in virtute facere,officiis emendationeq́ue communi. Al-
ter enim ab altero ea exprimit, quibus percipiant voluptatẽ.
Hinc illud,
Te bonus inſtituet bene,virtutemq́ue docebit.

Ac de amicitia quidem hactenus. Supereſt vt de volu-
ptate dicamus.

SEQVITVR forſitan vt deinceps de voluptate 1
diſſeramus, quandoquidem generi noſtro videtur
eſſe coniunctiſsima. Itaque pueros inſtituunt vo-
luptate ac dolore gubernare. In eo etiam vis maxi-
ma eſt ad virtutem quæ more perficitur, ſi quis bonis rebus
letetur, doleátque contrariis. Patent enim hæc omnia per o-
mnem vitam latiſsimè, in iiſque magnum momentum, víſque
magna eſt ad virtutem & beatam vitam. Nam & quæ iucun-
B da ſunt, omnes ſequuntur, & quæ moleſta declinant. Quæ
cum ita ſint, minimè prætermittenda fuit hæc diſputatio,
præſertim cum magnam hæc ipſa adferant dubitationem.
Alii enim, vt Eudoxus, voluptatem ſummum bonum eſſe di-
cunt, alii contrà valde magnum malum. Ac illi quidem ad-
ducti ſunt fortè vt ita eſſe credant: hi ita denique melius a-
ctum iri putant cum vita noſtra, ſi voluptas, quanquam non
ſit, tamen ponatur in malis. procliuem enim ad eam multitu-
nem eſſe, ac ſeruire voluptatibus. Itaque flectendam & dedu-
C cendam eſſe in partem contrariam. Sic enim perueniri poſſe
ad mediocritatem. Sed hæc nulla ex parte vera eſt aut honeſta
oratio. Omnis enim quæ de perturbationibus & officiis inſti-
tuitur oratio, minorem quàm facta ipſa, habet auctoritatem.
Cùm igitur dicta ab iis diſcrepant quæ perſpicua ſunt ſenſi-
bus, tum ea contempta, veritatē ipſam tollunt funditus. Nam
qui voluptatem quam viſus eſt ſequi aliquando, vituperat, is
ad eam procliuis videtur, quaſi non ſit ex eo genere quælibet.
Non enim multitudinis eſt diſcernere. Quapropter oratio ſi
vera ſit, non ſolum ad intelligendum, verum etiam ad viuen-
D dum valet plurimum. Si enim factis & vitæ congruat, tum
comprobatur. Quocirca eos hortatur, à quibus intelligitur,
vt vitam ad ſe quaſi ad normam dirigant. Sed hæc hactenus.
Nunc ea explicanda ſunt quæ de voluptate feruntur. Eu- 2
doxus quidem voluptatem ſummum bonum dicebat, quòd
omnia videret eam ſequi & quæ ratione vterentur, & quæ
eſſent expertia. In omni autem re quod bonum ſit, expeten-

m

dum esse, & optimum quicque maximè. Atqui eam summũ E bonum esse omnibus, ex eo declarari, quòd ad eam toto impetu omnia ferrentur. Omnes enim quod sibi bono sit reperire, sicuti cibum. Quod igitur omnibus bono sit, quodque omnia expetant, id summum bonum esse. Quæ eius rationes comprobatæ sunt non sua vi solum & pondere, sed multo magis bonitate ipsius & moribus. Præstanti enim ac singulari habitus est temperantia. Non igitur tanquã voluptatis amans hac vti oratione videbatur, sed quòd res re vera ita haberet. Nec verò ex contrario minus perspicuum fieri putabat. Dolorem enim F omnibus per se esse fugiendum, itemque expetendum cõtrarium. Maximè autem expetendum esse, quod rei nullius causa sequeremur. qualis esset voluptas, consensu omnium. Neminem enim quærere, quamobrem voluptate afficiatur, quòd per se & propter se sit voluptas expetenda. Quæ si ad bonum quoduis adderetur, veluti ad ea quæ iusta & modesta sunt, magis id expetendum efficere. Accessionem igitur bonorum ipsius accessione fieri. Atqui hæc quidem oratio non magis voluptatẽ in bonis videtur, quàm aliud ponere. Quicquid enim G bonum est, omne coniunctum cum alio, optabilius est & magis expetendum quàm ipsum separatim. Qua etiam ratione Plato refellit esse summum bonum voluptatem. Magis enim expetendam cum prudentia coniunctam iucundam vitam, quàm ipsam separatim. Quod si pluris sit coniuncta voluptas, non esse in ea summum bonum. Nullius enim accessione boni, summum bonum magis expetendum effici posse. Illud autem perspicuum est, non posse quicquam aliud summum bonũ esse, quod coniunctum cum alio quod per se bonũ sit, ma- H gis expetendum & optabilius existat. Quid ergo est eiusmodi cuius nos etiam participes sumus? nam tale quæritur. Qui nanque negant summum bonum id, quod omnes appetunt, ii nihil dicunt. Quod enim videtur omnibus, id esse dicimus. Nec qui tollet hanc fidem & opinionem, aliquid verisimilius probabiliúsue dicat. Etenim si sola mentis expertia eam expeterent, aliqua esset eorum oratio. Sin ea etiam quæ prudentia vtuntur, quid est quod posint dicere? Atque etiam corru-

A ptis & deprauatis hominibus fortaſſe à natura quædam boni particula tributa eſt, præſtantior & melior q̃ ſint ipſi per ſe, quæ bonum naturæ accommodatum expetit. Nec etiã videtur vera quæ de contrario adfertur, oratio. Negant enim ſi dolor malum ſit, continuo voluptatem eſſe bonum. Malũ enim malo eſſe contrarium & neutri vtrunque. Quæ cùm dicunt, nihil illi quidem abſurdum dicunt, ſed ab iis tamen quæ dicta ſunt diſſentiunt. Si enim vtraque ſint in malis, fugienda etiam eſſe oporteret: ſin neutrum ſit, aut alterum, eadem ratio eſt. Nunc conſtat homines voluptatem ſequi vt bonum, &
B dolorem fugere vt malum. Ita inter ſe ſunt contraria.

Nec ſi voluptas qualitas non eſt, idcirco in bonis non eſt: 3
quippe cùm nec virtutis actiones qualitates ſint, nec beatitudo. Contendunt autem bonum certum eſſe & finitum, voluptatem infinitam & incertam, propterea quòd acceſsionem & deceſsionem admittat. Atqui ſi percipienda voluptate id iudicant, idem valebit in iuſtitia cæteríſque virtutibus omnibus, quibus aiunt conſtare, homines eſſe cuiuſdam modi, id eſt, virtutibus eſſe præditos & magis, & minus. Alii e-
C nim aliis ſunt & iuſtiores & fortiores. Et poteſt aliquis quæ iuſta & modeſta ſunt & contentius facere, & remiſsius. Quòd ſi in voluptatibus nunquam cauſam adferant, cur ſint aliæ immixtæ & ſimplices, aliæ mixtæ & coniunctæ: quid prohibet, vt valetudo quæ certa ſit & finita, firmior eſt & infirmior, ſic maiorem fieri & minorem voluptatem? Non enim vel omnium eſt eadem temperatio, vel aliqua certa ſemper in eodem, ſed remiſſa ad tempus permanet: differtque acceſſione & deceſsione à ſuperiore. quod idem in voluptate poteſt contingere. Præterea cùm ſummum bonum perfectum
D quiddam & abſolutum ponunt, motiones autem & ortus inchoatos: voluptatem quidem motum & ortum oſtendere conantur, quod mihi inſcitè videntur dicere. Neque enim motus eſt voluptas, quandoquidem propria eſt omnis motionis velocitas & tarditas: etſi non per ſe, velut eius quæ mundo attributa eſt ad aliud. At neutrum horum voluptati accidit. Fieri enim poteſt, vt quemadmodum in ira, ſic aliquis cito

ſit in voluptate. vt autem voluptatem capiat cito, non poteſt, E
ne cum alio quidem. At vt ingrediatur quis, & creſcat, poteſt, & ſi qua ſunt eiuſdem generis. Fieri ergo poteſt vt celeriter tardéue ex dolore mutemur in voluptatem: vt autem cito cõuenienter voluptati agamus, id eſt, gaudeamus & afficiamur voluptate, non poteſt. Ortus porro quo tandẽ pacto ea futura eſt? Non enim ex re qualibet quiduis oritur, ſed occidunt in id omnia, vnde orta ſunt. & cui rei cauſam ortus adfert voluptas, eidem eſt dolor interitus cauſa. Atque etiam dolorem dicunt, indigentiam eſſe eius quod naturæ accommodatum eſt: F
voluptatem eius expletionem atq; ſatietatem, quæ ſunt perturbationes corporis. Si ergo voluptas expletio eſt eius, quod naturæ accommodatum ſit: in quo fuerit expletio, id profectò percipiat voluptatem neceſſe eſt. Ita corpus capiet voluptatẽ. At non eſt ita. Non eſt igitur expletio voluptas, ſed cùm adeſt ſatietas & expletio, tum quis voluptate afficitur: & cum ſecatur dolet. Ac mihi quidem certè hæc manaſſe ſententia videtur ex iis voluptatibus & doloribus, quæ ex cibo alimentóque capiuntur. Cum enim homines aliquid dolentes deſyderant, G
pòſt eius ſatietate capiuntur. quanquam non omnibus id voluptatibus contingit. Vacant enim dolore Mathematicæ voluptates, eæque omnes quæ ſenſibus olfactúque percipiũtur: atque etiam auditiones & aſpectus. multæ præterea recordationes & expectationes dolore carent. Quæ quidem cuius tãdem rei ortus ſunt futuræ? præſertim cum nullius fuerint indigentiæ quam explere poſsint. Nam iis quidem hominibus, qui obſcœnas voluptates adferunt, reſpondendum eſt, non eſſe iucunda illa, ex quibus illæ capiãtur. Non enim ſi homini- H
bus malè animo affectis & conſtitutis iucunda ea ſunt, idcirco putãda ſunt iucunda eſſe omnino & abſolutè, niſi fortè his talibus: ſicuti ne ægris quidem ſalubria videntur nec dulcia, nec amara. nec lippis rurſum alba videntur ea quæ perſpicua ſunt ſenſibus. Aut certè hoc modo dicatur, voluptates quaſdam expetendas eſſe, at non eas quidem quæ hæc conſequuntur: vt ſunt diuitiæ expetendæ, at non proditori. & valetudo eſt illa quidem expetenda, ſed tamen non ei qui veſcatur re

A qualibet. Aut ſpecie voluptates differre. Aliæ enim ex honeſtis capiuntur, aliæ ex rebus obſcœnis & turpibus. Nec quenquam delectare poteſt voluptas quæ ex rebus iuſtis capitur, niſi idem ſit iuſtus: nec quæ ex muſicis, niſi idem ſit muſicus. Eadẽ eſt ratio cæterarũ. Atq; etiam amicus, qui ab aſſentatore abeſt diſt..tque plurimum, facile declarat, non eſſe voluptatem bonum, aut eas certè ſpecie differre. Ille enim boni honeſtique cauſa congreſſus & conſuetudines ſequitur, hic voluptatis: quorum illud laudi ducitur, hoc vitio datur, ꝙ aliò eas referat conſuedudines, eoſque congreſſus. Nemoq; eſt qui iis
B velit voluptatibus perfluens, quibus pueri quàm maximè putant, in puerili mente degere omnem ætatem: neq; ex obſcœnis & turpibus factis voluptatem capere, nullo vnquam impendente doloris metu. Multarum etiam rerum ſtudio trahamur, etiam ſi nullam voluptatem adferant. vt videndi, vt recordandi, vt ſciendi, actioniſque virtutum. Nec intereſt, vtrũ ex iis voluptas conſequatur neceſſario: quippe cum ea ſequeremur, etſi nulla ex iis gigneretur voluptas. Ergo illud quidẽ perſpicuum eſt, nec bonum voluptatem eſſe, nec omnem ex-
C petendam: etiam illud, per ſe expetendas aliquas, quæ ſpecie inter ſe differant, aut iis rebus ex quibus oriantur. Ac de iis quidem quæ de voluptate & dolore diſputantur, hactenus.

Quid autẽ, qualiſve ſit, facilius, ſi paulo altius repetamus, 4
intelligetur. Aſpectus enim perfectus eſt quouis tempore. Nihil enim deſyderat, quod factum in poſterum, ipſius genus poſsit abſoluere. Huic eſt ſimilis voluptas, quæ tota eſt & perfecta. nullo enim tempore quiſquam capere voluptatem poteſt, vt ſi maiore tempore gignatur, eius genus poſsit abſolui. Ita ne motus quidem eſt. Motus enim omnis in tempore cer-
D nitur, finemq; aliquem & terminum ſpectat. veluti actio quæ in ædificando ſuſcipitur, tum perfecta abſolutaque eſt, cũ id quo refertur, abſoluerit, aut certè in eo toto tempore. At in partibus temporis omnes inchoatæ ſunt: differuntque ſpecie à perfecta actione, & illæ etiam inter ſe. Lapidum enim compoſitio à columnæ erectione differt, & hæ ipſæ à templi perfectione. Ac templi quidem ædificium & ſtructura vndique

perfecta est, cum ei nihil desit quod propositum fuerat: fundamenti autem & laquearium inchoata, non perfecta, quippe cum vtraque partis sit propria. Quapropter specie inter se differunt, nec potest in vllo, nisi in toto tempore, reperiri motus in suo genere perfectus. Similis est ratio ingressus & motionum cæterarũ omnium. Etenim si translatio motus est quo hinc illuc itur, & huius genera sunt volatus, ingressus, saltatio, & alia eiusdẽ generis. nec solum ita, sed in ipso etiam incessu. Terminus enim ex quo mouemur in aliũ, non est idem in stadio & in parte, neque in alia atque alia parte. Nec idem est huius & illius lineæ transitus. Non enim solum linea præteritur, sed etiã linea quæ in loco sita est. At in alio loco hæc atque illa præteritur. Ac de motu quidem aliis libris accuratè disputauimus, qui quidẽ non in omni perfectus tẽpore videtur, inchoatique sunt ac non perfecti multi, qui etiã specie inter se differant. siquidem termini, à quo motus incipit, & in quo desinit, speciem conficiunt. At verò voluptatis est in quolibet tempore perfectum genus. Ita perspicuum est & inter se specie differre voluptates, & in iis esse, quæ vniuersa, totaque sint atque perfecta. Quod etiã hinc perspici potest, quia nihil moueri nisi in tempore potest, at voluptate affici potest: quandoquidem quod in puncto est temporis, id totum est etiam atque vniuersum. Ex quibus hoc quoque perspicuum est, inscitè ab his in motu & ortu poni voluptatem. Neque enim hæc ipsa sunt rerum omnium, sed earum duntaxat quæ partes sunt, non etiam tota. Nec enim aspectus ortus est, nec puncti, nec vnius: nec quicquam eorum est motus aut ortus. Nec igitur voluptatis quidem, quæ est res quædam tota & vniuersa. Cum verò sensus omnis in eo munus suum exequitur, quod sub ipsum cadit: tum is qui bene affectus est, in eo probè munus officiumq; suum tuetur, quod omnium quæ sub sensum illum subiecta sunt, est præstantissimum. siquidem tale quiddam perfecta actio perfectusque vsus videtur maximè. Ac vtrum sensum agere dicamus, an id ipsum in quo ipse sit, nihil interest. Atqui in omnibus actio est optima eius qui optimè ad id affectus est, quod est omnium, quæ sensui subiecta

A sunt, nobilissimum. quæ eadem sit necesse est & absolutissima & suauissima. Est enim sua cuiusque sensus voluptas propria: itemque mentis & contemplationis. Vt autem quæque actio plurimum habet iucunditatis, ita est perfectissima. At ea demum perfectissima est, quæ ab eo proficiscitur qui bene affectus aptusque est ad eam rem gerendam quæ omnium optima est earum, quæ propositæ sunt sensui. Perficit autem actionem voluptas. nec verò ita voluptas perficit, vt res sensui subiecta, & sensus ipse, cum sunt integra. sicuti ne valetudo quidem & medicus eodem modo causa sunt cur valeamus. Illud

B autem perspicuum est, in omni sensu versari voluptatem, siquidem aspectus & auditiones iucūdas esse dicimus. Ac illud quidem etiam perspicuum est, ita denique summam voluptatem futuram, si sensus sit integerrimus, & in re aliqua eius generis occupatus: eiusmodi etiam sit res sub sensum subiecta, & res sensu percipiens. siquidem adsit quod agat quodque patiatur. Sed actionem absoluit voluptas, non vt ingenitus quidem habitus, sed ut quidam finis accedens. ueluti hominibus corroboratis iam confirmatísque ætatibus, pulchritudo solet

C accedere. Quandiu porrò res subiecta sensui vel intelligentiæ talis manet, qualis debet, itemq́; & quod iudicat & quod contẽplatur: tandiu futura est uoluptas in actione. Etenim si quod agit quodq́; patitur similia sint, eodemque modo inter se affecta: eadem res solet existere natura. Et quoniam uoluptate nemo continenter afficitur, aut laborem subit (humanæ enim res laborem sempiternum non possunt pati.) idcirco ne uoluptas quidẽ manet ulla sempiterna, cum præsertim actionem comitetur. Res autem quædam placent illæ quidem & delectant cum nouæ sunt: sed in posterum ob eam ipsæ causam

D non item. Primum enim inuitatur & allicitur animi cogitatio & in res ipsas tota intenditur: ut aciem oculorum intendunt ii omnes qui res considerant: deinde actio eiusmodi non consequitur, sed multo remissior. Ita uoluptas quoque omnis obscuratur. Omnes autem uoluptatem appetere, hinc intelligi potest, ꝙ omnes uitæ cupiditate ducuntur. Atqui uita quædã actio est. In iisque rebus & his quisque elaborat & uersatur,

quas maximè adamat. vt muſicus auditu in cantu. vt diſcendi E
cupidus, intelligentia in rerũ cognitione & contemplatione,
itemq́ue cæteri. At rerum actiones vndique abſolutas |volu-
ptas efficit, vitã etiam cuius cupiditate incenſi ſumus omnes.
Ergo voluptatem quoque expetunt, nec ſine cauſa, quippe cũ
vitam quam quiſque expetit, abſoluat. Vtrum autem vitam
voluptatis cauſa expetamus, an ad vitam voluptatem refera-
mus, nunc omittamus quærere. Copulata enim hæc inter ſe
videntur, vt neutrum ab altero nec diuelli poſsit nec diſtra-
hi. Nam & voluptas eſſe ſine actione nullo modo poteſt, & F
5 perficit omnem actionem voluptas. Ex quo perſpici po-
teſt, voluptates differre ſpecie. Quæ enim differentium ſunt
generum, ab aliis atque aliis perfici putamus. Differunt autem
mentis voluptates ab iis quæ percipiuntur ſenſibus. Cõſtat e-
nim ſic habere omnia & quæ natura, & quæ arte ſolent effici.
Vt animalia, vt arbores, vt pictura, vt ſtatuæ, vt domus. vt vas.
Patet igitur eodem modo, actiones etiam quæ ſpecie differũt,
ab iis compleri quæ ſpecie differant. Atqui quæ mente gerũ-
tur ab iis quæ ſenſibus, & hæ inter ſe diuerſæ ſunt. Et volupta
tes igitur quæ eas complent & abſoluunt. Idq́ue ex eo etiam G
intelligi poteſt, quòd vnaquæque voluptas cum ea coniuncta
eſt actione, quam compleat. Auget enim actionem ſua volu-
ptas. Acrius enim & accuratius iudicant exquiruntq; omnia
ii, qui rem gerunt & tractãt libenter. Vt geometræ fiũt ii qui
rebus geometriæ ſubiectis delectantur. iiq́ue omnia melius in
telligunt. Itemq́ue & muſicæ & architecturæ ſtudioſi, & cæ-
terarum artium ſinguli artifices ſuo quiſque operi acceſsionẽ
reperit, eo delectatus. Adaugent igitur voluptates. At quæ rẽ
augent, maiorémque efficiunt, finitima ac propria videntur. H
Quæ autem iis rebus quæ ſpecie differunt, finitima ac pro-
pria ſunt, ea etiam ſpecie differunt. Iam verò hinc etiam faci-
lius hoc ipſum intelligi poteſt, quòd quæ à diuerſis rebus ortæ
ſunt voluptates, actiones impediunt. Qui enim tibiarum can-
tù tenentur, non poſſunt verba quæ interim fiunt, aduertere,
ſi tibicinem modulantem audiant, cum maiorem voluptatem
ex numeris capiant, quàm ex præſenti actione. Voluptas igi-

A tur quam parit tibiarum numerus, eam labefactat actionem, quæ in oratione versabatur. Quod idem in aliis cõtingit, cùm simul in duas res intendimus. Quæ enim plus habet oblectationis, excludit alteram, eoque magis, quo maior voluptatis præstantia est, vt nihil agamus in altera. Itaque cùm vehemẽter nos res quælibet delectat, non admodum aliud agimus: & aliud agimus, cum non admodum alia res delectat. Quod iis vsuuenit, qui in theatro edunt bellaria: idque faciunt tum vel maximè, cum imperiti ignobilésque concertant. Quoniã aũt voluptas propria & delectatio accuratas facit & diuturniores B & meliores actiones: quæ autem alienæ sunt, corrumpunt & labefactant: perspicuum est inter eas interesse plurimum. Ferè enim idem faciũt alienæ voluptates, quod proprii dolores. Nam sua quamque actionem labefactat molestia. Vt si cui iniucundus molestúsque est scribendi labor, alteri ratiocinandi: ille scribere, hic ratiocinari non solet, quòd molestiæ plena sit actio. Ergo in actionibus contrà contingit voluptatibus iis quæ propriæ sint & accommodatæ, atque doloribus. C Accommodatæ autem sunt & propriæ eæ quæ actionem per se consequuntur. Alienæ verò dictæ sunt, quæ simile quiddã faciunt doloris. Interimũt enim, etsi non eodem modo. Præterea cum actiones aliæ bonæ sint, aliæ malæ, earumque nonnullæ expetendæ, quædam fugiendæ, aliæ indifferentes, eadem est ratio voluptatum. Sua enim cuiusque actionis voluptas est & delectatio. Quæ ergo prauæ propria est, eadem inhonesta & mala: quæ bonæ & honestæ, bona. Etenim rerum honestarum laudandæ sunt cupiditates, turpium vituperandæ. Sed actionibus interiores sunt & magis propriæ, quæ in D ipsis insunt voluptates, quàm appetitiones: quoniam hæ sunt ab illis disiunctæ & temporibus & natura: voluptates aũt ita propè accedunt ad actiones, adeoq; indistinctæ sunt, vt idéne sit voluptas quod actio, sit quæstio. non tamen videtur quidẽ voluptas esse cogitatio aut sensus, cùm id sit absurdũ. Sed quia non separãtur, idẽ videntur esse nonnullis. Vt igitur actiones, sic voluptates differunt. Interest autem aspectus à tactu puritate, & à gustatu tactus & odoratus. Similiterq; differunt in-

cuiusque animi affectione ducitur, maximè expetenda actio E
est. Et sapienti ea, quæ virtuti congruit. Non igitur est in ludo beata vita. Nam absurdum sit profectò, finem rerum omniũ in ludo ponere. totque ac tantas res gerere, tot vitæ pericula adire, tãta mala per omne tẽpus ætatis perferre, ob eã vnã causam, vt possis ludere. Omnia enim verè vt dicã, excepta beata vita, propter aliud expetimus. Est enim ea finis & extremũ omniũ. Multũ aũt studii curæq; ponere, & laborẽ ferre, vt ludas, stultũ quiddã & nimiũ puerile est. At ludere, vt serias res gerere possis, Anacharsidis sentẽtia concessum est. Quoniam F
enim ludus requieti & cessationi similis est, quoniamq; laborẽ ferre sempiternũ minimè possumus, cessatione opus est. Non est igitur in ocio & cessatione finis positus, quippe quæ ad actionem referatur. Beata autem vita, quæ bona est & seria, non in ludo, sed in virtute consistit. Quæque res bonæ & seriæ sunt, eas meliores dicimus iocis & lusibus, vt optimæ cuiusq; partis & hominis actio & virtus sit præstãtissima. At optimæ cuiusque partis actio optima est, & beatæ iam vitæ maximè propria videtur. Voluptatibus autem corporis frui quiuis potest, etiam mancipium, non minus quàm vir optimus. At be- G
atitudinem mancipio nemo tribuat, nisi etiam vitam honestam. Non enim in his vitæ degendæ rationibus beata vita, sed in virtute cõsentaneis, vt antè dixi, actionibus officiisq; cernitur.

7 Quòd si beatitudo actio est virtuti congruens, cõsentaneum est, vt sit optimæ cõsentanea, quam eandem sitam esse necesse est in parte optima, siue ea quidem mens est, siue alia pars aliqua, quæ naturæ lege imperare debet ac regere, notitiamque in se rerum honestarum ac diuinarum continere, seu diuina quædam res etiam est, seu in nobis ea nihil est diuinius: in eius certè actione virtuti propriæ consentanea com- H
pleta & absoluta beatitudo ponetur, quam eandem in cognitione & contemplatione consistere, suprà demonstratum est. Id quod videri potest & superioribus respondere, & conspirare cum veritate. Omnium enim actionum nulla est hac præstantior, nulla melior, nulla denique diuturnior & permanentior. Nam & mente nihil in nobis est, & nihil iis quæ sub

A mente ſubiecta ſunt ad cognoſcendum, diuinius. Eademque cõtemplari diutius, quàm quiduis agere poſſumus. Præterea voluptatem putamus copulari & connecti debere cum beatitudine. Omnium autem actionũ quæ à virtute manant, nulla eſt iucundior omnium conſenſu, nulla ſuauior ea, quæ à ſapiẽtia proficiſcitur. Itaque mirabiles quaſdam ſapientia puritate & ſtabilitate habet oblectationes. Atqui cõſentaneum eſt doctos quàm dubitantes & inſcios, ex ſtudio maiorem percipere voluptatem. Illaque quæ fertur ſatis ampla, & ſe ipſa con-
B tenta ratio, in rerum cognitione & contemplatione conſiſtit maxime. Omnium enim rerum quæ ad vitam degendã ſunt neceſſariæ, & ſapiens vir & iuſtus, & cæteri omnes indigent. Quorum omnium vt ſatis magnis copiis abundent, tamen vir iuſtus apud quos & quibuscum res iuſtas tractet, deſyderabit. Itemque moderatus & fortis & cæteri. At vero ſapiens etiam ſolus poteſt in rerum cognitione verſari, eoq; magis quo erit maiore ſapientia ornatus & inſtructus. Cui quanquam fortaſsis melius eſt miniſtros præſto eſſe, tamen ſe ipſe eſt con-
C tentus maximè. Beatitudo etiam ipſa propter ſe ſola videtur expeti, quippe ex qua præter contemplationem nihil conſequatur, & ab iis rebus quæ geruntur præter actionem plus minuſve præterea aſſumamus. Quæ eadem in otio & ceſſatione videtur cõſiſtere. Negotia enim ſuſcipimus, vt in otio ſimus: & bella gerimus ob eam cauſam, vt in pace viuamus. Ac virtutum quidem vſus & munera earum quæ ad actionẽ rerum valent, in ciuilibus bellicisq; rebus vigent maximè. quæq; in his verſantur actiones & officia, negotioſa vidẽtur. Ac bellicæ q-
D dem omnino. Nemo enim bellum quia bellũ eſt gerere inſtituit, neq; bellum parare. Crudelis enim videatur omnino, ſi quis cõtra amicos bellum inſtruat, vt pugna edatur, fiantque cædes. Eſt autẽ ciuile officium in negotio, eique præter Reip. adminiſtrationem propoſita ſunt imperia & honores: aut certè beatam vitã ille ſibi ciuibuſq; eã quærit quæ eſt ciuilis ſciẽtiæ propria, atq; ab hac longe diuerſa, quam quærimus, quãq; ab illa differe cõſtat. Quòd ſi virtutum actionibus & officiis bellica & ciuilia multo præſtãt & dignitate & magnitudine,

hæc autem actuoſa ſunt, ad finemq; aliquem referuntur, nec propter ſe expetuntur: certè mentis & animi ſapiens actio lõge excellere videatur, quæ & cognitione dirigitur, & præter ſe finem ſibi nullum proponit, & propriá habet oblectationẽ, qua ipſa maximè augeatur. Quocirca & quod ſatis eſt, & otiũ, & vacuitas defatigationis, quantum natura humana patitur, cæteraq; omnia quæ beato viro tribuuntur, hac ipſa actione continentur. Hanc igitur, ſi perfectæ & abſolutæ vitæ vſura acceſſerit, completam beatam vitam hominis licet dicere. Nihil enim in beata vita non perfectum poteſt exiſtere. Quæ talis vita profecto melior eſt, quàm vt attribuere eam ſibi homo debeat. Eam enim agat, non quia homo eſt, ſed quòd in eo diuinum quiddam incluſum eſt, quod quanto præſtat ei quod concretum eſt, tanto eius actio alterius virtutis actionibus antecellit. Vt igitur diuinum quiddã mens eſt cum homine cõparata, ſic vita ei cõgruens & conſentanea, diuina eſt ad humanam. Omneſque debemus, non, vt hortantur quidam, ſpectare humana cum ſimus homines, nec mortalia cum mortales: ſed quoad poſſumus, niti ad immortalem gloriam, omniaque perficere, vt vitam ex eo degamus quo nihil eſt in nobis præſtãtius. Etſi enim mole exiguũ eſt, at vi certè & dignitate multum rebus omnibus antecellit: quæ pars cuiuſq;, is eſt quiſque ſiquidem in nobis ſumma omnis eius eſt, eaque nulla præſtantior. Quo indignius videatur, ſi non ſuam quiſq; vitam ſequatur, ſed alienam. Accedit huc quod & antea diximus, & nunc dici par eſt, quod cuiq; tributum ſit à natura, id cuique eſſe & optimum & ſuauiſsimum. Et vita igitur homini eſt ſuauiſsima, menti congruens. ſiquidẽ eſt homo hæc pars maximè, quæ eadem vita etiam beatiſsima ſit neceſſe eſt.

8 Secundo loco vita dicitur ea, quæ reliquis virtutibus congruit, quòd actiones illis conſentaneæ ſint humanæ. Nam & iuſtitiæ nos & fortitudinis cæterarumq; virtutum muneribus officiiſque vltro & citro fungimur, cùm rebus contrahendis, vtendis, agendis, & perpetiendis, ſuum cuique tribuimus pro dignitate, quæ ad naturam humanam perſpicuum eſt omnia pertinere. Atque etiam à corpore quædam officia ducuntur, habetque cum

A perturbatione bonitas morum & virtus magnum cõmerciũ. Copulata etiam est & connexa prudentia cũ virtute, quæ spectatur in moribus: & hæc ipsa cum prudentia. Nã & prudentiæ initia manant ab his virtutibus quæ more perficiuntur: & quicquid in eis est quod bonum rectumque sit, id omne à prudentia ducitur. Atqui hæ ipsæ in perturbationibus inhærent, in eoque toto quod ex anima & corpore concretum est, sitæ sunt. cuius quoniam humanæ sunt virtutes, necesse est etiam vitam eam quæ ad eas dirigitur, & beatitudinem esse hu-
B manam. At verò quæ à mente vita & beatitudo proficiscitur, ab illa separata est. Hæc enim de ea dicta sint hactenus: quoniã de ea subtilius disputare, maioris negotii sit q̃ quod suscepimus. Sed paulum admodum hæc fortunæ bona & affluentiam, aut minus etiam q̃ quæ more perficitur, videtur requirere. Nam vt rerum ad viuendum necessariarum vsus vtriq; par sit & æquus, etiam si maior quædam ei qui in actione versatur ad res corporis cæterasque omnes eiusdem generis procurandas adhibenda sit diligentia (perexigua enim est distinctio) at
C certe in officiis & actionibus sequendis, plurimum inter eos intererit. Nam & liberali ad tuenda officia liberalitatis, pecunia opus erit: & iusto quidem ad referendam gratiam. Incertæ enim sunt voluntates hominum, multique cum iusti non sint, præ se ferũt iustitiæ speciem & opinionem. Forti verò vis est necessaria, si quid virtute gerere velit: & moderato viro licentia. Quomodo enim perspici poterit, vtrũ hac virtute præditus sit, an ab ea alienus? Vtrum autem voluntas & prima susceptio plus in virtute posit, an effectus, quoniam in vtroq; con
D sistit, quæstio est. Nec dubium quidẽ quin in iis duobus perfectio & quasi summa consistat. Sed actiones multa desyderãt eoque plura & maiora, quo maiores & clariores. At homo is qui in rerum cognitione versatur, res eiusmodi ad actionem nihil requirit, quinetiam verè ut dicam, impediunt contemplationem. Sed tamẽ quia homo est, uitæque usu cum multis implicatur, ut officia sequatur, idcirco his ei opus erit, ut more hominum uitam posit degere. Hanc autem undique completam & absolutam beatitudinem in actione quadam esse

cognitionis & contemplationis, hinc etiam perſpici poteſt. E
Deos enim putamus eſſe beatiſsimos. quas tandem iis actio-
nes, quæ officia tribuemus? Num iuſtitiæ? At nonne ridiculi
videbuntur, ſi & res contrahant, & depoſita reddant, cætera-
que faciant eiuſdem generis? An fortes dicemus eos qui res
aſperas perferant, periculaque adeant ob eam cauſam, quia
deceat? Num liberales? At cui largientur? Abſurdum etiam
videatur, ſi numum, aut tale quid habeant. An vero temperã-
tes? At quî eſſe poſſunt? An non laus ſit violẽta & importuna,
prauis eos vacare cupiditatibus? Atqui ſi per omnia actionum F
officiorumque genera expatiemur, perexiguam ſane laudem
& Deorum maieſtate indignam continere videbuntur. At-
tamen eos viuere omnes exiſtimant. Agere ergo etiam eos pu-
tant. Non enim par eſt, eos tanquam Endymionem, dormien-
tes facere. Sublata igitur agendi, faciendique ac multo etiam
magis, ratione, quid tandem viuenti Deo præter contempla-
tionem relinquitur? Ita Dei præſtans beatitudine actio in co-
gnitione & contemplatione cõſiſtat neceſſe eſt. Atque etiam
hominum actio vt quæque ad hanc proximè accedit, ita eſt G
beatiſsima. Idq; ex eo intelligi poteſt ꝙ cætera animalia ſunt
omnia expertia beatitudinis, cum huius ſint generis actione
omnino priuata. Nam omnis eſt Deorum beata vita, hominũ
autem quatenus in ea elucet quoddam eius actionis exẽplar.
At ex cæteris animantium generibus nullum beatitudinem
conſequitur, quod cognitionis & contemplationis nullo mo-
do ſit particeps. Quàm ergo late patet contemplatio, tam etiã
beatitudo: & quo maior aliquibus ineſt cognitio & contem-
platio, eo ampliorem beatitudinem conſequuntur, non teme- H
re & caſu, ſed contemplatione. Eſt enim per ſe plena dignita-
tis. Ita eſt in contemplatione beatitudo. Commodis autem ex-
ternis, cum homo ſit, indigebit. Imbecilla enim natura eſt ad
rerum contemplationem. Sed certè opus eſt corpus valere &
vigere, præſidiaque alimento neceſſaria reliquumque cultum
ſuppetere. Nec ſi beatus ſine bonis externis eſſe nemo poteſt,
idcirco multis & magnis beato fore opus putãdum eſt. Non e-
nim in nimia quadã rerum omnium abundantia & affluẽtia,

A ſatietas poſita eſt vel officium. poſſunt enim ii etiam qui ter-
ra marique non imperant, res gerere & magnas & dignitatis
plenas. Nam cui adſint modicæ ac moderatæ opes, is poteſt ea
efficere, & præſtare omnia quæ virtuti congruunt. Quod pla
ne cernere licet. Priuati enim homines, nihilo minus, ac mul-
to etiam magis virtutem colũt, quam ii qui ſunt in magiſtra-
tu. Atque hæ tales ſatis magnæ ſint copiæ. quandoquidem
vita futura eſt beata eius qui virtutem colet. Et Solon qui-
dem beatos recte profectò eos dixit, qui moderatis externis
copiis & commodis præditi, res geſſiſſent illuſtriſsimas, & tẽ-
B perate moderateque vixiſſent. Fieri enim poteſt, vt qui me-
diocres opes habeant, officium ſequantur. Anaxagoras verò
nec diuitem nec potentem quenquam beatum iudicare vide-
tur, quòd neget ſibi mirum viſum iri, ſi quis multitudini, quæ
ex bonis externis, quorum ſolum ſenſum habet, homines iudi-
caret, ineptus & ſtultus videretur. Atque orationi noſtræ ſa-
pientum quoque ſententiæ congruunt, quæ magnam quan-
dam habent illæ quidem auctoritatem, ſed tamen cum de of-
ficiis agitur, tum ex factis & vita, in quibus laus omnis verſa-
C tur, veritas iudicatur. Spectanda igitur ſunt in factis & vita
ante dicta omnia: quæ ſi cum factis conſentiant, comproba-
re: ſin diſcrepent, verba exiſtimare debemus. Vt autem quiſ-
que mentem vitæ actioniſque ducem maxime ſequitur & co-
lit, eſtque optime animo conſtitutus, ita eſt deo chariſsimus.
Etenim ſi Dii res curant humanas, ſicuti curant, profectò il-
lud quidem eſt cõſentaneum, vt re delectentur & optima, &
quæ generis ſocietate cum ipſis ſit coniunctiſsima, qualis mẽs
videtur eſſe: iiſque hominibus qui eam rem maxime ament &
colant, beneficia reddant, quod res eas curent illi quas habent
D charas, recteque ac præclare facta ſequantur. Nec verò dubi-
um eſt, quin hæc ipſa inſint omnia ſapienti. Ergo deo chariſ-
ſimus eſt, idemque beatiſsimus debet eſſe. Ita ſapiens maximè
eſt beatus futurus. Sed quoniam de his rebus, de virtuti- 9
bus, de amicitia, de voluptate ſatis multa dicta ſunt dilucide
ac pingui quadã Minerua: quæret aliquis, Num finis inſtituti
mei veniſſe putandus ſit, an, vt aiunt, cum officia & actiones

tradũtur, nõ est finis in cõtemplatione & cognitione positus, E
sed actione potius singulorum? Atqui ne virtutem quidem sa
tis est habere cognitam, dandaque opera est, vt & habere eam
& colere possimus. aut si quo alio modo mouemur, vt boni si-
mus. Nam si in verbis satis magna vis esset ad assequendam vir
tutem: iure profectò Theognidis sententia, magnum illa qui-
dem fructum ferrent, eaque cõparare sibi oporteret. Nunc ve
rò valere illa quidem vidētur ad hortandos excitandosq; ado-
lescentes liberaliter educatos: valēt etiam ad mores ingenuos
imbuendos, & ad verum honestatis studium, cum iã mores re- F
cta educatione exculti sunt: sed plerosq; ad virtutis honestatē
non possunt traducere. Neque enim pudore parere solent, sed
metu: nec deterret eos à facinorosa vita ipsa turpitudo, sed pœ
na. Cum enim se totos motionibus animi perturbatis dedide-
rint, suas quisque persequuntur voluptates, eaque omnia ex
quibus oriantur, fugiuntque dolores contrarios. Honesti au-
tem veræq; voluptatis, quam nunquam degustarunt, nec par-
tem norunt vllam, nec vnquam nosse voluerunt. Hos ergo ta-
les homines quæ tandem vis orationis possit à peruersa illa &
facinorosa vita ad rectam honestamque deducere? Non enim G
potest aut non facilè potest, si quid est penitus insitum mori-
bus, id oratio euellere. Sed contenti esse debemus profectò, si
iis omnibus adhibitis quibus probi videmur fieri posse, virtu-
tis compotes simus. Probos autem fieri alii natura putant, alii
consuetudine, plerique doctrina. Ac illud quidem perspicuũ
est, quod à natura ducatur officium, non esse illud quidem in
nostra situm potestate, sed à diuina quadam vi iis suppeditari,
qui verè sint beati. Orationis autem & doctrinæ vis nunquam
apud omnes idem valet, sed debet ante vt humus quæ semen H
fotura est, sic impotentis animus quibusdam moribus exco-
li, vt recte lætari ac dolere posit. Non enim audiat, intelligat
ve orationem dehortãtis is qui pareat perturbationibus. Qui
ita sit affectus, quo tandem modo verbis poterit deduci de sen
tentia? Omnino vero non oratione videtur, sed vi perturba-
tio posse sanari. Quocirca mores quodam modo ante inesse
oportet virtuti accommodatos, qui & honestatis amore &

A turpitudinis offensione moueantur. Difficile autem est, cum his legibus talibus non sis educatus ab ineunte ætate, rectam vitæ viam ad virtutem ferentem assequi. Nam cùm plerisque moderate & constanter viuere molestum est, tum adolescentibus maximè. Itaque præscribi educatio & studia debent legibus. quæ minus molesta futura sunt, si consuetudo adhibeatur. Nec vero fortasse satis est quidem ab ineunte ætate educationem rationemque viuendi rectam sequi, sed confirmatis iā ætatibus omnes oportet in his ipsis studiis versari, ad eaque adiungere consuetudinem. Atque in his quidem omninoque B per omne tempus ætatis legibus opus est. Plerique enim vi potius quàm ratione, & pœna magis quàm honestate ad officiū impelluntur. Quocirca quidam latores legum putant debere adhortari & incitare ad virtutem honestatis studio, quod cōsuetudine in primis sint obtēperaturi boni: in eos autē qui parere nolint, nec generosi sint, pœnas & supplicia constituere. At eos qui à peruersa vita detorqueri nullo modo possint, ex corpore Reip. exterminare omnino. Nā & bonum virū quiq; honeste viuat, rationi obediturum: & improbū qui voluptatis C cupiditate incensus sit, tanquam iumentum, dolore demum coerceri posse. Itaque pœnas aiunt eiusmodi extare oportere, quæ voluptatibus, quibus erant dediti, repugnent maximè. Si quis igitur bonus futurus est, primū recte, vt dixi, educari debet, consuetudinemq́ue exercitationis capere: deinde ita honestis studiis ætatem conterere, vt quæ flagitiosa sunt, nec inuitus, nec sua sponte admitttat. Quæ quidem omnia ita fient denique, si quis vitæ ducem mentem sequatur, & cui vis insit, rectam præscriptionem. Ac patrium quidem imperium nec cogit, nec vim aut necessitatem affert: neque cuiusquam D hominis vnius omnino, nisi qui rex sit, aut simili aliqua potestate præditus. At verò lex vim habet ad cogendum idoneam, quæ sit mens ratioq́ue prudentis. Et improbi quidem eos oderunt qui ipsorum obsistant appetitionibus, etiamsi recte hoc facere videantur. At lex non est inuisa, quippe quæ bonum æquumq́ue decernat. In sola autem Lacedæmoniorum ciuitate, ac paucis aliis, legislatori curæ fuit educationis disci-

plinæque ratio. In plerisque hæc neglecta sunt omnia, in quibus pro sua quisque libidine vitam agit: Cyclopúmque more & liberos instituit & vxorem. Ergo omnium rerum nihil est melius, nihil præstantius, quàm si recta disciplina publicè sanciatur, quam omnes sequi posśint. Quæ si publicè negligatur, tum par erit omnes ad virtutem adiumentũ adferre suis liberis & amicis, aut certè velle. Quæ omnino facultas penes eũ erit maximè, qui superiora hæc præcepta secutus, facultate legum ferendarum multum valebit. A lege autem publicæ disciplinæ ducuntur, sed rectæ à bonis. Vtrum autem scriptæ sint, an non scriptæ: aut vnúsne an multi his instituantur, nihil intersit: sicuti nec in musica, nec in gymnastice aliísq; studiis. Vt enim in Rep. ius legitimum & consuetudo, sic domi priuatim rationes paterníque mores & instituta valẽt: eóque magis, quòd generis inter eos & beneficiorum intercedit cõmunio. Amicitiam enim natura inter eos, animorumque ac voluntatum consensionem peperit. Iam verò vt in medicina, sic hic priuatæ à publicis disciplinæ differũt. Nam generatim omni homini qui æstu febríq; iactatur, prodest inedia & quies: at alicui forsan non prodest. Nec certè ludimagister pugilibus omnibus idem genus pugnæ præscribit & constituit. Priuatæ autem res ita demũ tractabuntur accuratius, si disciplina priuata adhibeatur. Omnes enim quod decorum est, assequuntur facilius. Sed ita deniq; summam curã & diligentiã rebus singulis & medicus & gymnastes & quiuis alius adhibiturus est, si genus totũ intelligat omnibus prodesse, vel his, vel illis. Scientiæ enim dicuntur ac sunt rerum vniuersarum propriæ. Et quanquam nihil fortè prohibet rectè curare aliquid eum, qui sit ille quidem inscius, sed tamen omnia notauerit & obseruarit longa meditatione, quæ quanq; rem consequantur: sicuti etiã sunt quidam medici, qui se ipsis curandis plurimum valent, & tamen alteri nihil opis ferre possunt: tamen nihilo minus ad res vniuersas debet fortasse contendere, eásque tenere quoad eius fieri poterit, is quidem qui se doctum & artificem esse velit. In his enim artes dicimus consistere. Ac si quis forsan suo studio & diligentia siue multos, si-

A que paucos meliores velit efficere, ei dāda opera est, vt ad leges imponendas aptus esse videatur. siquidem boni futuri sumus legibus. Neque enim in cuiuslibet situm est potestate, vt quē-uis etiam quem sibi proposuerit, rectè efficiat: sed si quis hoc potest, profectò peritus & doctus. id quod in medicina videre licet, reliquísque rebus omnibus, quarū est disciplina quædam & communis prudentia. Sed deinceps exquirendum est vnde aut quo tandem modo quis rationem condendarū legū possit assequi: an vt in cæteris fit, ab iis id petendum est, qui ciuili sciētia sunt præditi? pars enim ciuilis scientiæ videbatur:
B an potius non idem fit in ciuili scientia, quod in reliquis scientiis & facultatibus omnibus? In aliis enim eosdem constat, & artem ipsam tradere, & eadem duce fungi munere, vt medici, & pictores faciunt. Atqui res ciuili scientiæ subiectas se profitentur Sophistæ esse docturos, se autem eas gesturū esse nemo profitetur, sed ii qui Remp. gerunt: qui hoc ipsum vi quadam & vsu potius præstare videntur, quàm cōsilio atque ratione. Neque enim aut hæc mandant literis, aut de iis disse-
C runt, etsi præstantius sit profectò, q̄ vel iudiciales habere orationes vel conciones. Nec verò ciuili scientia erudierūt suos liberos, vel alios amicos. quod certè consentaneum fuisset, id si præstare potuissent. Non enim aut Reip. quicquam melius hac vi & facultate relinquerent, aut sibi adesse malint, aut iis etiam quos habent charissimos. Non tamen videtur parum adiuuare exercitatio. Neque enim scientiæ ciuilis consuetudo eos ad Remp. gerendam paratiores & instructiores faceret. Quocirca qui ciuilis scientiæ studio trahuntur, iis necessaria experientia est. Qui autem Sophistæ hanc profitentur
D scientiam, procul admodum ab eo absunt vt doceant: quippe qui omnino nec quid sit ipsa norint, nec quibus in rebus versetur. Non enim eandem quam Rhetoricen, nec inferiorem ponerent: nec facile esse putarent ferre leges ei qui probatas leges vnum in locum contulisset: licere enim deligere optimas, quasi delectus non sit prudentiæ, & iudicium verum non sit omnium maximum. Quod in musicis animaduerti potest. Qui enim in rebus singulis exercitati sunt, ii verè de offi-

ciis factísque iudicant: quibúsque rebus & quemadmodum E
perficiatur decorum, intelligunt, & quæ quibus congruant.
At imperiti contenti sunt, dum non ignorēt, rectè ne res acta
sit, an præposterè. quod in pictura contingit. Cum autem leges
rebus ciuili scientiæ subiectis sint similes, quo tandem pacto
quisquam per eas scientia legum ferendarum erit instructus?
aut quæ optimæ sint iudicabit? Non enim medici habēdi
sunt ii qui habent cognita quæ libris medicorum traduntur,
etiamsi non solum curationes conentur nominare, sed etiam
ægros curari posse, & quemadmodum sint adhibendæ F
curationes, suis cuiusq; expositis affectionibus. Quæ exercitatis
& peritis omnia magnum adiumentum adferant, insciis
non item. Ita fortasis legum ac rerum publicarū collecta instituta
eos adiuuabunt, qui rectène, an contrà, aut quæ quibus
conueniant, cognoscere ac iudicare poterunt. At qui ea
euoluent & percurrent, sine animi habitu, vt nunquam verū
inde quidem iudicium comparare posint, nisi fortuitu, at certè
prudentiores in his sunt futuri. Quoniam igitur superiores
prætermiserunt accuratè tractare, quæ ad scientiam legum ferendarū
pertinent, de iis forsan diligentius disputare est melius, G
ac de toto genere Reip. vt quæ in rebus humanis versatur
Philosophia, à nobis, quoad eius fieri poterit, vndiq; suis partibus
omnibus perfecta absolutaque videntur. Ac primum
quidem si quid à maioribus rectè traditum sit, sigillatim exponam:
deinde ex iis rebus publicis quas collegimus, quæ res euertant
Resp. perspiciemus, & quæ conseruent: & quid ita aliæ
rectè, aliæ contrà, administrentur. His enim cognitis, facillimè
fortasis & quæ omnium optima sit, & quemadmodum
singulæ constitutæ sint, & quibus legibus institutisque vtantur,
intelligemus. H

PARISIIS,

EXCVDEBAT IO. LODOICVS

TILETANVS.

1545.

IOACHIMI PERIONII BENEDICT. CORMOERIACENI DE OPTIMO GENERE *interpretandi Commentarij.*



PARISIIS
Apud Simonem Colinæum.
M. D. XL.

CVM PRIVILEGIO
in quadriennium.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI D.Francisco Bohero,Episcopo Maclouien.Ioachimus Perïonius Benedictinus Cormœriacenus S. P. D.

NON erat omnino clarissime Pōtifex,cur initio horum Commentariorum quos de optimo genere interpretādi & scripsi & inscripsi, hanc ad te epistolam adiungerem,nisi consilium meum librarij impediuissent. Nam cum eam epistolam quā decem libris præposui, quos ad Nicomachum filium Aristoteles de moribus scripsit,quósq; ad te conuersos de Græcis à nobis misimus, satis esse ad utrunq; opus decreuissem,librarijque hos ipsos commentarios postea communi omnium utilitate ducti,separatim edidissent, sic mecum ipse cœpi cogitare,nisi hoc facerem,nec ad quem hunc librum scriberem constare,nec testimonium ullum hac ex parte meæ in te fidei perpetuæq; deditionis extare ijs omnibus posse ad quos hi soli Commentarij peruenirent. Non ꝙ tua te benefacta & merita in alios, hominū laude potius quàm tuæ unius conscientiæ testimonio metiri putem, sed quòd tanta me tibi debere sentiam, quanta si unquam non dicam obliuione ulla obruam,sed præ me ferre ac prædicare scriptis meis desinā, omni ope diuina & humana indignus iure sim habendus. Vale præstantissime Pontifex. Lutetiæ Parisiorum XII. Calend. Octobr. M. D. XL.

M VLTA sunt & uaria ut dicendi, sic interpretandi genera. Itaq; nemo est ferè qui sibi aliquid ad interpretandū proponat, quin ea ipsa facultate dicendi quantulacunq; est præditus, studiosè id diligenterq; persequatur. Ac in ueteribus quidē & principibus latini sermonis auctoribus par fuit utraq; facultas, ut non aliter interpretarentur, ac dicerent. Idq; in Ciceronis, Salustij, T. Liuij scriptis animaduerti licet. Si quis enim quæ ab illis conuersa sunt de græcis, interiectáq; libris eorum, quæ multa sunt, legat, ei haud sanè eorum in his dißimilis uidebitur oratio. Pleriq; autem in hoc genere adeò uastos se & dispares præbēt, ut si eorū interpretatio cum alijs scriptis cōferatur, omnia nō ab uno sed à multis scripta esse uideantur. Quod cū alijs sæpe usuuenisse scio, tum mihi quidē sæpius q̃ uel cuperē, uel artium dignitas postularet. Epistolæ enim eius quā toti operi præponunt, ornatum quidē illū & splendidum sermonem offendo, at sequentis operis dißimilem omninoq; abhorrentem à superiore. Cuius rei & si illa mihi cōmunis causa ratióq; probatur, aliud esse cogitationes aliorum quæ incertæ sunt & necessariæ explicare dicendo, aliud animi sui sensa quæ libera sunt, flectuntúrq; ut uolumus, exprimere: tamen aliæ sunt quædam & maiores & grauiores, & ut mihi quidē persuadeo, ueriores. Vna, q, homines ij, de quibus loquimur, id prætermittunt & negligunt, aut uidentur certè, quod huius artis principium est & caput, sententiam eius libri quem cōuertendum suscipiunt, primum per singulas clausulas animo concipere, deinde secum ipsi cogitare, quemadmodū si rem quam animo tenēt, à se, non ab alio inuentam, exprimere dicendo uellēt, copiosè id splendidéq; facerent. Neque enim id quidem dubiū est, quin si in eo elaborarent, aliorum sensa & ex suis iudicarent, & iudicata pro suis haberēt. quæ eorum certè industria & diligentia superiori causæ locū iam nullum relinqueret. Nunc cum singula uerba & superstitiosius expendunt, & persequuntur curiosius, eam quasi religionem suscipere coguntur, ut nisi uerbum pro uerbo reddant, nunquam se auctoris sententiam putent consecutos. quasi uero linguæ omnes formulis ijsdem dicendi prorsus utantur. Altera est, quòd & si in uno aliquo artium genere excellunt, tamen in alio id præstare student, quod copiosè & ornatè tractare non poßint. Multi enim sunt, qui quod in multis disciplinis rectè intelligunt, tamen disertè non poßint explicare dicendo. Id quod perspici potest, cum in alijs multis artibus, tum uel maximè in Philosophia, cuius omnes partes q̃ ieiune, quámque exiliter & indisertè conuersæ sint de Græcis, uidemus. Id fit propterea quòd cum in his disciplinis & artibus indiserti sapientes sint, disertum sermonem ab eo prætermittunt discere, qui unus apud nos Philosophiam tractauit latinis literis, eámq; latinè docuit, quémq; unum huius rei magistrum omnes deligere debent. Nam cū multa sint & uaria ut dixi interpretandi genera, unus Cicero est profectò, qui in optimo ut dicendi sic interpretādi genere floruit. Nec in una mo=

do aliqua arte disciplináque, sed in omnibus quas quidem tractauit, hanc laudē & gloriam est consecutus. ut si quis diligenter omnia eius scripta euoluerit, generaq; dicēdi omnia eius obseruarit ac notarit, is mihi demū unus disciplinas omnes Græcorum disertè interpretari posse uideatur. Sed nescio quo modo hæc eius laus in Philosophia elucet maximè. Nam cum libri eius omnes quos de philosophia scripsit, Platonis, Aristotelis, cæterorúmq; Philosophorū referti sunt exemplis & sententijs, quarum alias tractat, alias ab ijs trāsfert: tum Platonis Protagoram & Timæum, Xenophontisq; Oeconomicon conuertit. qui omnes libri si extarent ab eo translati, profectò regula certißima esset ad quam dirigi possent eorum orationes, qui in hoc genere uersari & excellere studerent. Nunc solus Timæus aut eius libri particula potius est in manibus, ex quo tamen id quod nobis propositum est, optimum interpretādi genus disci compararíq; poterit. Atq; quo id omnes facilius cōsequi possent, putaui mihi & græca Platonis & latina Ciceronis his commentarijs adiungenda esse, ita tamen, ut pagina latina græcæ quasi ex altera parte responderet. Ob eámq; causam hunc ego librum de Optimo interpretandi genere inscripsi, in quo me Ciceronem fateor imitatum esse.. Vt enim ille librum unum de optimo genere aliàs Oratorum, aliàs dicendi inscripsit, quòd cùm Demosthenem & AEschinē optimos & præstātißimos oratores probauisset, eorū duas orationes aduersarias à se cōuersas, ex quibus optimū dicendi genus parari posset, proferret in lucē: sic ego cum Ciceronē in optimo genere interpretādi excelluiße intelligam, propter eius interpretationem, quam ut optimam omnibus propono ad imitandum, hunc librum qui eius exemplorum & præceptorum huius artis plenus est de optimo interpretandi genere inscribo. Nam cum in duabus causis & rationibus, quas modo de uitioso genere interpretandi attuli, peccari à multis, & in eo magnum errorem esse animaduerterem, quo modo optime conuerti latina possent de græcis, existimaui mihi suscipiendum laborem utilem, ut spero, studiosis, mihi si minus necessarium, at certe iucundum. Itaq; cùm in Aristotelis libris decem, quos de moribus scripsit ad Nicomachum filium, conuertendis, unum mihi Ciceronem ad imitandum proposuissem, non inuitus feci, ut quæ apud eum de hoc genere reperissem, traderem omnibus. Vtrum autem eū imitati simus, quoniam & id permagnum est, & turpe de se dicere, alijs existimare licebit, qui nostra legerint. Nam de optimo genere transferendi nō dubitabo profiteri, me præcepta multa huius artis apud eum late dispersa & dißipata unum in hunc librum contulisse, quibus legendis & tenēdis orationem, ut ille ait, latinā interpretantes efficiemus pleniorem. De quibus hic ante pauca præfari libet, quàm ad illa ueniamus. Propositū igitur sit omnibus, ea duo uitia, de quibus paulo ante dixi, omnino effugere. Iis enim uitatis, facile id optimum genus quod exquirimus, consequemur. Nā qui & rem. quam animo penitus cognorit ac conceperit, quēadmodum ipse à se inuentam & excogitatā tractaret

ac explicaret, uiderit, & in Ciceronis scriptis multum operæ studijq; posuerit: is omnia fere uitia effugerit. Si enim res spectabit, uerba autem nisi quatenus ad rationē sermonis nostri pertinebunt, negliget: certe uerbum ex uerbo sibi exprimendum nō putabit. Et si in scriptis Ciceronis multum erit uersatus, statim quæ singula uerba, quibus pluribus exponenda erunt, intelliget. Atq; ut omnes iā initio & quasi uestibulo artis huius uerbum pro uerbo nō eße reddendum intelligant, uerba Ciceronis subijciam, ex quibus nostra omnis manabit oratio. Scribit enim in lib. de finibus 3. his ferè uerbis, Nec tātum exprimi uerbū è uerbo necesse erit, ut indiserti interpretes solent, cū sit uerbum quod idem declarat, magis minúsue inusitatū. Equidem soleo etiam quod uno græci, si aliter non possum, id pluribus uerbis exponere. Quod idem multis locis alijs tradit, quos si res postulabit, imo uero quia postulabit, suis locis proferemus. Atq; hoc quidem præceptum Ciceronis adeò in corpore huius artis æquabiliter fusum est, ut eo sublato, nihil arti loci relinquatur: eo retēto, cætera facile cōsequi poßimus. Nā & ille indisertos interpretes eos uocat, qui cōtra faciant: & qui hoc sequi uelint, ij sese totos ad Ciceronem, quē unum optimum artis huius magistrum appellaui, conferent. Nec uero eos omnes qui sibi Ciceronem proponent ad imitandū, in hoc numero habēdos arbitror, sed eos tantum, qui id quod in hac arte plurimum ualet, græcos cum latinis eius libris coniūxerit. Neque enim qui græca separatim tractabit, itemq; latina separatim, simplicia aut coniuncta uerba utriusque linguæ quæ idem ualeant & declarent, facile intelliget. Nos quidem quoniam cum primum discere græca cœpimus, omnem nostram curam in hoc posuimus, ut quæ uerba singula, quibus pluribus, aut quæ singula singulis paria essent, cognosceremus. permultaq; uerba eius generis apud eum diligenter conquisita, idoneis locis exposuimus, ad quorum regulam cætera facile poterunt dirigi. Quare si cui hoc probabitur, is sic habeat, nihil ad hoc conficiendum aptius esse, nihil utilius, q̄ si græca & latina sint eiusdem generis. Neque enim si quis exēpli causa philosophiam moralē græcis literis explicatā sibi ad legendū proponet, orationes eo tempore aut rhetoricos libros aut epistolas euoluere debebit, sed eos libros tantūmodo, quibus illā philosophiæ partem persecutus est latinis literis. Similis est ratio cæterorum. Quod quidem nemo mediocriter eruditus negabit, cogitans, Ciceronem, quæ à Philosophis trāstulerit, ea in suos de philosophia libros, quæ à rhetoribus, in rhetoricos, quæ ab oratoribus in orationes potius q̄ in alios libros contulisse. Idq; eius legendis libris ita sum expertus, ut in omni genere graues insignésq; locos propè infinitos, in philosophicis philosophiæ, in rhetoricis artis dicēdi, in orationibus eloquentiæ ab eo cōuersos ac obseruarim & notarim. Atq; ille id in una re à se factum profitetur. Scribit enim primo libro de legibus prima pagina, hoc modo, Quòd si plane sic uerterem Platonē aut Aristotelem ut uerterunt nostri poëtæ fabulas, male, credo, mererer de meis ciuibus, si ad eorū

cognitionem diuina illa ingenia transferrem. Sed id neq; feci adhuc, nec mihi tamen interdictum puto. Locos quidē quosdam si uidebitur transferā, & maximè ab ijs quos modo nominaui, cū inciderit, ut id aptè fieri poßit, ut ab Homero Ennius, Afranius à Menandro solet. Nec id minus in Vergilij uersibus perspici licet, quos ille uel ab Homero, uel ab Hesiodo, uel ab Arato, uel à Theocrito transtulit. Num ille Theocriti uersus in AEneide, aut in Georgicis solet uertere? Aut Arati in Bucolicis, aut Hesiodi in AEneide? aut Homeri in Bucolicis? certe non. Sed Theocriti in Bucolicis, Hesiodi & Arati in Georgicis, in AEneide Homeri. Quanquam nihil prohibet eum interdum Arati aut Hesiodi carmen etiam in Bucolicis & AEneide transferre. Sunt enim apud eos uersus plerique qui ad multas res accommodari transferrique poßint. Quod idem facere nonnunquam solet Cicero. Multa enim se ex philosophia in orationes & epistolas multis locis contulisse confirmat. Quocirca non nego orationes & epistolas hac in parte esse utiles. Sed in præceptis artibúsque tradendis semper ex maiori parte ponderanda sunt omnia. Hoc igitur in hac parte propositum sit omnibus, Ciceronis libros eos quibus eædem res, quæ græcis, continebuntur, cum illis sedulò coniungere. Sic enim & simplicia uerba uniuscuiusque artis propria latináque tenebimus, & eadem inter se coniuncta & collocata disertè copioséq; tractabimus. Quem laborem qui fugiunt, ij multa sæpe uerba & simplicia & copulata ieiune & barbarè efferant necesse est. Nam cum multa sint uerba eiusmodi, quæ uerbum è uerbo exprimi possunt latinè, si alijs idem declarantibus ea non exponent, unóque illo semper utentur, quàm ieiuna & exilis eorum futura est oratio? Cúmque multa sint quæ non poßint uerbum ex uerbo exprimi, quid habent dicere, quin ineptè ea & indisertè interpretentur? Domesticis utar exemplis, ut res intelligatur. τέλος his decem libris de moribus persæpe dicit Aristoteles, quod finis ferè in philosophia exponitur ab ijs qui adhuc hos libros ad nos transtulerunt. Ego quoniam à Cicerone nunc extremum, nunc ultimum, aliàs summum pro fine dici animaduerteram, totidem uerbis exponendum putaui. Quod idem feci cum multis alijs explicandis uerbis, tum illo γίγνεσθαι, quod tum fieri, tum effici, tum nasci, tum oriri, tum esse, tum existere, tum gigni, sum interpretatus. Pauca de ijs dixi quæ uerbum è uerbo latinè illa quidem exprimi possunt, sed exprimenda sunt nobis pluribus si similitudinem, quæ satietatis est mater, effugere uelimus. Nam si interpretatio ad id unum excogitata esset, ut fideliter sensa aliorum hominibus traderentur, id quidem satis esset. Nunc quoniam interpretatio, oratio est, oratio autem illustris esse debet, copiosáque & splendida, efficiendum nobis est, ut his suis luminibus ne careat aut spolietur potius interpretatio. Huius generis permulta his commentarijs explicauimus. Id quod etiam in ijs præstitimus, quæ uerbum ex uerbo exprimi nequeunt. Quale est illud τὸ εἶναι, quod alij ad uerbū esse dixerunt, nos statum dici à Cicerone demōstrauimus. Eadē est ratio illius δόσις, quod illi dationem trāſ-

ex maiori parte

tulerunt, nos largitionem, cũ in bono dicitur. In cõiunctis autem uerbis maior quædam cura adhibẽda est. Neq; enim id modo uidendũ est, ut singula sint latina, sed etiã ut apta sint inter se, rectèq; cohæreãt. Neq; enim si παρέχειν præbere & præstare latinè dicitur, & ἔρως amor, & σοφία sapientia, & ἀρετὴ uirtus: idcirco latina hæc sit oratio, Sapientiæ amorẽ uirtus præstat uel præbet, sed illud παρέχειν exponendum est, uel affert, uel parit, uel, ut Cicero illud genus à Platone trãsfert, excitat. Quod idem in uerbis quæ iuncta Cicero, alij cõposita uocant, uidẽdum est diligenter, φίλαυτος enim à Cicerone aliàs charus sibi, aliàs sui diligens, aliàs qui se diligit, nũcupatur: quarum interpretationũ illius nullã cæteri magis inscitia & negligentia, q̃ de industria secuti sunt. Dixerunt autem eos homines amãtes sui & amatores, quibus uerbis & si utitur Cicero, nunquam tamen cum sui genitiuo ea solet cõiungere. Illud etiam intelligendũ est, multis locis uerbum singularis numeri apud Græcos eodem numero nõ posse conuenire. Tale est illud λόγον in hac locutione, ποιεῖσθαι λόγον. Neq; enim hanc locutionẽ, facere uerbum, latina ferre posit oratio, sed uerba facere dicẽdum est, uel habere sermonem. Quod etiam in singulis uerbis, & maximè neutris adiectiuorũ quæ uocãt obseruandũ est, ut τὸ πολὺ, nõ cõmodè dicas latinè multum, nec ὀλίγον paucũ, nec μέγα magnum, nec μικρὸν paruũ, sed plurali numero multa, pauca, magna parua. Innumerabila sunt eiusdẽ generis, quæ hoc loco proferre possum, sed in aliud tempus differenda censeo, cum idoneus locus de his disputandi hoc à nobis officium postulabit. Nunc enim ex his paucis quæ cõmemoraui satis est intelligi, id quod nobis propositũ fuit, si disertè q̃d è græco interpretari uelimus, hæc duo tenẽda esse necessario: unũ, ut uerbũ ex uerbo exprimẽdum nõ putemus: alterum, ut græca cũ latinis maximè Ciceronis eiusdem generis ferè cõiungamus. Quæ duo qui negliget, is nõ solum indisertè, sed barbarè etiam multa dicat necesse est. Atq; de his ipsis in nostris cõmentarijs multa & sæpe dicemus, atq; adeò inculcabimus eadẽ sæpe quibus locis inciderit, ut id apte fieri posit. Quod eo faciundũ censui potissimũ, ut philosophia quæ, ex Cicer. tẽporibus nata est latinis literis, cuiq; ille quasi ciuitatẽ dedit, cũ Romæ quasi peregrinari uideretur, his tẽporibus renascatur ijsdẽ literis, in ciuitatémq; illã suã ex qua expulsa eiectaq; est, tandẽ aliquando tanq̃ postliminio reuertatur. Et quanq̃ nõ sumus ignari multos nõ solũ contra esse dicturos, sed etiã conatus nostros & studia improbaturos, tamen quoniã id omnes qui aliquid scribũt uitare nullo modo possunt, nullius odio & inuidia unquã poterimus abduci, quin propositũ susceptúmq; cõsilium quibuscunq; rationibus poterimus persequamur. Sed iam tẽpus est ad id quod instituimus accedere. Genus enim optimũ interpretandi his commentarijs instituimus tradere, quod ne perpetua oratione faceremus, instituti cuiusdam nostri ratio impediuit. Nam cũ libros decẽ Aristotelis quos ad Nicomachũ filium de moribus scripsit, transferrem, ijsque transferendis unum mihi Ciceronem ad imitandum proponerẽ, putaui si librorum ordinẽ seruans, quid aut Cicero ab Aristotele

transtulisset, aut ego ab eo rectè aptéque dictum & expositum animaduertissem, quod ad institutum nostrum pertineret, id docerem ac traderem, non omnino laborem nostrum inutilem & ingratum futurum. In quo si quid nos paulo audacius improbabimus, eorum, quæ adhuc in philosophiæ sanctissimo corpore quasi næui hæserint, multáque renouabimus quæ uulgo inusitata sunt uocabula, id nobis concedendum erit, qui hæc ipsa nunc primùm tractare conamur. Sed Aristotelem ipsum primum, tum Platonem latinè loquentem interprete Cicerone audiamus.

A

Annotationes in Lib. Primum. Cap. I.



MNIS ARS, *omnis doctrina, omnis actio, omne studium & institutum ad bonum aliquod refertur*, πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ.) Hunc mihi uidetur locũ uel conuertisse Cicero, uel certe

B te adumbraße, paucis uerbis mutatis. Scribit enim lib. 5. de Finibus bonorum & malorum his fere uerbis, Itaq; omnis honos, omnis admiratio, omne studium ad uirtutem & ad eas actiones quæ uirtuti sunt consentaneæ refertur &c. Qui sane locus me admonuit, primum ut τὸ ἐφίεσθαι conuerterem, refertur, & ipsum δοκεῖ omnino tollerem. De quibus duobus quid sentiam, dicam. Ac primum quidẽ, quoniam in conuertendis è Græca uel alia lingua in aliam scriptis, non est uerbũ semper ex uerbo exprimẽdum, id quod & ego Ciceronem fecisse multis locis ac præcepisse docebo, & omnes qui optimis artibus eruditi sunt, facile intelligunt: danda omnino opera est, ut si quid abhorreat à consuetudine & more eius sermonis in

C quem aliquid conuertetur ex alio, id omittamus omnino. Quod à se obseruatum ait Cicero, in cõuertẽdis orationibus aduersarijs AEschinis & Demosthenis. Scribit enim in lib. de optimo genere oratorũ his uerbis, Quorũ ego orationes, si ut spero, ita expressero, uirtutibus utẽs illorũ omnibus. i. sentẽtijs, & earũ figuris & rerũ ordine, uerba ꝓsequẽs eatenus ut ea nõ abhorreãt à more nostro &c. Habes igitur Ciceronis de uerbis conuertendis sententiam, ea persequenda esse dũtaxat quæ à more illorum in quorum linguam usumq; conuertentur, non abhorrebunt. Quis autem (ut ad propositum redeã) initio operis illud, uidetur, uel ipse dicat, uel ab alio dictum & scriptum libenter legat? præsertim si prima oratio sit eiusmodi, à qua consequentes omnes capiant confirmationis exordium. Ergo quod

D Græcus sermo patitur, id interim Latinus respuit. Quanquam Eustratio placet illud δοκεῖ dictum ab Aristotele, ꝙ δοκεῖν & ueritatẽ cõtineat & probabilitatem. Nam περὶ τοῦ ἐφίεσθαι, hoc unum dicam, me neminem putare mediocriter dũtaxat eruditum, qui hanc probet orationem, Grammatica expetit uel appetit bonum. De sermone hic agitur, non de sententia. Et quanquam sciam, τὸ ἀναφέρεσθαι proprie significare referri, tamen & oratio quam imitatus est Cicero, satis indicat uerbum quo de agitur, pro eo esse redditũ, & ego multis id locis à Cice-

roneusurpatũ,demõstrabo. Doctrina,μέθοδος)libẽtius ꝓ eo posuero rõnẽ.Nã E
& nomẽ ipsum significat (ὁδὸς enĩ uia dicitur & ratio)& Cicero hæc mihi duo
uidetᷓ cõiũxisse 4,de Finib. Aliud est enĩ poetarũ more uerba fundere,aliud ea q̃
dicas rõne & arte distĩguere.i.ut eqdẽ mihi ꝑsuadeo,μεθόδῳ καὶ τέχνῃ. Studiũ
& institutũ,προαίρεσις.) Alij electio,huius uerbi significationẽ magis idoneo lo
co trademus. Actio,πρᾶξις.) Ita Cicero cũ alijs libris semꝑ, tũ in illis quos de
Finib.bonorũ & malorũ scripsit.perpaucos locos ꝓferã,quo res sit euidẽtior.lib.
4.sic ait,Sit hoc ultimum bonorum quod nũc à me defenditur,apparet statim quæ
sint officia,quæ actiones.Et paulo infra, Nõ enim actionis aut officij ratio impel-
lit ad ea quæ secundũ naturã sunt appetẽda, sed ab his & appetitio & actio cõ-
mouetur.Et in 5,Actionum autẽ,inquit,genera sunt plura, ut obscurẽtur maiora
minoribus.Sed in re aperta sum longior. Hoc autem fortè sit obscurius,si doceam F
actionis uocabulũ pro officio accipi.Hoc declarat ille Ciceronis locus ex 4,de Fi
nibus,Quid autem minus consentaneum, q̃ quod aiũt, cognito summo bono reuer
tise ad naturam,ut ab ea petant agendi principium.i.officij?Itaq; continuo adijcit,
Non enim actionis aut officij ratio,&c. quæ supra dicta sunt. Quo loco id inte-
rim admonebo,illud aut,positũ pro illo siue,quod solemus tũ ponere cũ pluribus
uerbis idẽ declarãtibus utimur. Quocirca Arist.6.huius operis,actione spoliat
belluas. Quod si quis reqrat,nũ uerbo qđ pro actiõisalij dicũt,sit usus Cicero(id
autẽ est actus) equidẽ nõ memini me legisse,nisi bis, semel in 1.de Legibus libro.
iterũ in Inuectiua quã dixit in senatu ĩ Salust.Hæc sunt uerba ex 1.de legib.Nec
solũ in rectis,sed etiã in prauis actibus insignis est humani generis similitudo. Ex G
inuectiua hæc,Maius enim mihi dicendi onus imponitur,quo notior est unusquisq;
nostrũ,ꝙ si de mea uita atq; actibus huic cõuitiatori respõdero &c.Quanq̃ in su
periore oratione,prauis actionibus,in posteriore actis legendum esse censeo.

πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος,ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις.)
Etsi his cõmentarijs noninstitui res,& sentẽtias Aristotelis expendere, & expone
re,sed uerba solum & orationẽ,tamen nõ alienum erit quid hæc uerba significẽt
exponere.τέχνη quidẽ nõ hoc loco dicitur id qđ τέχνην appellat in sexto.Nã in
sexto τέχνη ad artes eas quas mechanicas dicunt,quæ sunt in faciendo,pertinet.
Hic autem τέχνη ἐστὶν σύστημα ἐκ καταλήψεων ἐγγεγυμνασμένων πρός τι H
τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ.i.Ars est ex multis animi perceptionibus,usu &
exercitatione conquisitis, & in unum exitum spectantibus coaceruatio.Quam sic
describit Cicero in primo lib.de Oratore,Artẽ uero negabat ullã nisi quæ cogni-
tis penitusq́; perspectis,& in unum exitum spectantibus,& nunquam fallentibus
rebus cõtineretur. Et in quarto Academic.quæst. Ars uero quæ potest esse nisi
quæ nõ ex una,aut ex duabus,sed ex multis animi ꝑceptiõib⁹ cõstat?Est igitur κα
τάληψις ꝑceptio animi.i.notitia & notio.μέθοδος δέ ἐστιν ἕξις ὁδοποιητικὴ
μετὰ λόγου.i.habitus animi,uiã ratione ad aliquid efficiendũ muniens.πρᾶξις δὲ

A ὅ ἐστιν ἡ κατὰ προαίρεσιν ἀνθρώπου ἐνέργεια .i.hominis factum propoſito &
conſilio congruens. προαίρεσις δὲ ἡ δυοῖν προκειμένοιν κρίσις ἀνθρώπου,
τόδε προτιθεῖσα πρὸ τοῦδε, καθ' ὁρμήν τε καὶ ἕξιν.i.hominis iudiciū,quo pro=
poſitis duabus rebus,hanc illi conuenienter appetitioni ac uoluntati ſuæ antepo=
nit. Hæc ſunt fere Euſtratij. qui τέχνην quidē & πρᾶξιν ad effectū refert, &
μέθοδον ac προαίρεσιν ad ἕξιν. ut μέθοδος, ſit habitus artis, προαίρεσις
τῆς πράξεως. Nam quemadmodum ex μεθόδῳ ſequitur τέχνη, id eſt, perce
ptionnum animi coaceruatio, ſic προαίρεσιν.i.conſilium ſiue propoſitū πρᾶξις
id eſt, actio comitatur. Neque enim quiſquam ſuſcipit aliquid faciendum, quin id,
niſi impeditus ſit, exequatur. Et quoniā Latini uerba non habent quibus illa duo
B exprimant. μέθοδον dico & τέχνην, utrūq; uno nomine appellant. Nam artē
dicunt interdum, aliàs rationem, aliàs doctrinam. niſi forte ratio μέθοδος pro=
prie dicitur. Cicero quidem in ſecundo de Oratore lib. rationem ait nos appel=
lare poſſe ſi uolumus, Cum ad inueniendum in dicendo, hæc tria ſint, acumen, de=
inde ratio quam licet ſi uolumus, appellemus artem, tertium diligentia &c. Do=
ctrinam etiam dicit eodem lib. pro arte. Cum enim dicit ridicula non eſſe artis ſed
naturæ, his utitur locutionibus. Sed qui eius rei rationem quandam conati ſunt ar
temq; tradere, ſic inſulſi extiterunt, ut nihil aliud eorum niſi ipſa inſulſitas ridea=
tur. Quare mihi quidē uidetur nullo modo doctrina iſta res poſſe tradi. Cur autē
Ariſtot. artē prius noīauerit, deinde rationē, propoſitum etiā ante actionē, ſi quis
requirat, equidē huic reſpōdebo. Ariſto. à notioribus nobis facere ſolere exordiū.
C Id ad quod omnia referantur, οὗ πάντα ἐφίεται.) Ciceronis ſunt uerba
ſuperiora ex 4. de finib. ut facile appareat id quod ſupra oſtendimus, τὸ ἐφίε=
σθαι aliquādo cōuertēdū referri. Alio loco ſic conuertit, quò quicque referatur.
Alio, Ad quod oīa referūtur. Sūmū bonū, τἀγαθόν.) Ex hoc loco ſumma orta
eſt cōtrouerſia inter duos Græcis literis eruditos maiorū noſtrorū memoria. Al=
ter articulū τὸ adiectum ἀγαθὸν contēdebat indicare ſumi pro ſummo bono: alter
negabat. Equidē quod Bud. noſter de illorū diſſenſione dixerit, & memini & ap=
probo. Hoc etiā addo, articulum τὸ hoc loco eā uim habere, ut ipſum ἀγαθὸν pro
ſummo bono ſignificet accipi. ſicuti etiā 10. huius operis lib. ſine cōtrouerſia ulla
ponitur. Hoc ex uerbis Cic. quibus hūc Ariſt. locū expreßit, facilè intelligemus 4.
D de Finib. Nemo enim eſt, inquit, qui aliter dixerit, quin omnium naturarum ſimile
eſſet id ad quod omnia referuntur, quod eſt ultimum rerum appetendarum.

Finiū autē genera ſunt plura, διαφορὰ δέ τις φαίνεται τῶν τελῶν.) Latina uer=
ba ſunt Cic. 5. de Finib. lib. niſi quòd pro finiū uſus eſt actionū. Aut Cic. illa uerba
hāc exprimūt orationē, aut certe uehemēter me errare fateor. Nec uereor quidem
uitiū audaciæ, quod neceßario ſuſcipiēdum in hoc genere cēſeo, dūmodo latine ali=
quādo philoſophia loquatur. Actiones, ἐνέργειαι.) Alij operationes, quod uer=
bū puto barbarū. uerbo quidem operandi ſemel uſus eſt Cic. idque in lib. de Fato.

Extiterunt) γίνεται. Idoneo loco dicam quibus modis hoc uerbū exprimi E
poßit. Nullum est enim fere uerbum quo Aristoteles cæteriq; Græci crebrius utā-
tur. Quocirca si uno semper modo apud nos diceretur, non modo non lucem af-
ferret orationi & ornatum, sed offunderet etiam tenebras. Ostendam autem Cice
ronem in una pagina quinq; aut sex modis expreßisse.

Nam & medicinæ ualetudo, ἰατρικῆς μὲν γὰρ ὑγίεια.) Cicero sic 5. de finib. Medicina est ualetudinis. quod uidetur græcum exprimere eleganter. Ex quo loco Ciceronis & illo qui est apud eū 4. de Finib. Sed si duo honesta proposita sint, alterum cum ualetudine, alterum cum morbo, non esse dubium ad utrum eorum natura nos ipsa deductura sit: facile intelligi potest, ὑγίειαν conuerti debere ualetudinē. Plures proferrem, nisi uererer ne in re aperta eßem longior. Alij tamen conuertunt sanitatē, quàm inepte, facile intelligunt qui mediocriter in lectione Ciceronis uersati sunt. Nam nomen sanitatis semper usurpat pro mentis quieto trāquilloq; statu, ut ipse definit. 4. Tusculana. quæst. Sanitas sic animi dicitur, cum eius iudicia opinionesq; concordant. F

Alicui facultati subiectæ sunt, εἰσὶν ὑπὸ μίαν τινὰ ἀρετήν.) Hoc uerbum è uerbo exprimentes diceremus, quæ sunt sub una aliqua uirtute, quod latine dici non potest. Cicero. 1. Academicarum quæst. Sensus autem omnes hebetes & tardos arbitrabantur, nec percipere ullo modo res eas, quæ subiectæ sensibus uiderentur. Sic semper nisi quòd aliquando, sic loquitur, res subiectæ sub sensum.

Magis expetendi sunt, αἱρετώτερα τέλη.) Alij expetibiliores. si uno uerbo hoc dicat Cicero, dicit optabiliores. 4. de finib. Atq; hoc dicit raro, illud fere sem- G
per. nam τὸ αἱρετὸν dicit expetendum, δι' αὑτὸ αἱρετὸν, propter se expetendum. 3. de finib. Omne autem quod honestum sit id esse propter se expetendū, cōmune nobis est cum multorum aliorum philosophorum sententijs. Ergo τὸ αἱρεῖσθαι erit expetere. Interim à Cicerone dicitur, sequi, ut alibi docebimus.

CAP. II.

Atqui si, εἰ δὴ) Sic Cicero 4. de finib. Atqui si, ut conuenire debet inter nos, est quædam appetitio naturalis, ea quæ secundum naturam sunt appetens: eorum omnium est summa aliqua facienda. Neque enim illud δὴ
semper significat igitur. quod etiam in dictione τοίνυν contingit, quæ à Cicerone H
atqui conuertitur in responsione. Hæc enim sunt uerba eius de senectute, quibus conuertit insignem illum locum Oeconomici Xenophontis, ταῦτα τοίνυν, ὦ Λύσανδρε, ἐγὼ πάντα διεμέτρησα καὶ διέταξα. Atqui ego sum ista omnia dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio. Argyropylus conuertit, Si igitur, nō satis propriè mea quidem sententia. Quòd si, mihi uidetur tolerabilius, quanquā his duabus particulis εἰ δὲ, sin minus, sin secus, etiam dici debeat. quibus μὴ additur interdum. Cicero hoc etiam dicit, sin autem. Idem exponit, εἰ μὲν δή. Atqui

A transferens locum Platonis ex Timæo in lib. de uniuersitate. Cicero sic, Atqui si pulcher est hic mūdus, si probus eius artifex, profecto speciem æternitatis imitari maluit: Sin secus, quod ne dictu quidem fas est, generatum exemplū est pro æterno, secutus. Plato pro illo, Atqui, dicit εἰ μὲν δή: pro illo, Sin secus, εἰ δέ. Verba eius hæc sunt, εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος, ὅ τε δημιουργὸς ἀγαθός, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν. εἰ δέ, ὃ μηδ' εἰπεῖν τινι θεμίς, πρὸς τὸ γεγονός. Sed de his & alijs generis eiusdem alio loco plura dicemus.

Quod est ultimum rerum agendarum, τὸ τέλος ἐστὶ τῶν πρακτῶν.) Cicero τὸ τέλος non solum finem dicit, sed ultimum, & extremum & summum etiā interpretatur: credo q̃ ieiune se locutum putasset, si semper eam rem, de qua toties dicendum erat, uno uerbo expreßisset. Quod mihi necessario faciundum esse censui. Pluribus locis in libris de Finibus hoc uerbū interpretatur, sed unus erit B pro omnibus, is qui scriptus est in 3, his uerbis, Sentis enim credo me iam diu quod τέλος græcus dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum summū. licebit etiam finem pro extremo aut ultimo dicere. Interpretes alij semper dicunt finem. τὸ πρακτὸν rem gerendam dicit, & τὰ πρακτὰ res agendas, cū plerisq; alijs locis tū in 4 de Finib. lib. his uerbis, Sed uos ad naturam reuertimini quibus natura iure responderit, non esse uerum aliunde finem beate uiuendi, à se principia rei gerendæ peti. Esse enim unam rationem, qua & principia rerum agendarum, & ultima bonorum continerentur.

Quod & propter se expetamus, & propter ipsum cætera omnia, ὃ δι' αὐτὸ βουλόμεθα, τὰ ἄλλα δὲ διὰ τοῦτο.) Sic malui interpretari, quàm fecissem C initio: ex Cicerone, qui uide utrum hunc locum expresserit in 11. de Finib. his uerbis, Nam hunc ipsum siue finem, siue extremum, siue ultimum id esse quo omnia quæ recte fierent referrentur, neq; id ipsum usquam referretur. In 1. etiam de Finibus & hunc locum & superiorem uidetur attigisse. Quoniam autem id est uel summum bonorum, uel ultimum, uel extremum, quod Græci τέλος nominant, quod ipsum nullam ad aliam rem, ad id autem referuntur omnes: fatēdū est &c.

Progredietur enim in infinitum, πρόεισι γὰρ εἰς ἄπειρον.) Non inueni apud Ciceronem nisi semel, in infinitum, credo quòd semper uitaret nouitatem uocabu D lorū. Eius hæc sunt uerba in libro de Fato, Licuit uel altius, Vtinam ne in Pelio nata ulla unq̃ esset arbor: etiā supra, utinā ne esset mons ullus Pelius. similiterq; superiora repetētē regredi in infinitū licet. Quo loco Cicero dicit regredi in infinitū: pro eo quod Dialectici dicūt, ꝓcedere in infinitū retrocedēdo, ac forte pro eo quod dixi, ꝓgredietur. regredietur melius dici qui locum Ciceronis diligenter consyderarit, cōfitebitur, nisi ἀνιέναι dici potest commodius. Alibi quidem aliter hāc Græcorū phrasin dicit. ut in 1. de Finib. Nec enim habet nostra mens quicquam ubi cōsistat tanq̃ in extremo. Idem, Exitus nullus reperietur.

Perspicuum est id esse summum bonum, δῆλον ὡς τοῦτ' ἂν εἴη τἀγαθόν.) Hic diligenter δῆλον ὡς & ὅτι notandum est, quoniã sic semper Cicero conuertit. Sexcẽtos ego locos ex eius de philosophia libris proferre possum, pro quo Argyropylus, cõstat, nõ inepte ille quidẽ dixit, sed aliud uerbũ pro eo Græci dicunt, ὁμολογεῖσθαι, ut aliàs ostendã Ciceronis sententia. Alij ineptius, manifestũ est, etiã si Quintil. eo utatur, cuius sermonẽ tã cito à puritate Latina desciuisse, mecum ipse mirari soleo. Nam φαίνεται, Cicero dicit apparet, & φανερὸν aliàs perspicuum, aliàs euidens, & clarum. Quod autem περὶ τοῦ δῆλον dixi, id intellectum uolo, in conclusione & argumentatione tractanda. E

Ad uitam momentũ magnum habet, πρὸς τὸν βίον ἡ γνῶσις αὐτοῦ μεγάλην ἔχει ῥοπήν.) Cicero sic dixit 4, de Finib. Et cũ ad beatã uitã nullũ momẽtũ ea res haberet, ad appetitionem autẽ rerum esse in his momenta diceret. Hoc dicẽdi genus uisum est usurpare, quod & Ciceronianũ est, & ipsum alij tanquam barbarũ fugerint. F

Facilius decorũ assequemur, μᾶλλον ἂν τυγχάνοιμεν τοῦ δέοντος.) Multis locis τὸ μᾶλλον nõ recte dici, si dicamus magis, & pro eo dicendũ esse, facilius, uel ex hoc loco, intelligi potest. τὸ δέον δέοντος, πρέπον. τυγχάνειν assequi, consequi, adipisci, potiri.

Danda opera est, πειρατέον.) Si uerbũ pro uerbo reddamus, conandum est, enitendum est. hoc Cicero interim dicit, illud nunquam. Et quanquam illud quod dixi, magis hoc exprimat quo græcus dicit, σπουδαστέον, tamẽ quoniam Cicero sic sæpius loquitur, id mihi magis probatur. G

Quid tandem sit, τί ποτέ ἐστι.)

Et cui sit sciẽtiæ & facultati propositũ, καὶ τίνος τῶν ἐπιστημῶν ἢ δυνάμεων.) Cicero hoc interdũ dicit ecõtrario, ut 5, de Finib. Medicina est ualetudinis. cui generi simile illud est quo Arist. utitur in 7, huius operis. ca. 11. ἔτι τέχνη οὐδεμία ἡδονῆς. i. ars nulla uoluptatis. Interdũ addit aliud, ut positũ est. ut 5, de Finib. Est enĩ perspicuũ, nullã artẽ in se uersari, sed esse aliud artem ipsam, aliud quod propositum sit arti, δῆλον γὰρ ὅτι μηδεμία τέχνη ἐστὶν ἐν αὐτῇ, ἀλλὰ διαφέρει τέχνη καὶ τὸ ὑπ' αὐτήν.

Qualis quidem ciuilis sciẽtia, τοιαύτη δὴ καὶ ἡ πολιτική. Alio loco docebo, quoniã Græcorũ sunt fere præcisæ sentẽtiæ, & hoc uerbũ græcũ qualis, & cuius generis dicendũ esse, & τοῦτο quod. & alia. H

Et quas quisque, ποίας ἕκαστος.) Ciceronem alibi commodius quod Græcus dicit, ἕκαστος, quisque docebo dicere, in his potissimum orationibus, In quo quisque, quod quisque, quid quisque, & alijs eius generis.

Describit, διατάσσει.) Aliud est enim διατάσσειν, aliud προστάσσειν seu προστάττειν. ut apud nos describere & præscribere. Nam alicui quis quid præscribere potest, quod ipse non fecerit: describere non potest quicquã quod nõ fecerit. Quod

A uerba Xenophontis supra præscripta & à Cicerone conuersa declarant.

Atque etiam uidemus, ὁρῶμεν δὲ καὶ) Hoc loco phrasin Ciceronianã uolo ostendere, quam pauci aut nulli imitantur aut retinent, quãq; ille est à Græcis ut alias plerasque mutuatus. Quoties enim ad aliquid cõfirmandum plura afferuntur, aut sententia mutatur, si apud Græcos δὲ καὶ coniuncta reperiuntur, Cic. atque etiam dicit, aut δὲ tollit omnino, & dicit καὶ etiã, aut atque. Innumeros locos ad id probandum afferre possum, sed non est opus multis. 3. de officijs. Atque etiam in omni deliberatione, celandi & occultandi spes opinioq; remouenda est. ἐν πάσῃ δὲ καὶ βουλῇ. &c. & in 2. Atq; etiam illæ impensæ meliores sunt, muri, naualia, portus, &c. & in 1. Atque etiam in rebus prosperis & ad nostram uoluntatem fluẽtibus,
B superbiam magnopere, fastidium, arrogantiamq; fugiamus, εὐτυχοῦντας δὲ καὶ. Alio loco, Sunt etiam qui, &c. εἰσὶ δὲ καί.

Quæ in summo honore sunt & pretio, τὰς ἐντιμοτάτας) ἔντιμον quod est in honore & pretio, & cui honos est. Cic. in pœmio primæ Tusculanæ, In summo apud illos honore geometria fuit, ἐντιμοτάτη παρ᾽ ἐκείνοις. Ibidem, Iacentq; ea semper quæ apud quosque improbantur. Aristoteles tertio huius operis libro idem fere dicit, καὶ διὰ τοῦτο ἀνδρειότατοι δοκοῦσιν εἶναι παρ᾽ οἷς οἱ δειλοὶ ἄτιμοι, οἱ δὲ ἀνδρεῖοι, ἔντιμοι. ἄτιμοι sunt qui iacent, quibus nullus honos tribuitur, atque adeo qui improbantur. Cicero 2. lib. Tusc. quæstionum, Videmúsne eos apud quos eorum ludorum qui Gymnici nominantur, magnus honos
C sit, nullum ab ijs qui in id certamen descendant deuitari dolorem? παρ᾽ οἷς ἔντιμοι οἱ ἀγῶνες. Eadem est ergo apud Græcos & Latinos in hoc genere constructio. Illud autem ἔντιμος à Cicerone dicitur honoratus, & ἄτιμος inglorius, ut alio loco docebo. Ego cum ipse reputarem & quærerẽ, quid ita Cicero illud ἔντιμον cum exponeret, quod est in honore & pretio, duo illa interdum cõiungeret, mihi uisus est id facere propterea quod τιμὴ apud Græcos non solum est honos apud nos, sed etiam & æstimatio, etiam gloria. & τιμᾶν æstimare. Arist. nono lib. huius operis cap. 1. quærens quanti res uenales æstimari debeant, utrum quanti is cuius res est æstimat, an uero quanti ij qui accipiunt, ita explicat, δεῖ δ᾽ ἴσως οὐ τοσούτου τιμᾶν, ὅσου ἔχοντι φαίνεται ἄξιον, ἀλλ᾽ ὅσου πρὶν ἔχειν ἐτίμα. Ex quo loco discimus & intelligimus τοσούτου, & ὅσου nostris respõdere tãti & tãti-
D dem, & quanti. Idem eodem cap. de philosophia loquẽs, οὐ γὰρ, inquit, πρὸς χρήμαθ᾽ ἡ ἀξία μετρεῖται. τιμή τ᾽ ἰσόρροπος οὐκ ἂν γένοιτο. In quo loco τιμὴ etiam pretium dici potest.

Quod si hæc artes reliquas omnes quarũ omne opus est in agendo, χρωμένης δὴ ταύτης ταῖς λοιπαῖς πρακτικαῖς τῶν δυνάμεων. Quoniam in nominibus Græcis in ικὸς exeuntibus conuertendis omnes qui adhuc philosophiã tractarunt fere turpiter lapsi sunt & errarũt, (nã quis ferat actiuas, cõtẽplatiuas, & factiuas

artes & mille alia nomina eiusdẽ generis) in animo est quãtũ cõsequi potero, quid E de ijs legendo compererim, indicare. Cicero quidem in 4. Academicarum quæstio. facit hanc artium diuisionem. Cumq; artium, aliud eiusmodi genus sit, ut tantummodo animo rem cernat, aliud ut moliatur aliquid & faciat: quomodo aut Geometres ea cernere potest quæ aut nulla sunt &c. Et paulo post, quod idem in similibus quoque artibus contingit, quarum omne opus est in faciendo aut agendo ἐν ταῖς ποιητικαῖς, καὶ πρακτικαῖς. θεωρητικὴ δὲ dicitur quæ rerũ cognitione & cõtemplatione cernitur atq; uersatur. ut πρακτικὴ quæ in rerũ actione cernitur. πρακτικοὶ autẽ ut ἀπὸ τῆς πρακτικῆς τέχνης appellantur, dicuntur ij qui in rerum actione uersantur, & qui ad Remp. se conferunt: & θεωρητικοὶ ij qui rerum cognitione doctrinaq; delectantur: & quorum studia uitaq; F omnis in rerum cognitione uersatur. Cicero de amicit. De amicitia omnes ad unũ idem sentiunt, & ij qui ad Remp. se contulerunt, & ij qui rerum cognitione doctrinaq; delectantur, πρακτικοί τε καὶ θεωρητικοί. Et in 1, de Officijs, Atq; illi quorum studia, uitaq; omnis in rerũ cognitione uersata est, tamẽ ab augendis hominũ utilitatibus & cõmodis nõ recesserunt. πρακτικὸς dicitur interdum aptus & idoneus ad rem gerendam & accommodatus. & πρακτικώτερος aptior & paratior & instructior ad rem gerendam aut ad officium. Tot enim modis à Cicerone dicitur. In sexto huius operis Aristoteles in hanc significationem accipit. Non est opus exemplis hoc facere longius. Hoc etiam addam quod cognitione est dignißimum, multa nomina à philosophis adhuc in iuus usurpata coniunctaq; cũ G genitiuis, à Ciceroue fieri in ens. Aristoteles 6. cap. huius lib. τὰ δὲ ποιητικὰ τούτων. Cicero. 5. de Finibus extremo. eorum conficientia. Et tertio de Officijs, Quòd si is esset Panætius qui uirtutem propterea colendam diceret quòd ea efficiens utilitatis esset &c. ποιητικὴ ἢ πρακτικὴ τοῦ συμφέροντος. Idem Cicero primo de Finibus, Si ea quæ sunt luxuriosis efficientia uoluptatum &c. ποιητικὰ τῆς ἡδονῆς. Alio loco dixit, uirtus est tuens rerum. Aristot. eodem lib. & cap. φυλακτικά. Ac ne me quis putet hæc rebus fingere uocabula, Ciceronẽ auctorem adhibeo, qui in 3. de Finibus, Alia autem, inquit, efficientia, quæ Græci ποιητικά. Atq; ut intelligamus quod uno uerbo non poßit dici, id esse pluribus dicendum, idem auctor adhibendus est, qui eodem libro, Sequitur, inquit, illa diuisio, ut bonorum alia sint ad illud ultimum pertinentia, (sic enim appello quæ τελικὰ dicuntur) iã hoc ipsum instituamus, ut placuit, pluribus uerbis dicere quod H uno non poterimus, ut res intelligatur. Quid ergo iã obstabit, quo minus hæc etiã inepta uocabula uitemus, frigefactiuus, calefactiuus, & mille generis eiusdẽ? quæ, dum Cicero negligitur, usurpata sunt pro latinis? Quanquam hæc ipsa dici non possunt nec conuerti ut superiora. omninoq; mihi uidentur melius poße dici, conuertiq; aptius, si frigefactiuum dicamus, quod uim habet frigoris: & calefactiuũ,

A quod caloris, & cætera generis eiusdem. Quid si probem mecum in his facere Ciceronem? Eius uerba proferam quibus conuertit locum Platonis ex Timæo, Sed æstimant pleriq; non hæc adiuuantia causarum, sed has ipsas esse omnium causas, quæ uim habeant frigoris, & caloris, concretionis, & liquoris. Plato sic, δοξάζεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων, οὐ ξυναίτια, ἀλλ' αἴτια εἶναι τῶν πάντων, ψύχοντα καὶ θερμαίνοντα πηγνῦντά τε καὶ διαχέοντα. Illa etiam insignis est interpretatio, δρομικός, qui ualet ad cursum uelocitate. ut Cic. 1. de Officijs, Vt enim in corporibus magnæ dißimilitudines sunt. alios uidemus uelocitate ad cursum, alios uiribus ad luctandum ualere &c. Vno tamen uocabulo dicit cursorem. 2. Tuscul. quæst. Nec uero unquam ne ingemiscit quidem uir fortis ac sapiens, nisi fortè ut se intendat ad firmitatem, ut in stadio cursores exclamant quàm maxime possunt. Idem in Topicis τὰ στερητικὰ appellat priuãtia, τὰ ἀποφατικὰ

B negantia. Sunt enim, inquit, alia contraria, quæ priuantia licet appellemus Latine, Græce appellantur στερητικά. Paulo post, Sunt etiã ualde contraria alia quæ appellãtur negantia. ea ἀποφατικὰ Græci, cõtraria aiẽtib⁹. Quæ hic dicit aiẽtia, Græce dicuntur φατικά. Repudiẽtur ergo ista barbara uocabula, priuatiuê opposita & contradictoriè, exterminenturq; ex sanctißimo philosophiæ corpore, ut fœda, & profana, ac pro his quasi postliminio hæc in patriam suam redeant.

Si eadem utilitas est uniuscuiusque & uniuersorum, εἰ ταὐτόν ἐστιν ἑνὶ καὶ πόλει.) Hoc Cicero ita ut feci expreßit, in. 3. de officijs, Ergo unum debet eße omnibus ꝓpositũ, ut eadem sit utilitas uniuscuiusque, & uniuersorum. Nam si uelimus semper τὸ ἀγαθὸν bonum dicere, multis id locis perabsurde facere uideamur. nec Latini, sed Gallici potius sermonis uidebimur habuisse rationem. Atqui

C nunquam sic loquendum esse puto, bonum publicum est anteponendum bono particulari: sed ut Cicero lib. III. de Finib. Vt enim, inquit, leges omnium salutem singulorum saluti anteponunt, sic uir bonus & sapiens & legibus parens, & ciuilis officij non ignarus, utilitati omnium plusquam unius alicuius aut suæ consulet. Volo hic cum Latinis Græca conferre, quæ ad hunc locum pertinent. Quod Cicero dicit, Sibi cõsulere: Aristot. 8. lib. huius operis dicit περιβλέπειν ἐφ' ἑαυτόν. quod uulgo dicimus respicere ad se. itaque interdum dicitur Latine Sui habere rationem. Quod Cicero supra dixit, utilitati suæ consulere: hoc Aristoteles 6. huius

D operis cap. 8. dicit, ζητεῖν τὸ αὑτῷ ἀγαθόν. Ex quo loco facile intelligi potest q̃d supra diximus, nunquã in hoc genere ἀγαθὸν bonũ esse dicendũ. Et. 8. huius operis sic dicit, ἑαυτῷ συμφέρον σκοπεῖν. Et σκοπεῖν τὰ ὠφέλιμα αὑτῷ. Quod Cicere dicero solet, seruire commodis suis. Est etiam apud Aristote. tale quoddam genus. 8. huius operis libro. διώκειν τὸ ἑαυτῷ ἀγαθόν. cui nullum nostrum respondere arbitror. Nam quod est apud Thucydidem in primo, τὸ ἐφ' ἑαυτὸν μόνον προορᾶσθαι, Sibi solum consulere uel prospicere, dicendum puto

Cuius generis est illud quod est ibidem, προσκοπεῖν τὰ κοινὰ, id est consule- E
re, uel prospicere Reipub. Nam quod ait ibidem, τὸ ἐφ' ἑαυτὸν σπεύδειν,
dicitur studere & consulere rebus rationibúsque suis. Apud Aristotelem quin-
to huius operis est phrasis quæ Gallicæ nostræ linguæ respondet, nec lati-
ne exprimi ad uerbum potest, ἄλλῳ γὰρ τὰ συμφέροντα πράττει ἢ ἄρ-
χοντι, ἢ κοινῷ. Loquitur de iustitia. Latinos hanc arbitror sua illa pulcherri
ma exprimere, Seruire, seu inseruire cōmodis alienis, aut certe cōsulere. Ciceronē
quidem illud σκοπεῖν in hoc genere uertere seruire, ille locus declarat. epistola
prima ad Q. fratrem, Est autem non modo eius, qui socijs & ciuibus, sed etiā eius
qui seruis, qui mutis pecudibus præsit, eorum quibus præsit, cōmodis utilitatiq; ser
uire. Sic enim Aristoteles loquitur in octauo, ὁ μὲν γὰρ τύραννος τὸ ἑαυτοῦ F
συμφέρον σκοπεῖ. ὁ δὲ βασιλεὺς, τὸ τῶν ἀρχομένων. τοὺς ergo ἀρχομένους
Cicero diserte interpretatus est, eos quibus præsit. Plato in primo de Rep. libro,
eodem dicendi genere utitur, ὁ τῷ ὄντι ἀληθινὸς ἄρχων, οὐ πέφυκε τὸ αὑτῷ
συμφέρον σκοπεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ. Eodem libro primo præter
quàm quod omnia superiora usurpat, illud etiam dicit, σκέπτεσθαι τὸ αὑτῷ συμ-
φέρον. Hunc ego locum exemplis illustrandum non putaui, ne longior poneretur
oratio.

At Remp. tamen & capessere & tueri, τὸ τῶν κοινῶν καὶ λαβεῖν καὶ σώ-
ζειν.) τὸ τῶν κοινῶν λαβεῖν, Capessere Remp. dixi, ut Cicero. 1. de Offic. Ca-
pessentibus autem Remp. nihil minus quàm philosophis &c. Salust. in Catil. aptius ad G
hunc locum dixit, capessere Rēp. Expergiscimini & capescite Remp. nisi forte hæc
duo sic coniuncta sunt, ut apud Ouidium, Non minor est uirtus quàm quærere, parta
tueri. Quanquam scio alijs uerbis expressam esse hanc sententiam apud Demo-
sthenem in 2. Olynth. πολὺ γὰρ ῥᾷον ἔχοντας φυλάττειν, ἢ κτήσασθαι πάν-
τα πέφυκε. i. Multo enim facilius est quæ iam habeas tueri omnia, quàm quæ-
rere. hoc etiam addam, σώζειν τὰ κοινὰ, non solum dici tueri & conseruare Rē-
pub. sed etiam consulere saluti Reipub.

In solitudine uitā agenti, μόνῳ id est μονώτῃ) id est solitario. quia coniunxit
καὶ ἑνὶ καὶ μόνῳ. ut hæc duo illis duobus sequentibus ἔθνει καὶ πόλεσι opposuisse
uideatur.

Præclare se res habeat, ἀγαπητόν.) Ἀγαπάω cum dandi casu iungitur in- H
terdum & significat contentum eſse, satis esse ac sufficere, nonnunquam bene agi,
uel præclare serē habere. Quam significationem puto ignotam fuisse omnibus qui
adhuc Aristotelem sunt interpretati. Nā semper τὸ ἀγαπητὸν dicunt amabile, cū
interim nonnullis id locis congruere non poſsit. Veluti capite insequenti huius li-
bri, ἀγαπητὸν οὖν περὶ τοιούτων καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας παχυλῶς
καὶ τύπῳ τἀληθὲς ἐνδείκνυσθαι. Quis quæso, sensus erit, si dicas, amabile

A igitur est de talibus atque ex talibus dicentes grosso modo figuraq; uerum ipsum ostendere? & tamẽ sunt uerba Argyropyli interpretis, qui ita hoc uerbam interpretatur etiã extremo capite totius huius operis, ἀγαπητὸν δ' ἴσως ἐστὶν, εἰ πάντων τῶν ὑπαρχόντων, δι' ὧν ἐπιεικεῖς δοκοῦμεν γίνεσθαι, μεταλάβοιμεν τῆς ἀρετῆς, Amabile est autem fortasse si cum omnia essent quibus boni fieri uidemur, participes uirtutis efficiamur. Sunt hæc etiam illius uerba. Atque ut doceam his locis duobus τὸ ἀγαπητὸν non id significare, quod ille putauit (nã hoc loco, sic accipi potest, quoniam Eustratius ἀγαπητὸν dicit ἄξιον τῆς ἀγάπης) proferã uerba Ciceronis ex libro de uniuersitate, quibus id perspici poterit, Itaq; cum de restabili & immutabili disputatur, oratio talis sit, qualis sit illa quæ neq; redargui neque conuinci potest. Cum autem ingressa est mutata & efficta simulacra, bene agi putat, si similitudinem ueri consequatur. Quantum enim ad id quod
B ortum est, æternitas ualet, tantum ad fidem ueritas. Quocirca si forte de Deorum natura ortuq; mundi disserentes, minus id quod habemus animo consequimur, ut tota dilucide & plane oratio exornata sibi cõstet, & ex omni parte secũ ipsa cõsentiat, haud sane erit mirum: contentiq; esse debetis, si probabilia dicentur. AEquũ est enim meminisse, & me qui disseram hominem esse, & uos qui iudicatis: ut si probabilia dicentur, nil ultra requiratis. Volo nũc conferre Platonis uerba, quæ Cicero conuertit, τοῦ μὲν οὖν μονίμου καὶ βεβαίου καὶ μετὰ νοῦ καταφανοῦς. μονίμους καὶ ἀμεταπτώτους, καθ' ὅσομ τε ἀνελέγκτοις προσήκει λόγοις εἶναι καὶ ἀκινήτοις, τούτου δεῖ, μηδὲν ἐλλείπειν. τοὺς δὲ τοῦ πρὸς μὲν ἐκεῖνο ἀπεικασθέντος, ὄντος δὲ εἰκόνος, εἰκότας. ἀνάλογόν τε ἐκείνωμ ὄντας, ὅτι περ πρὸς γένεσιν οὐσία, τοῦτο πρὸς πίστιν ἀλήθεια. ἐὰν οὖν
C ὦ Σώκρατες πολλὰ πολλῶμ εἰπόντωμ περὶ θεῶν καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως, μὴ δυνατοὶ γιγνώμεθα πάντῃ πάντως αὐτοὺς αὐτοῖς ὁμολογουμένους λόγους καὶ ἀπηκριβωμένους ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσῃς. ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρή. μεμνημένον ὡς ὁ λέγων, ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιμ ἀνθρωπίνην ἔχομεν, ὥς τε περὶ τούτωμ τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους, πρέπει μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν. Quo ex loco facile intelligi potest, illud quod Plato dixit ἀγαπᾶν, contentum esse dixisse Ciceronem. Atque idem pauloante dixit, Bene agi putat, quod non est in græco, nisi forte ἀγαπητὸν de-
D est. Corrigendi autem sunt alij libri, in quibus pro efficta, legitur effecta. Huic autem Platonis loco Aristotelis is quem tractamus, respondet locus, & duo alij quos hic malui conferre quàm suo loco, ut hic tandem absoluatur locus. Alter est in 4, capite huius primi libri, μεμνῆσθαι δὲ καὶ τῶν προειρημένων χρὴ, καὶ τὴν ἀκρίβειαν μὴ ὁμοίως ἐν ἅπασιν ἐπιζητεῖν, ἀλλ' ἐν ἑκάστοις

κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ᾽ ὅσον οἰκεῖον τῇ μεθό= E
δῳ. Illud μεμνῆσθαι δὲ ἐκ τῶν προειρημένων χρὴ, par est ei fere, AEquum est enim meminisse. Itaque χρὴ & δεῖ non solum oportet & debet dici debent, sed etiam æquum est, & rectum est, ut alibi etiam docebo. ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ᾽ ὅσον, tantum, quãtum. Posterior locus est cap. 2. libri secundi huius operis, ἐκεῖνο δὲ προδιωμολογείσθω, ὅτι πᾶς ὁ περὶ τῶν πρακτῶν λόγος, τύπῳ καὶ οὐκ ἀκριβῶς ὀφείλει λέγεσθαι. Illud τύπῳ dixit suprà dilucide planéque: & 4. de Finib. simpliciter. & illud ἀκριβῶς subtilius, & accuratius, his uerbis, Atque ita re primo simpliciter collocata, reliqua subtilius persequentes, corporis bona facilem quandam ratione͂ habere censebant, de animi bonis accurratius exquirebãt. Si uelimus exprimere illud, accuratius exquirere, id faciemus uno uerbo quo utitur sæpe F
Aristote. his lib. id est διακριβῶσαι, aut ἐξακριβῶσαι. Quæ uerba & nomina τὸ ἀκριβὲς, & aduerbium ἀκριβῶς & ἀκριβέστερον his libris mirum quàm inepte, ne dicam inscite interpretentur Argyropilus & alij, itemque omnes quorum aut scripta legi, aut audiui interpretationes. Omnes nihil aliud habent in ore, nisi exacte dicere, exactum, exactius: quæ uerba nescio quis primus inuenerit, certè barbariem inuexit in linguam Latinam. Postea omnes qui se ad studium Græcarum literarum contulerunt, triuerunt illud, ut nullum aliud in his exprimendis uerbis proferre poßint. Discamus ergo iam in Latinum Latinè & apte conuertere duce Cicerone, quæ apud Græcos & à Græcis dicuntur elegantißime. Illud ergo τύπῳ dicamus aliâs simpliciter (quod uerbũ puto in G
hoc genere proprium) aliâs dilucide, aliâs plane, aliâs populariter, quo Cicero usus est in hanc rem de Finib. Contrarium autem eius quod est ἀκριβῶς, nunc subtiliter, nunc accuratè, nunc comparatiuis exprimamus, quæ non plus apud nos ualent interdum quâm positiua, subtilius, & accuratius: quæ magis respõdẽt ἀκριβέστερον. Verba autẽ ἐξακριβοῦν καὶ διακριβοῦν dicamus & subtilius & accuratius persequi, exquirere, dißerere, disputare, pro rei de qua agetur natura. Nomina autem τὸ ἀκριβὲς & ἀκρίβεια, subtilitas. ut Cicero 2. de Officijs, Alia est illa cum ueritas ipsa limatur in disputatione subtilitas: alia cum ad opinione͂ communem omnis accommodatur oratio.

CAP. III.

QVANTVM res proposita feret, κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην.) H
Simile est genus, quod hoc ipso cap. ponitur, ἐφ᾽ ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται. i. quoad rei natura patiatur. Cic. sic dixit in lib. de uniuersitate, Nã cũ cõstituisset Deus bonis omnibus explere mũdũ, mali nihil admiscere quoad natura pateretur, &c. quem locum uertens Cicero ex Platone magis uidetur Aristotelis quàm Platonis expreßisse locutione͂. Est enim apud Platonem κατὰ δύναμιν. Ex superiore autẽ loco duo quædam intelligi par est, primum ἐφ᾽ ὅσον

A non solum dici quantum, ut ille idem supra exposuit, sed etiam quoad, & apud Latinos eatenus, quod respondet τὸ τοσοῦτον. interim abesse posse ab oratione. Nam hæc duo τὸ τοσοῦτον καὶ ἐφ' ὅσον interdum Cicero exprimit, & prius eatenus, posterius quoad dicit. ueluti. 1. de Legib. Nec uerò eos qui ei muneri præfuerũt, uniuersi iuris expertes fuisse existimo, sed hoc ciuile quod uocant eatenus exercuerunt, quoad populo præstare uoluerunt.

Pingui Minerua, παχυλῶς.) Sic Cicero in lib. de amicitia.

In quibus ciuilis scientia uersatur, περὶ ὧν ἡ πολιτικὴ σκοπεῖται.) Melius forte ad rationem uerbi, quæ sunt ciuilis scientiæ proposita. Nam σκοπός, id est quod sibi quisque proponit, seu quod cuique est propositum. ut pro Sextio, Quid est igitur propositum his Reip. gubernatoribus, quod intueri, & quò cursum suũ B dirigere debeant? Quem locum Cicero uidetur mutuatus esse ab Aristo. 1. cap. 6. huius operis. καθάπερ καὶ τὸ τῶν ἄλλων ἐστί τις σκοπὸς πρὸς ὃν ἀποβλέπων ὁ τὸν λόγον ἔχων, ἐπιτείνει. ἀποβλέπειν ergo πρός τινα, elegãter dicitur intueri aliquem. Vno etiam nomine Cicero dicit propositum τὸν σκοπόν. 2. de officijs, Sed ad propositum reuertamur.

Eodemq; modo, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ.) ut δὲ redũdet, de quo supra diximus.

Quæ quisq; nouit, de ijs uere iudicat, ἕκαστος δὲ κρίνει καλῶς ἃ γινώσκει.) Græci nullum uerbum habent quod nostro quisque par sit, nisi ἕκαστος. Itaque C semper animaduerti Ciceronem tum quisque dicere solitum, cum est relatiuũ quis quæ quod in oratione, uel suus, uel sui cum cæteris casibus. Et apud nos quidem quisq; sequitur, apud Græcos præponitur, nisi cũ dicũt αὐτῷ. κρίνειν καλῶς, præclare non cohæret, sed bene, si uim uerbi spectemus. Cicero autem nunquam bene iudicare dicit, sed uere, ut sunt alia quæ mos noster ferat, alia quæ Græcorum. Cicero. 3. de Finib. extremo, Nec uero potest quisquã de bonis & malis uere iudicare, nisi omni cognita ratione naturæ & uitæ, etiam Deorum. Noster etiam mos non fert nec patitur quod Aristo. dicit continenter, ἀγαθὸς κριτής. i. bonus iudex, sed uerus, aut uerax.

Qui omni doctrina eruditus est, ὁ περὶ πᾶν πεπαιδευμένος) Ostẽdã idoneo loco, Ciceronem nunquam illud περὶ cum accusandi casu exprimere circa, D sed in. Itaq; illud ipsum possumus dicere uerbum pro uerbo reddentes, qui in omni re doctus est & eruditus, aut omni doctrina eruditus. 3. de natura Deorum, Isto modo etiam disertus & quidem mathematicus, omni denique doctrina eruditus, postremo Philosophus erit mũdus. Eustratius illud πεπαιδευμένος refert ad usum rerũ. Quod si cui magis probatur, ita hoc exponat, ut Cicero, qui usum rerum percalluerit.

Vacat enim omni uitæ actione. Hæc autẽ de actione omnis oratio est, ἄπειρος γὰρ τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων, οἱ λόγοι δὲ ἐκ τούτων καὶ περὶ τούτων. Ἄπειρος

inexercitatus, imperitus, rudis, qui non est uersatus in re aliqua. ἔμπειρος exercitatus, peritus. Exemplum unum erit pro omnibus. Cice. 2. Tusculanarum quæst. Adduc pari animo inexercitatū militē, mulier uidebitur. Et paulo post, Quin etiā uidemus ex acie efferri sæpe saucios, & quidem rudem illū & inexercitatū quāuis leui ictu ploratus turpissimos edere. At uerò ille exercitatus & uetus &c. ἐμπειρία exercitatio, periculum pro experiētia, quo uerbo adeò inuitus Cicero utitur, ut semel solum apud eum legerim. Idem eodem lib. Tāta exercitatio, meditatio, consuetudo ualet, οὕτως ἐμπειρία, μελέτη, ἔθος ἰσχύει. Hoc autem loco dixi ἄπειρον εἶναι τῆς πράξεως, Vacare omni uitæ actione. quod ut facerē, me admonuit locus Ciceronis qui positus est in quarto quæstionum Tusculanarum, quique hunc exponere uidetur, Vacat enim omni libidine: hæc autem de libidine oratio est. E F

Iam uero, ἔτι δὲ.) Hoc uerbum est quo tam sæpe utitur Cicero, cum ad rem unam probandam multa argumenta colligit. Interdum solum ponit illud iam, & Aristo. ἔτι. pro quo interpretes quidam semper ponunt amplius, quod omnino barbarum est. Cicero. 3. de Finib. Iam membrorum .i. partium corporis, alia uidētur propter eorum usum à natura esse donata, ut manus, crura, pedes. Non est opus exemplis aliis, satis est enim rem intelligi. Arist. 6. cap. huius lib. ἔτι ἐπεὶ τἀγαθὸν ἰσαχῶς λέγεται τῷ ὄντι. &c. Iam cum bonum æque pateat ac natura. Cicero in orationibus sæpius utitur, Iam uero: nunquam uel raro, præterea. In philosophia contrà, ut in. 3. de natura deorum libro, cum multis argumētis conatur confirmare, nullum esse animal immortale, ter continenter præterea dicat. Aristo. nonnunquam utitur, πρὸς δὲ τούτοις, quod uerbū ex uerbo exprimentes, Ad hæc dicimus, ut δὲ redundet, quod multis fieri locis iam ostendimus. Quanquā πρὸς τούτοις, mihi uidetur rectius dici posse, præterea. G

Non est enim uitium in tempore, sed in moribus, οὐ γὰρ παρὰ τὸν χρόνον ἡ ἔλλειψις, ἀλλὰ διὰ τὸ κατὰ πάθος ζῆν.) Videtur mihi hūc Cicero expreßisse locū 2. de Finib. lib. Non est enim uitiū solum in oratione, sed etiā in moribus. Itē de Senectute, Sed omnium istiusmodi querelarū in moribus est culpa, non in ætate, ἡ ἔλλειψις. Ergo ἡ ἔλλειψις dicitur quod dicimus culpam. In hoc genere dicendi, Culpa non est in me, οὐ παρὰ μὲ ἡ ἔλλειψίς ἐστι, quid aliud significet, secūdo libro docebimus. Vide ergo quàm inscite alij hoc dixerint defectionē, & παρὰ τὸν χρόνον, ob tempus. Nam διὰ τὸ κατὰ πάθος ζῆν, mirum est Ciceronem conuertisse in moribus, quod eram conuersurus, in uita quam degat ex libidine. Nam κατὰ πάθος ζῆν, dico uitā ex libidine degere, uiuere, & uitam agere, ut Cicero, ex uirtute uiuere, ex uirtute uitam agere, & uitam ex summo bono degere, & è natura uiuere. Quæ dicendi genera, quoniam hodiē sunt desita usurpari, H

A exemplis faciam non ſolum ut ipſa ſimpliciter, ſed etiam comparatè intelligantur. Cicero enim eſt unus, qui cum ſe ad Græcorum imitationem contuliſſet, nullum non eorum dicendi genus, nullam phraſim, nullam denique uerbum conatus ſit reddere. Hæc ſunt eius uerba. 4. de Finibus, Id eſt enim uel ex uirtute, uel naturæ congruenter uiuere. Et paulo poſt, Neceſſe eſt hoc ultimum eſſe, ex uirtute uitã agere. Item in eodem ante ſuperiora exempla, Sed hoc ſummum bonum quod certa ſignificatione intelligitur, eaque uita quæ ex ſummo bono degitur, quia coniuncta ei uirtus eſt, in ſapientem ſolum cadit. In tertio extremo dicit etiam, è natura uiuere. Cum autem ad tuendos conſeruãdoſque homines hominem natum eſſe uideamus, conſentaneum eſt huic naturæ, ut ſapiens uelit gerere & adminiſtrare Rempublicam, atq; ut è natura uiuat, uxorẽ adiũgere & uelle ex ea
B liberos procreare. Hoc idem multis locis dicit ſecundum uaturam uiuere. Quod autem ſupra dixit, Naturæ congruenter uiuere. Et quod tertio de Finibus conuenienter naturæ uiuere, ab Ariſtotele dicitur ὁμολόγως νῷ ζῆν, quoniam νοῦς, id eſt, mens ſua quiſque eſt maxime. Quod autem Cicero dicit, ex uirtute uiuere, uel uitam agere Ariſtoteles dicit, κατὰ τὴν ἀρετὴν ζῆν, ut in. 5. huius operis libro cap. 2. καθ' ἑκάστην γὰρ ἀρετὴν προστάττει ζῆν, καὶ καθ' ἑκάστην μοχθηρίαν κωλύει ὁ νόμος, id eſt, Nam & ex quaque uirtute uitam agere præſcribit lex, & ex quoque uitio uetat. Ad ſuperiorem enim Ciceronis regulam hæc omnia dicendi genera dirigi debent, ut κατὰ μοχθηρίαν
C ζῆν dicamus ex uitio uiuere. Videre ergo licet quàm inſcite Agyropylus has phraſes expreſſerit. Nam illud ſuperius dixit, uniuſcuiuſque uirtutis uiuere ratione. & poſterius, uniuſcuiuſque uitij uiuere modo. quas dicendi rationes quis aut audiuit unq̃ aut ferre poteſt? Multo certe aptius dixiſſet uiuere ſecundum uirtutem, uiuere ſecũdũ uitiũ, qđ & noſtræ linguæ finitimũ eſt (dicimus enim uiurè ſelon uertu) & Cicero nõ omnino reſpuit, quippe qui dixerit uiuere ſecundum naturam, quod dicit uiuere è natura, ut ſupra oſtendimus. Quod etiam dicit uiuere ex natura. 5. de Finibus, Ex quo intelligi debet, hominis id eſſe in bonis ultimum, ſecundum naturam uiuere. quod ita interpretemur, uiuere ex hominis natura undique perfecta & nihil requirente. Quod autem dicit Cicero, ex ſummo
D bono uitã degere, Ariſtoteles in decimo libro appellat, κατὰ τὸ κράτιστον ζῆν. χρὴ δὲ οὐ κατὰ τοὺς παραινοῦντας, ἀνθρώπινα φρονεῖν, ἄνθρωπον ὄντα, οὐδὲ θνητὰ τὸν θνητόν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται ἀπαθανατίζειν, καὶ ἅπαντα ποιεῖν πρὸς τὸ ζῆν κατὰ τὸ κράτιστον τῶν ἐν αὐτῷ. Quanquam forte propter illud quod addit τῶν ἐν αὐτῷ, commodius dici poteſt, Ex natura hominis uiuere, quoniã Ariſt. dicit paulopoſt de mẽte, δόξειε δ' ἂν ἕκαστος εἶναι τοῦτο, εἴπερ τὸ κύριον. Quod Cicero in quinto de Finibus

sic exponit, In homine autem summa omnis animi est, & in animo rationis. Et in E
somnio Scipionis. Nec enim is es quem forma ista declarat: sed mens cuiusque, is est quisque, non ea figura, quæ digito demonstrari potest. Quo ex genere illud est etiam eiusdem lib. extremo tertio ζῆν κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ, & κατὰ λόγον. Itaque eodem hæc modo sum interpretatus, Viuere ex præscripto pædagogi, & ex ratione. ὥσπερ γὰρ τὸν παῖδα δεῖ κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ ζῆν, οὕτω τὸ ἐπιθυμητικὸν κατὰ τὸν λόγον. Itaque in primo libro quo loco disserit de sententia illa Solonis, neminem dũ uiuat beatum esse, uerbum quod ζῆν repugnat maxime iungit cum illo, κατὰ λόγον, ut dicat bis eodẽ cap. τελευτᾶν κατὰ λόγον. Quoniã igitur eodẽ modo dici hoc quo illud arbitror, sic uertendum putaui, τελευτᾶν κατὰ λόγον, Mori seu obire F
mortem ex ratione. Sunt qui putent illud κατὰ λόγον ualere idem quod, similiter & eodem modo, duntaxat in hoc extremo: an rectè his liceat existimare qui hæc legerint. Ego illud superius magis approbo. Alio loco exposui κατὰ λόγον τεθνάναι, obire mortẽ conuenienter rationi: & alio κατὰ τὸν λόγον ζῆν, conuenienter rationi uiuere, Ciceronis auctoritatẽ secutus, qui in lib. 3. de Finibus dicit, Conuenienter rationi & sententiæ suæ dicere. quod uulgo dicimus, loqui secundũ quod cogitamus. Ergo hoc sit præceptum generale, eas orationes Græcorũ in quibus κατὰ iũgitur cum accusandi casu, uel per ex præpositionem exprimendas fere, uel cum aduerbio cõgruẽter & conuenienter iũcto cum dandi casu.

At uero, &c.) Cum res duæ inter se contrariæ conferuntur, explicata & exposita priore, Cicero in posteriore cõparãda illud, At uero, sæpe solet dicere. Quod G
tam crebrum est apud eum, ut non sit opus exemplis probare.

Qui rationi suas appetitiones obedientes efficiunt, τοῖς κατὰ λόγον τὰς ὀρέξεις ποιουμένοις καὶ πράττουσι.) Verba sunt Ciceronis. 2. de Officijs, Alterum est, cohibere motus animi perturbatos, quos Græci πάθη nominant, appetitionesque, quas illi ὁρμὰς, obedientes efficere rationi. Hoc etiam dicitur, rationi appetitum obedientem præbere. 1. de Officijs, Curandum est, ut cogitatione ad res quàm optimas utamur, rationi appetitum obedientem præbeamus.

CAP. IIII.

CONSTITIT quidem fere inter omnes, ὀνόματι μὲν οὖν σχεδὸν ὑπὸ τῶν πλείστων ὁμολογεῖται. Cicero. 5. de Finibus, Constitit autem fere inter H
omnes, id in quo prudentia uersaretur, & quod assequi uellet, aptum & accommodatum naturæ esse oportere. Itaque puto legendũ esse ὡμολόγηται. Quanquam hic locus aliter explicari potest, ac forte melius, Ac uerbo quidem fere omnes conueniunt.

Quid autem sit beatitudo, non constat, de qua eo est inter ipsos omnis dissensio, περὶ δὲ τῆς εὐδαιμονίας τί ἐστιν, ἀμφισβητοῦσι.) Cicero. 5. de Finibus, Quid

A autē sit quod ita moueat, itáque à natura in primo ortu appetatur, nō cōstat, deq; eo est inter philosophos, cū summū bonū exquiritur, omnis dissēsio. Ἀμφισβητεῖν dißentire, & discrepare. Sed multo elegantius dixit Cicero quod protulimus quàm si dixisset dißentiunt.

Et omnes quidem exquirere sentētias, Ἁπάντας μὲν οὖν ἐξετάζειν τὰς δόξας) μὲν οὖν, Et quidem, Ac quidem, Atque quidē, interposito aliquo uerbo. Et tū in secunda parte orationis ponitur δὲ, quod semper autē ualet, aut tollendū est. Ac ijs uerbis & Græci & Latini utūtur in trāsitionibus. i. cū paucis quæ prius dicta sunt repetitis, quid deinceps dicēdū sit docemus. Vnū locū proferā Platonis ex Timæo, quē conuertit Cicero in libro de uniuersitate. Ac Ciceronis primū, Atque illum quidē quasi parētē huius uniuersitatis inuenire difficile: & cum iā inueneris, indicare in uulgus, nefas. Plato sic, τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ
B παντὸς, εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας λέγειν ἀδύνατον. Quo loco notare debemus splendidā illā & elegantem orationem, λέγειν εἰς πάντας, dicere seu indicare in uulgus. Illud autem ἀδύνατον eū dixisse nefas, miror. sed habuit rationē nostræ orationis, aut fidei & aßensionis hominum. Nā plures deos Athenieēses faciebāt & Romani. Sed ad alios locos ueniēdū est. Idē Cic. primo de Offic. Ac de primo quidē fonte diximus. de tribus autē reliquis latißime patet ea ratio qua societas hominū inter ipsos & uitæ quasi cōmunitas cōtinetur. In eodē extremo, Atque hæc quidem hactenus. In ipsa autē cōmunitate &c. Aristo. locū cōuertit eū qui in 8. extremo est huius operis. περὶ μὲν οὖν τούτων ἐπιτοσοῦτον εἰρήσθω. ἐν ἁπάσαις δὲ ταῖς ἀνομοιοειδέσι φιλίαις τὸ ἀνάλογον σώζει, Atq; hæc quidem hactenus. In omnibus autē diuersi generis amicitijs &c. Nā Cic. solet
C illud εἰρήσθω omittere in simili genere dicendi, & περὶ prætermisso, casum eius in nominandi mutat. In eodē enim libro dicit, Sed hæc hactenus. Aristo. interdum non ponit in hoc genere οὖν sed δὲ. ut cap. 6. huius lib. 1. καὶ περὶ μὲν τούτων, ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. πάλιν δ' ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸ ζητούμενον ἀγαθόν. Atque hæc quidē hactenus. In cæteris generibus. i. quibus hic hæc hoc nō ponūtur, Latini Græcos imitantur omnino. Cicero eodem lib. Ac de bellicis quidē officijs satis dictum est. Meminerimus autē & aduersum infimos iustitiā esse seruandā. Interdum Cicero quidē prætermittit, ut eodē lib. Atque hæc in moribus cōsyderantur.
D De beneuolentia autem, quā quisque habeat erga nos, &c. Ibidem, Itaque ab his rebus quæ sunt in iure societatis humanæ, quēadmodū ducatur honestum, ex quo ortum est officiū, satis fere diximus. Intelligendum est autē, cū proposita sint genera quatuor &c. Quod etiam obseruat interim Aristo. ut in extremo huius operis. ταῦτ' οὖν ἡμῖν εἰρήσθω περὶ σωφροσύνης. Atque hæc de tēperantia. In 10. τῶν μὲν οὖν τοιούτων ἅλις. τὰ δὲ εἰρημένα περὶ τὰς ἡδονὰς ἐπέλθωμεν.

Ex his omnibus intelligi poteſt, quantam diligentiam adhibuerit Cicero, ut Græcorum phraſes exprimeret. E

Contenti autem erimus, ſi utamur ijs potiſſimum, quæ præſtāt, quæque forti & uirili utātur ratione & ſententia, ἱκανὸν δὲ τὰς μάλιστα ἐπιπολαζούσας, ἢ δοκούσας ἔχειν τινὰ λόγον.) Sic conuerti ex Ciceronis. 3. lib. Tuſculanarum quæſt. Sententijs tamen utendum eſt eorum potiſſimum, qui maxime forti, & , ut ita dicam, uirili utuntur ratione & ſententia. Quod ſi ita eſt, ἔχειν τινὰ λόγον, dicetur, quod dicimus habere apparentiam.

Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas,
Et duris optata tulit ſolatia rebus.
Fortunatus & ille, alium qui recta monentem F
Audit, & inuentis ponit ueſtigia lætus.
Qui rebus non conſulit ipſe cadentibus ultro,
Inducitque animum uoces contemnere ueras:
Ille quidem iuuiſus diuis, & inutilis orbi eſt,
Οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει,
φρασσάμενος τά κ᾽ ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω,
Ἐσθλὸς δ᾽ αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήτ᾽ αὐτὸς νοέῃ, μήτ᾽ ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται ὃδ᾽ αὖτ᾽ ἀχρήϊος ἀνήρ.

Hos uerſus Vergilius in. 2. Georgicon magna ex parte conuertit. primus totus & pars tertij ex eo lib. huc translatus eſt. Euſtratius eſt in eadem ſententia. Scribit enim his fere uerbis, explicans primum uerſum, ἀκουσάτω τῶν ἡσιόδου ἐπῶν ἐν οἷς ἄριστον μὲν λέγει τὸν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τὰ βέλτιστα εἰδότα καὶ αἱρούμενον. οὗτος δὲ ἐστιν, ὁ ἔχων ἤδη ἀρχάς. i. Audiat Heſiodi carmina, quibus ſapientiſsimum ait eum, qui ipſe quæ optima ſunt & intelligit & ſequitur. hic autem rerū iā cauſas tenet. Eadem carmina cōuertit Cicero in oratione Cluentiana, & T. Liuius in 2. lib. de bello Punico ſecundo. uterq; proſa oratione. T. Liuius ſic, Sæpe ego audiui, milites, eum primum eſſe uirum, qui ipſe conſulit quid in re ſit. Secundum eum, qui bene monenti obediat. Qui nec ipſe cōſulere nec alteri parere ſcit, eū extremi ingenij eſſe. His T. Liuius expreſſit Heſiodi ſententiā. apud eūdem ſequitur oratio, in qua dicit, inducere in animum, quod Heſiodus dicit, βάλλεσθαι ἐν θυμῷ. Nobis quoniam prima animi ingenijque negata ſors eſt, ſecundam ac mediā teneamus: & dum imperare diſcimus, parere prudenti in animum inducamus. Hoc non fui dicturus, niſi quendam audiuiſſem, hominem ſane eruditū, qui ἐμβάλλειν εἰς νοῦν cum orationem Demoſthenis magna cum laude & celebritate interpretaretur, inijcere in animum exponeret. Sed ad rem reuertamur. Ciceronis hæc eſt interpretatio, Sapientiſsimum eſſe dicunt eum, cui quod opus ſit G H

A ipsi ueniat in mentem: proxime accedere illum qui alterius bene inuentis obtemperat. In stultitia, contrà est. Minus enim stultus est is, cui nihil in mentem uenit, quàm ille, qui quod stulte alteri uenit in mentem comprobat. Cicero diserte dicit, uenire in mentem, quod Hesiodus νοεῖν.

CAP. V.

NOS autem ad eã partẽ sermonis, ex qua egressi sumus, reuertamur, ἡμεῖς δὲ λέγωμεν ὅθεν παρεξέβημεν.) Cicero. 2. de legibus, Sed si uidetur, consideamus hic in umbra, atque ad eam partem sermonis, ex qua egressi sumus, reuertamur. παρεκβαίνειν, egredi, quod Cicero etiam dicit. 1. de Officijs aberrare. ut aberrare à proposito, παρεκβαίνειν ἀπὸ τοῦ προκειμένου, ἢ σκοποῦ, ἢ προαιρέσεως.

Non sine causa, οὐκ ἀλόγως.

Ex uitæ genere uidentur existimare, ἐκ τῶν βίων ὑπολαμβάνειν.) Cicero B in Salustiũ, Desine unumquenque moribus tuis existimare. Quo ego loco deesse ex puto.

Ac multitudo pecudũ uitã illa quidẽ sequi uidetur, sed causa ei est, οἱ μὲν οὖν πολλοὶ, παντελῶς ἀνδραποδώδεις φαίνονται, βοσκημάτων βίον προαιρούμενοι. τυγχάνουσι δὲ λόγου) τυγχάνειν λόγου, quod dicimus uulgo habere rationẽ aut excusari. Nam hoc loco significat πρόφασιν, id est prætextum, causam, excusationem. Hoc dicit Aristoteles, quòd leuiora sunt peccata uulgi, cum exemplo suo principes populum inficiunt. Cicero primo de Finibus, Præsertim cum nulla sit causa peccandi. προαιρεῖσθαι βίον, sequi uitam aliquam, deligere uitæ genus, sequi uitæ cursum. tot enim modis Cicero dicit hoc ipsum. 1. de Officijs, quo loco de deligendo genere uitæ disserit. Hoc loco possem illustre dicendi genus ostendeC re quod Cicero est à Græcis mutuatus, sed alius mihi est ad id constitutus locus.

Qui principatu & potestate ualent, τῶν ἐν ταῖς ἐξουσίαις.) Breuitas est Græci sermonis, οἱ ἐν ταῖς ἐξουσίαις, οἱ ἐν ἀξιώμασι.) quo genere utitur in 4. huius operis. Ac mihi quidem non uidentur hæc genera dicendi aliud significare, quàm illud quod ipse dicit in 8. οἱ τὰς ἀρχὰς καὶ δυναστείας κεκτημένοι. quod Cicero dicit in lib. de amicitia, qui principatu & potestate excellũt: alibi, ualet: aliâs præditi sunt. aliâs, consecuti sunt, & adepti.

Eisdem libidinibus, quibus Sardanapalus, constricti tenentur, ὁμοιοπαθεῖν σαρδαναπάλῳ.) Cicero 3. de Legibus, Quis non frangeret eorum libidines, ni D si illi ipsi qui eas frangere deberent, eisdem tenerentur? Hoc enim mihi uerbum ὁμοιοπαθεῖν hoc loco id uidetur significare. Nã si sic dicamus, idem accidere quod Sardanapalo, rem non significabimus, quoniam πάσχειν significat interdum esse in perturbatione. hinc πάθος motus animi nimius rationi cõtrarius, quam perturbationem licet dicere, cum Cicerone: nunquam passionem, si Latinè loqui uelimus.

Iiq; omnes, quorum uita omnis in actione rerum uersatur, οἱ πρακτικοί.) Su= E
pra docui hoc uerbũ sic à Cicerone conuerti solitum. Id quod ex eo intelligi potest, quod cum principio huius capitis tres uitæ degendæ rationes proposuerit, τὸν ἀπολαυστικὸν, πολιτικὸν καὶ θεωρητικὸν βίον. i. ociosum uitæ genus, ciuile & quod in actione uersatur, & in rerum cognitione & contemplatione: iam inde cœpit exponere qui homines quæ uitæ genera ingredi solerent. Itaque τὸν πολιτικὸν βίον nunc dicit τοὺς πρακτικοὺς sequi. Quanquam forte οἱ πρακτικοὶ dici possunt hoc loco quos Cicero. 1. de Officijs, multis uerbis dicit, Sed ijs qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus sunt, & gerenda resp. est, φύσει πρακτικοί. Ibidem eum puto dicere ociosos & quietos, quos Græci dicunt θεωρητικούς. Multi autem & sunt & fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatem expetentes, à negociis publicis se remouerunt, ad ociumque profugerunt. In his & nobilissimi philosophi longéque principes & quidam homines seueri & graues, nec populi, nec principum mores ferre potuerũt. Paulo post, Quare cum hoc commune sit potentiæ cupidorum cum ijs quos dixi ociosos: alteri se adipisci id posse arbitrãtur, si opes magnas habeant: alteri si contenti sint & suo, & paruo. In quo quidem neutrorum omnino contemnenda sentẽtia est. Sed & facilior & tutior, & minus alijs grauis & molesta uita est ociosorum. fructuosior autem hominum generi & ad claritatem amplitudinemq; aptior eorũ, qui se ad remp. & ad magnas res gerendas accommodarunt. His uerbis aliisque sequẽtibus comparat, mea quidem sententia, τοὺς πρακτικοὺς πρὸς τοὺς θεωρητικοὺς καὶ ἀπολαυστικοὺς ἢ ἀπράκτους. Hoc etiã facilius perspici potest ex eo loco qui scriptus est. 5. de Finibus, his uerbis, Vitæ autẽ degendæ ratio maxime quidẽ illis placuit quieta in cõtemplatione & cognitione posita rerũ.

Vt opinionẽ afferant alijs se esse probos, ἵνα πιστεύωσιν ἑαυτοὺς ἀγαθοὺς εἶναι) πιστεύειν, opinionem afferre dixit Cicero, ni fallor, 2. de Officijs his uerbis, Facillimè autem & in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros & sapientes & bene consulentes uiros reip. contulerunt: quibuscum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum fore se similes. Plato in Epitaphio totidẽ uerbis idem exprimit, quot Cicero ὑποψίαν παρέχουσιν.

Itaque coli afficique honore à prudentibus uolunt, & à notis, idque propter uirtutem, ζητοῦσι γὰρ ὑπὸ τῶν φρονίμων, καὶ παρ᾽ οἷς γινώσκονται, καὶ ἐπ᾽ ἀρετῇ. H
Non est, puto, quòd doceam, τὸ ζητεῖν non semper quærere, debere dici, id quod hoc loco sermo Latinus, quanuis gallicus, non pateretur, sed interdum studere, aliâs cupere, aliâs uelle. Proferam hoc loco uerba Ciceronis ex 3. de Finibus, qui ad huius imitationem proxime uidetur accedere: Qui autem post eos fuerunt, cum Carneadem sustinere non possent, hanc quã dixi bonam famam, ipsam propter se propositam & sumendam esse dixerunt: esséque hominis ingenui &

A liberaliter educati, uelle bene audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiam uiris: idque propter rem ipsam, non propter usum. Quo loco uelle dixit, quod hic Aristo. ζητεῖν.

Horum quidem ratione & iudicio, κατά γε τούτους.) Cicero. 1. de natura deorum extremo, Sed doceo deos uestros esse uoluptatis expertes: ita uestro iudicio ne beatos quidem. i. καθ' ὑμᾶς.

Qui uirtute sit prædit⁹, ἔχοντα τὴν ἀρετήν.) Aristoteles sic semper, ut in 3. huius operis. cap. 9. ὅσῳ ἂν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν ἔχῃ πᾶσαν, καὶ εὐδαιμονέστερος ᾖ, μᾶλλον ἐπὶ τῷ θανάτῳ λυπήσεται. Atque idem quo maioribus uirtutibus omnibus instructus ornatusque est, quoq; beatior, eo molestius B mortem acerbiusque perferet. Et in cap. ultimo huius operis, οὐδὲ δὴ περὶ ἀρετῆς ἱκανὸν τὸ εἰδέναι, ἀλλ' ἔχειν καὶ χρῆσθαι πειρατέον. Cicero imitatus est phrasim hanc Græcorum aliquot locis: ut 5. de Finibus, Prioris generis est docilitas, memoria, quæ fere omnia appellantur uno ingenij nomine: easq; uirtutes qui habent, ingeniosi uocantur. Et 2. de Officijs, Sed ne quis sit miratus, cur cum inter omnes Philosophos cõstet, à meq; ipso sæpe disputatum sit, qui unam haberet, omnes habere uirtutes, &c. Sæpius autem illud ἔχειν τὴν ἀρετὴν dicit, esse uirtutem in aliquo. Quod ita crebrum est, ut nihil attineat ullis exemplis illustrare & aperire. Aliquot tamen locos proferam, quo consulam omnibus. 2. de Officijs, C Idcirco illos in quibus eas uirtutes esse remur, à natura ipsa diligere cogimur. Illud idem Cicero dicit, compotem esse uirtutis, in. 5. Tuscul. quæst. Hic igitur si est excultus, & si eius acies ita curata est, ut ne cæcetur erroribus: fit perfecta mens. i. absoluta ratio, quæ est idẽ quod uirtus. Et si omne beatũ est cui nihil deest, & quod in suo genere expletũ atque cumulatum est, idque est uirtutis proprium: certè omnes uirtutis compotes, sunt beati, πάντες ἔχοντες τὴν ἀρετὴν, εὐδαίμονες. aut potius in singulari, πᾶς ἔχων τὴν ἀρετὴν εὐδαίμων. Idem 5. de Finibus, An si id probas, ita fieri posse negas, ut hi qui uirtutis cõpotes sint, etiam malis quibusdam affecti, beati sint? Quãquam hoc commodius & magis ad uerbũ dicit μεταλαμβάνοντες ἀρετῆς, postremo capite huius operis. Loca protuli suprà, cum de illo ἀγαπητὸν dicerẽ. Illa ratio multo splendidior, & illu- D strior 5. Tusc. Quos dicam bonos, perspicuum est. Omnibus enim uirtutibus instructos, & ornatos, tum uiros bonos dicimus. Supra hoc dixit Aristo. τὴν ἀρετὴν ἔχειν πᾶσαν. Ita sæpe animaduerti Ciceronem plurali numero dicere, quod Græci dicũt singulari. Et quoniã generalẽ transferẽdi rationẽ à Cic. traditã persequi, quãtũ potero, institui: hoc etiã uerbũ quibus modis in alijs rebus trãsferatur libet ostẽdere. Arist. quidẽ dicit, ἔχειν τἀγαθὰ πάντα. 8 huius operis cap. 1. ἄνευ γὰρ φίλων οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ζῆν, ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάντα. Et. 9. c. noni. οὐδεὶς γὰρ ἕλοιτ' ἂν καθ' αὑτὸν τὰ πάντ' ἔχειν ἀγαθά. Videamus nũc quõ id Cic. dixerit aut potius cõuerterit. Scripsit in lib. de Amic. Nã qs est

(proh deūm fidem atque hominum) qui uelit, ut ne diligat quenquam, nec ipse ab E
ullo diligatur, circunfluere omnibus copijs, atque in omni rerum abundantia uiue=
re? Vide quàm hic dilatauerit illud ἄνευ φίλων. illud autem, ἕλοιτ᾽ ἄν, dixe=
rit, uelit. quod est secūdus Aoristus optatiui αἱρεῖσθαι. Nā illud ἔχειν πάντ᾽ ἀγα
θά, quàm fuißet durum, si dixisset, omnia bona habere. Simile est ferè illud, quod
est 1. de Officijs extremo, Idque hoc argumento confirmari potest, quòd si contige
rit ea uita sapienti, ut omnium rerum affluentibus copijs ditetur, quāuis omnia
quæ cognitione digna sunt, summo ocio secum ipse cōsyderet & contempletur, ta
men si solitudo tāta sit, ut hominē uidere nō possit, excedat è uita. Interdū in hoc
genere utitur uerbo habendi & boni. 5. Tuscul. quæst. Qualia igitur ista bona
sunt, quæ qui habeat miserrimus eße poßit? Aristote. 4. huius operis ὑπερόπται F
δὲ καὶ ὑβρισταί, καὶ τὰ τοιαῦτα ἔχοντες ἀγαθά, γίγνονται, Contēnunt, con=
tumeliosique sunt ij etiā qui his bonis abundant. Sic enim paulo antè Cicero dixe=
rat, Non sunt igitur ea bona dicenda, quibus abundantem licet esse miserrimum.

Græci hoc etiam exprimunt τῷ ὑπάρχειν. Aristot. 4. huius operis libro. ᾧ δ᾽
ἄμφω ὑπάρχει, μᾶλλον ἀξιοῦται τιμῆς, tamē cui utrumque adsit, uel insit, uel
suppetat, is nescio quo pacto maiorem laudem & gloriam meretur. Nam hoc ge=
nus Cicero exprimit uel ineße, uel eße, uel adeße: quæ ad illud ἔχειν transferri
eadem poßunt: præter adeße. & illud inesse aliquando & ingenerari, ad Græcū
ἐγγίνεσθαι accommodatur: illud uero adesse, ad παραγίνεσθαι. quorum utrū=
que cōparari dicitur, dari & tribui & attribui: & ingigni & innasci. Aristotel. 1.
cap. secundi libri huius operis, ἐξ οὗ καὶ δῆλον, ὅτι οὐδὲ μία τῶν ἠθικῶν ἀρε= G
τῶν φύσει ἡμῖν ἐγγίνεται. Ex quo perspicitur, nullam uirtutem earum quæ
more perfectæ sunt, nobis ingeneratā esse natura, aut tributam. Eodem uerbo eo=
dem etiam capite utitur. Ibidem etiam utitur τῷ παραγίνεσθαι. ἔτι ὅσα μὲν
φύσει ἡμῖν παραγίνεται, τὰς δυνάμεις τούτων πρότερον κομιζόμεθα,
Iam quæ nobis à natura tributa sunt, eorum omnium primum facultates percipi=
mus. Eodem uerbo utitur. cap. 9. huius libri. ὅθεν καὶ ἀπορεῖται, πότερόν ἐστι
μαθητὸν, ἢ ἐθιστὸν, ἢ ἄλλως πως ἀσκητὸν, ἢ κατά τινα θείαν μοῖραν,
ἢ καὶ διὰ τύχην παραγίνεται. Quem locum maxima ex parte. 5. de Finibus
Cicero cōuertit, De hominum genere, aut omnino de animalium loquor, cum arbo H
rum & stirpium eadem penè natura sit, siue ut doctissimis uiris uisum est, maior
aliqua causa atque diuinior hanc uim ingenuit, siue hoc ita sit fortuitó. Hoc adeſ=
se dicit. 1. Academic. quæst. Cúmque illi ea genera uirtutum quæ supra dixi, se=
iungi posse arbitrarentur, hic nec id ullo modo fieri posse disserebat: nec uirtutis
usum, ut superiores, sed ipsum habitum per se esse præclarum, nec tamen uirtutem
cuiquam adesse, quin ea semper uteretur. Quāquam hic locus uidetur illum supe=
riorem Aristote. explicare, ἔχειν τὴν ἀρετὴν καὶ χρῆσθαι πειρατέον. i. enitē=

A tendum est, ut non solum uirtus adsit nobis, sed ea etiam utamur. Idem. 1. de Officijs, Principio generi animātium omni est à natura tributum, ut se, uitā, corpusque tueatur. i. πρῶτον μὲν οὖν παντὶ ζώῳ φύσει ὑπάρχει ἢ παραγίνεται, ἢ ἐγγίνεται. Et 1. Tuscul. quæst. Natura inest mentibus nostris insatiabilis quædam cupiditas ueri uisendi. Superius autem genus Cicero dicit interdum adipisci uirtutem, uelut. 1. de natura deorū, Nihil est enim uirtute amabilius. quam qui adeptus erit, ubicunque erit gentium à nobis diligetur. Et. 2. de Officijs. Si existimabimur adepti coniunctam cum iustitia prudentiam. quāquam hoc uidetur Græce dici potius τυγχάνειν τῆς ἀρετῆς. Est etiam illud genus dicendi quo hunc locum expres-
B simus, frequens apud Ciceronem, uirtute esse præditum. ut 1. de Legibus, Ex quo perspicitur, cum hāc beneuolentiam tam longe lateq; diffusam uir sapiens in aliquem pari uirtute præditum contulerit, tum illud effici, quod quibusdam incredibile uideatur. sitque necessarium, ut nihilo sese plus quàm alterum diligat. Et 4. de Finibus, Si enim uirtus digna est gloriatione, ut est, tantūq; præstat cæteris rebus, ut dici uix possit: & beatus esse poterit uirtute una præditus, carens cæteris, id est, ἔχων μίαν ἀρετὴν εὐδαίμων ἂν εἴη.

In uita, διὰ βίου.)

Nihil agat, ἀπρακτεῖν.)

Et præterea, καὶ πρὸς τούτοις.)

C Maximis in malis miserijsq; uersetur, κακοπαθεῖν καὶ ἀτυχεῖν τὰ μέγιστα) κακοπαθεῖν sed κακοπάσχειν esse in malis, seu uersari. Ἀτυχεῖν, in miserijs calamitatibusque uersari & esse.

Nam quæ uita in pecunijs congerendis occupata est, uim desyderat ad se parandam & tuendam, ὁ δὲ χρηματιστὴς βίαιός τίς ἐστι.) Βίαιον βίον hoc loco omnes dicunt uiolentā uitā. sed id adeo obscurum est, ut uix intelligi queat. Itaque pluribus id uerbis malui dicere, quo facilius intelligeretur. Eustratius enim sic τὸν βίον βίαιον explicat. Eius Græca uerba subieci. λέγει τοίνυν καὶ περὶ τούτου ἐπὶ βραχὺ, χρηματιστικὸν μὲν ὀνομάζων βίον τὸν περὶ κτῆσιν χρημάτων σπουδάζοντα: βίαιον δὲ ὅτι διὰ βίαν ἐνδείκνυται πρὸς τὸ κτήσασθαι τὸ ζητούμενον. i. Dicit ergo etiam de hac re pauca, cum pecuniariā uitam nomi-
D nat eam, quæ tota posita est in parandis pecunijs: quam eandem uiolentam appellat, quòd uim significet desyderari ad id parandum, in quo uersetur. Aristoteles ipse in primo de Rep. multa de hoc uitæ genere disserit.

In ijs libris quos ἐγκυκλίους inscripsimus, ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις.) Qui sint libri quos ἐγκυκλίους inscripserit, Eustratius docet. Ait enim, carmina quædam Aristotelem edidisse de beata uita, quorum idem erat principium, & finis, & propterea ἐγκύκλια inscripta. Apud A. Gellium quidem lib. uigesimo capit. 3. reperi librum inscriptum προβλήματα ἐγκύκλια. Verba eius proferam, Eum

adolescentem Taurus à sodalitatibus conuictuq; hominum scenicorum abducere E
uolens, misit ei uerba ex Aristolis libro exscripta qui προβλήματα ἐγκύκλια
inscriptus est. iussit ut ea quotidie lectitaret. Ex quibus uerbis intelligi potest libros eos, qui hodie problemata inscripti sunt Aristotelis, in iis esse qui ἐγκύκλιοι inscribuntur, eosque ætate Gellij ita inscriptos fuisse. Eustratius negat, à se lecta ἐγκύκλια de quibus alij scripsissent suis libris. Quod cum ita sit, iam ætate Eustratij hæc sublata erat inscriptio. Quam quoniam ne nostra quidem ætate retinet, hortor omnes qui posthac eos imprimendos curabunt, eam restitutam uelint. Problema autem quod Gellius profert, positum est in sectione ea qua de ijs disserit, quæ ad prudentiam, mentem, & sapientiam pertinent. Qui locos Gellij Græcos interpretatus est, προβλήματα ἐγκύκλια appellat quæstiones circulares, non F
uim rationemq; uerbi huius spectans, sed potius illarum quæstionum, quæ in utranque partem disputantur. Idem sentit de ijs libris Eustratius. Ait enim quòd ea carmina eodem desinant unde initium sumptum sit, idcirco ἐγκύκλια nominata. Quanto deterius Argyropylus, qui ἐγκύκλια dicit conuersiones. quanto uero inscitius alius, qui gymnasticas exercitationes nominat. Malui ego Græcũ uerbum usurpare, quod idem feci extremo hoc primo libro, cum secutus authoritatem Ciceronis ἐξωτερικοὺς libros dixi, non extrarios, non externos, non extrinsecos, ut alij interpretes Aristotelis & Gellij. Ex hoc autem loco quem interpretamur, facile intellectu est, non sola problemata, ἐγκύκλια inscribi, quoniam nomen ipsum adhibuisset. Gellius quidem eo libro, cuius modo mentionem feci, Aristotelem confirmat omnes suos libros duobus his uerbis inscripsisse: alios ἀκροαματικοὺς, a- G
lios ἐξωτερικοὺς. Quid autem illis libris traderet, exponit his fere uerbis, ἐξωτερικὰ dicebantur, quæ ad rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, ciuiliumque rerum notitiam conducebant: ἀκροαματικὰ autem, in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur, quæque ad naturæ contemplationes disceptationesue dialecticas pertinebãt. Cicero etiã author est, duo esse genera librorum ab eo edita. Verba eius quinto lib. de Finibus posui, De summo autem bono quia duo genera librorum sunt, unum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant, alterum limatius, quod in commentarijs reliquerunt, non semper idem dicere uidentur. Cicero ergo & Gellius, cum de genere librornm idem sentiant, par H
est intelligi, quod Cicero appellat limatius, id esse genus quod ἀκροαματικὸν Gellius nominet, in quo nos genere ἐγκύκλιον numerabimus. Atque ut quid ego de ui horum uocabulorum sentiam, dicam, ἐξωτερικοὶ mihi uidentur dicti libri ab Aristotele, quorum cognitionem omnibus patere uoluisset, quasi extra parietes priuatos essent ad omnes prodituri. ἐγκύκλιοι autem ij, qui ita obscuri erant, ut etiam si editi essent, tamen non editi uiderentur, quasi intra priuatos parietes manerent, propter obscuritatem. quod ipse Aristoteles in epistola ad Alexandrum scribit.

A Itaque Gellius eo quem dixi libro, omnes dicit ab eo admißos iuuenes sine delectu ad ἐξωτερικοὺς: ad ἀκροαματικοὺς non item. Eustratius dissentit à Gellio, non de genere quidem librorum, sed ratione uocabulorum. ἀκροαματικὰ enim dicit appellata quæ tradebat paßim quibusuis. Gellius contrà, disciplinam ad quam temere admittebat neminen, nisi quorum antè ingenium & eruditionis elementa, atque in discendo studium laboremque explorasset. ἐξωτερικὰ autem appellata dicit, quòd ἔξω τῆς κοινῆς ἀκροάσεως, id est, non paßim nec uulgo traderentur. Gellius, quòd uulgo iuuenibus sine in delectu daret. Gellius sentit idem quod Cicero, & certè Alexandri epistola ad Aristotelem hoc ipsum uidetur indicare.

B In ijs potius quæ supra dicta sunt, finē ultimumque bonorum licet putare, μᾶλλον τὰ πρότερον λεχθέντα τέλη ὥς ἄν τις ὑπολάβοι.) hoc genus dicendi frequens est apud Græcos. quod si uerbum ex uerbo exprimamus, dicemus quis putauerit, aut putare poßit. Animaduerti hanc phrasim aliter à Cicerone transferri solitam, ut in lib. de amicitia, Est enim boni uiri, quem eundem sapientem licet dicere, hæc duo tenere in amicitia. Et 1. de Officijs, Et huic coniuncta est beneficentia, quam eandem uel benignitatem, uel liberalitatem appellari licet. Ibidem, Licet ora ipsa cernere iratorum. Aristote. 8. huius operis, ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐν ταῖς πλάναις, ὡς οἰκεῖον ἅπας ἀνθρώπῳ καὶ φίλον. i. Cernere autem licet etiam in erroribus: quàm sit homo homini coniunctus & charus.

C

CAP. VI.

VNIVERSVM bonum, τὸ δὲ καθόλου.) Quoniam hoc uerbum in philosophia usitatum est, nec adhuc â quoquam rectè translatum, & à Cic. nūquā uniuersale, à uarrone semel dictū est, hoc loco tradere & exponere decreui, quo uerbo â Cicerone exprimatur. Quod ita faciā, si antè pauca de ratione huius uocabuli dixero. τὸ καθόλου, eutrum est fere, nec per casus inflectitur. dicitur autem ἀπὸ τοῦ κατὰ & ὅλου, de cuius significatione mox disseremus. quod uerbū ex uerbo exprimentes, totum simul dicere possumus. Itaq; Latine dici debet uniuersus. sa. sum, quasi complectens uel complexus omnia. Quocirca Cicero interdum id dicit summā, uelut. 2. de Finibus, Quoniā igitur omnis summa philosophiæ ad beate uiuendum refertur, idque unum expetentes, se ad hoc studium contulerunt &c. Omnis summa philosophiæ. i. τὸ καθόλου φιλοσοφίας: aut ὅλη φιλοσοφία. Et 4. de Finibus, Atqui si ut conuenire debet inter nos, est quædam appetitio naturalis &c. eorum omnium est aliqua summa facienda. Hoc ibidē perspicere licet, his uerbis, sed multo euidentius, Nam omnia quæ sumenda queq; legenda aut optanda sunt, inesse debent in summa bonorum δεῖ τῶν καθόλου ὑπάρχειν. Summam enim bonorum Ciceronē appellare, τὸ καθόλου, hoc satis argumenti est, quòd cum Aristoteles instituat his libris quærere quid sit

summum bonum & in quo ponatur, principio huius capitis pro summo bono, E
τὸ καθόλου simpliciter dixit. Nec me fugit κεφαλαίωσιν summam dici. Aliâs τὸ καθόλου dicitur uniuersum genus, & totum genus, à Cicerone, cui opponitur τὰ καθ' ἕκαστα. i. res singulæ. Hinc ὁ περὶ τοῦ καθόλου λόγος, καὶ ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα λόγος. i. oratio quæ de genere toto suscipitur uel habetur, & quæ de rebus singulis. Proferam primum Græca deinde Latina. Aristote. 2. huius operis, τοιούτου δ' ὄντος περὶ τοῦ καθόλου λόγου, ἔτι μᾶλλον ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα λόγος οὐκ ἔχει τἀκριβές. Cicero 2. de Officijs lib. Mihi autem hæc oratio suscepta nõ de te est, sed de genere toto. Ex hoc uno loco uel facillime intelligi potest quod diximus. Nam quod dixit, oratio de genere toto suscepta est, id significat quod supra Aristote. dixit, ὁ περὶ τοῦ καθόλου λόγος. Et oratio de te, quoniã F
filius Ciceronis erat, καθ' ἕκαστα. i. κατὰ μέρους, indicat id quod ille idem dixit, ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα λόγος. Nam τὰ καθ' ἕκαστα dici res singulas uel ille locus declarat Cice. 3. Tuscul. quæst. ex quo eodem, τὸ καθόλου appellari uniuersum intelligi potest, Et tamẽ ut medici toto corpore curando minimæ etiã parti si condoluit medentur: sic philosophia, cũ uniuersam ægritudinem sustulerit, tamen si quis error aliunde extitit &c. tum sequitur, & si singularum rerum sunt propriæ consolationes. i. κἂν εἰ τῶν καθ' ἕκαστα. Hodie paßim philosophi uocant singularia, & uniuersalia, quæ dici debent res singulæ & uniuersæ. Quanquam mihi quidem dubium non est, quin quod Cicero suprà dixit, uniuersam ægritudinem, dici poßit rectè ὅλην λύπην. ὅλος enim interdum uniuersus dicitur. Aristo. 5. huius operis lib. cap. 1. αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη, οὐ μέρος ἀρετῆς, G
ἀλλὰ ὅλη ἀρετή ἐστι. i. uniuersa uirtus. Cice. 1. de legibus, Nam si opinione uniuersa uirtus, eadem eius etiam partes probarentur. Quo loco dicit uniuersam uirtutem, generalem: & partes, eius quas barbari uocant particulares uirtutes, quæ Græce dicuntur αἱ κατὰ μέρος ἀρεταί, ut ὅλη ἀρετή. Cicero 1. de Officijs, mihi uidetur τὸ ὅλον dicere generale, & τὸ κατὰ μέρος ἢ τὸ ἐν μέρει. quod pertinet ad singulas partes, seu quod generali subiectum est, seu generi. Scribit enim his uerbis quo loco de decoro disserit: Est autem eius descriptio duplex. Nam & generale quoddam decorum intelligimus quod in honestate omni uersatur: & aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. H
Et paulo post, Quæ autem pars subiecta est eius generi, eam sic definiunt, ut id decorum uelint esse, quod ita naturæ consentaneum sit, ut in eo moderatio & temperantia appareat. Itaque quod suprà Aristotelis protuli, potest rectè dici generale. ὅλη δικαιοσύνη, generalis iustitia: & quod 2. cap. 5. huius dicit, τὴν ἐν μέρει ἀρετῆς δικαιοσύνην, iustitiam quæ ad unã partẽ uirtutis pertinet, aut quæ eius generi subiecta est, & τὴν κατὰ μέρος ἀδικίαν, iniustitiã quæ pars subiecta est eius generi. Cice. sic maluit uocare quàm speciale decorũ, aut particulare. uer-

A ba sunt Aristotel.ζητοῦμεν δέγε τὴν ἐν μέρει ἀρετῆς δικαιοσύνην, ἔστι γάρ τις ὥς φαμεν. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἀδικίας τῆς κατὰ μέρος. ὅλος etiam totus dicitur, in eodem genere quo superiora. Cice. 5. de Finibus, Stoici restant. hi quidem non unam aliquam, aut alteram à nobis, sed totam ad se transtulerunt. i. ὅλην φιλοσοφίαν.

Existit quæstio, γιγνομένης ζητήσεως.) Sic Cice. de Amicitia, Existit autem hoc loco quædam quæstio subdifficilis, numquando amici noui digni amicitia ueteribus sunt anteponendi. Simile est quod ait Arist. hoc ipso cap. τοῖς δὲ λεχθεῖσιν ἀμφισβήτησίς τις ὑποφαίνεται.

B Quid induxerunt, οἱ εἰσαγαγόντες τὰ εἴδη.) paulo post dicit, κομίζοντες, qui inuexerunt. Hæc duo uerba propria sunt in hoc genere. Sicq; Cicero interpretatur, ut 1. de Officijs, Qui autem parti ciuiū consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt, seditionem atque discordiam.

Ideas. i. species, τὰ εἴδη.) Et paulo post, ἰδέας. Cicero quid sit Idea, quiq; Latinè dicatur docet. 1. Acad. quæst. lib. his uerbis, Mentem uolebant esse rerū iudicem: solam censebant idoneam, cui crederetur, quia sola cerneret id quod semper esset simplex & unius modi & tale quale esset. Hanc illi ideam appellabāt, iam à Platone ita appellatam, nos rectè speciem possumus dicere. Et paulo post, Aristoteles, inquit, primus species quas paulo ante dixisti, labefactauit, quas mirifice Plato erat amplexatus, ut in his quiddam diuinum esse diceret.

C Pluris æstimare ueritatem, προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν.)

At bonū & in substātia dicitur, & in qualitate, & ī ijs quæ cū aliquo cōferūtur τὸ δὲ ἀγαθὸν λέγεται καὶ ἐν τῷ τί ἐστι, καὶ ἐν τῷ ποιῷ, καὶ ἐν τῷ πρός τι.) Quoniā hoc loco quædā prædicamenta quæ uocant, nominat, uolo quid de eorū nominibus sentiam dicere. Prima Categoria est (malo enim sic dicere quàm prædicamētum) quod hic appellat τί ἐστιν, & quod paulo post, οὐσίαν. Hanc omnes dicunt substantiam hodie. Quintilianus essentiam de sententia Flauij uocat tertio lib. cap. 7. quo nomina imponit his decem de quibus agimus elementis. Ac primum Aristoteles elementa decem constituit, circa quæ uersari uideatur omnis quæstio. οὐσίαν, quam Flauius essentiam uocat, nec sanè aliud est eius nomen Latinum: sed ea quæ-

D ritur an sit. Qualitatem, cuius apertus intellectus est. Quātitatem, quæ dupliciter à posterioribus diuisa est, quàm magnum & quàm multum sit. Ad aliquid, unde ductæ translatio & comparatio. Posthæc, ubi, & quando, deinde facere, pati, habere, quod est quasi armatum esse & uestitum esse. nouissime συγκεῖσθαι, quod est compositum esse quodam modo, ut calefacere, stare, irasci. Miror equidem quid uenerit in mentem Quintiliano, nullum aliud esse nomen Latinū quod οὐσίαν exprimat, præsertim cum multis id locis à Cicerone dici naturā animaduerterit. Ego cum prope innumeros proferre possim, paucis ero contentus. Ac illum primum

qui est apud eum in.1.Tuscul.quæst.ex quo id adeo perspicuũ erit, ut nemo negare posit. Quod enim omnes dicunt Aristotelem inuenisse quintam essentiam, ille naturã appellat his uerbis, Aristo.his omnibus (Platonem semper excipio) præstãs & ingenio & diligẽtia, cũ quatuor nota illa genera principiorum eßet complexus è quibus omnia orirentur, quintam quandã naturã censet eße, è qua sit mens. Idẽ 2. de natura deorum, Omnem enim naturam neceße est, quæ non solitaria sit neque simplex, sed cum alio iuncta atque cõnexa, habere aliquem in se principatum, ut in homine mentem, in bellua quiddam simile mentis, unde oriantur rerum appetitus. Et paulo post, Atque ex hoc quoque intelligi poterit, in eo inesse intelligentiã, quòd est mundus certe melior, quàm ulla natura. Ibidem locis prope infinitis licet idem uocabulum cernere pro οὐσίᾳ non pro φύσει usurpari. Nec hoc quidẽ D. Augustinus ignorauit, qui principio. 2. libri de moribus Manichæorum nostram confirmat opinionem, his uerbis, Nam & ipsa natura nihil est aliud, quàm id quod intelligitur in suo genere aliquid esse. Itaque ut nos iam nouo nomine ab eo quod est esse, uocamus essentiam, quam plerunque substantiam etiam nominamus: ita ueteres qui hæc nomina non habebant, pro eßentia & substantia naturam uocabant. Ex his D. Augustini uerbis facile perspicitur hoc quod probatum, & confirmatum eße uolumus, ut iam id negare liceat nemini, quod forte inuolutũ & obscurum antea uidebatur. τὸ ὂν etiam, naturam Latini dici poße aut potius debere nemo est mediocriter doctus duntaxat qui non pertinaciter suam sententiam defendere uelit, quin intelligat. Atque utinam idem in cæteris quoque summis generibus præstare & efficere possim, aut Cicero parẽs ille & ãplificator sermonis Latini quosdam locos nobis reliquisset, unde quasi ex thesauro eruere & quasi proferre has opes linguæ Latinæ poßemus, quo esset copiosior. Qualitatem quidem & qualia apud eum dici animaduertimus, in.1. Academic. quæst. his uerbis, Qualitates igitur appellaui quas ποιότητας Græci uocant; quod ipsum apud Græcos non est uulgi uerbum, sed philosophorum, atque id in multis. Et paulo post, Et cum ita moueatur illa uis quàm qualitatem eße dicimus, & cum sic ultro citroq; uersetur: & materiã ipsam totam penitus commutari putant, & illa effici quæ appellant qualia. De quantitate, non est dubium quin si opus fuisset, ita transtulisset τὴν ποσότητα, ut τὴν ποιότητα transtulit: itẽq; πόσα quanta, ut ποῖα qualia. Itaque ijs uerbis non est quòd uti uereamur. De ea uero categoria quæ πρός τι uocatur, illud certe ad aliquid mihi non placet, nec sermo Latinus est cum dicimus, hæc nomina sunt ad aliquid. Quo ergo uerbo utendum censes, dicet aliquis? Equidem iam eo utendum censeo, quo Cicero usus est. quod ipsum antè quàm apud eum inuenissem, altero utebar non admodum dissimili. Cum enim uim & naturam uerbi diligenter consyderarem, illúdque ad aliquid ut barba-

A rum repudiarem & fugerem: ea quæ ad aliquid referuntur, cœpi dicere. Sed Ciceronianũ quod omnes iã auent audire, subiũgam. Hæc sunt eius uerba ex Topicorum libro, Nam alia quoque sunt contrariorum genera. uelut ea quæ cum aliquo conferuntur, ut duplum, simplum: multa, pauca: longum, breue: maius, minus. τὰ πρός τι.

Naturæ ordine priora, πρότερον τῇ φύσει.) Sic Cicero in Topicis, Inueniendi uerò artem, quæ Topice dicitur, quæ ad usum potior erat, & ordine naturæ certe prior, totam reliquerunt. Dicamus igitur eodem modo, temporis ordine & serie prius, auctore Cicerone, quod dicitur Græce πρότερον τῷ χρόνῳ. & si qua sunt generis eiusdem. ut τὸ ὕστερον τῇ φύσει ἢ χρόνῳ, ἢ κατὰ χρόνον.

Siquidem in ipsum hominem & in hominem una eademque ualet hominis definitio, εἴπερ ἔν τε αὐτῷ ἀνθρώπῳ καὶ ἀνθρώπῳ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς λόγος ἐστὶν ὁ τοῦ ἀνθρώπου. Cicero. 1. de legibus, Ita quæcunque est hominis definitio, una in omnes ualet. Nam τὸ εἶναι hoc loco efficere idem quod ualere ex eo intelligi potest, quòd illam phrasim sermo Latinus respuit. Vna eademque definitio est in homine & in ipso homine. Nisi forte ita hic locus explicandus est, una eademque hominis definitio ipsum hominem & hominem continet. quod idem ualet. Cicero ibidem deinceps, Quod argumenti satis est, nullam dissimilitudinem esse in genere. quæ si esset, non omnes una definitio contineret. Alias interpretationes huius uerbi alibi idoneo loco trademus.

Neque enim quia homo sit, aliquid inter eos interest, ᾗ γὰρ ἄνθρωπος, οὐδὲν διοίσουσι.) Genus dicendi hodie inusitatum, & tamen à Cicerone sæpe usurpatum, hic institui tradere. ᾗ particulam alij quo, alij quatenus interpretantur. Cicero dicit quia. 1. de Finibus, Nemo enim ipsam uoluptatem quia uoluptas sit aspernetur, aut oderit, aut fugiat: sed quia consequantur magni dolores, eos qui ratione uoluptatem sequi nesciunt. Neque porro quisquam est, qui dolorem ipsum quia dolor sit, amet, consectetur, adipisci uelit: sed quia nonnunquam eiusmodi tempora incidunt, ut labore & dolore magnam aliquam quærat uoluptatem. Ipsi ᾗ interdum ταύτῃ præponitur, & à Cicerone, hoc ipso quòd, exprimuntur, uelut. 1. de Officijs, Vt enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos & delectat, hoc ipso quòd inter se omnes partes cum quodam lepôre consentiunt: sic hoc decorum quod elucet in uita mouet approbationem &c. Aristoteles hoc cap. paulo infra, τιμῆς δὲ καὶ φρονήσεως καὶ ἡδονῆς ἕτεροι καὶ διαφέροντες οἱ λόγοι ταύτῃ ᾗ ἀγαθά. Quibus exemplis perspici potest, apud Græcos ᾗ poni sine uerbo, apud Latinos autem sæpius cum subiunctiuo, nisi duæ illæ particulæ exprimantur.

Conficientia horum, & aliquo modo tuentia, & contrariorum prohibentia, τὰ ποιητικὰ τούτων ἢ φυλακτικά πως, ἢ τῶν ἐναντίων κωλυτικά. Supra de uerbis exeuntibus in ικος satis multa dixi, quemadmodum ea transferri conueniret. E

Videamus, σκεψώμεθα.) σκέπτεσθαι consyderare sæpe exponitur, & σκέψις consyderatio, non peßime quidem, sed multis locis absurdum uideatur. Quod ex uno loco Aristo. intelligi potest qui est scriptus in 9, cap. huius operis, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως ἄλλης ἂν εἴη σκέψεως οἰκειότερον. Quem si transferas, ut Agyropylus, Verũ hoc ad aliam magis consyderationem forsitan pertinet, quã indisertè feceris? Exponamus ergo τὴν σκέψιν disputationẽ, auctore Cicerone. Scribit enim. I. de legibus, his fere uerbis, Neque enim omnia sunt huius disputationis & temporis. Et paulo post, exponens superiorem locũ Aristo. Huius uerò disputationis, Quinte, propriũ est id quod expectas. Idem ualet τὸ ἐπισκέπτεσθαι quo sæpe his libris Aristoteles utitur, quod Cicero transfert ponderare, uidere, consyderare. Quorum duo prima ut intelligantur, scribit. 1. de Officijs, In quo tamen in primis quo quisq; animo, studio, beneuolẽtia fecerit, ponderandũ est. Aristo. 13. cap. 8. huius operis, ἐν ἀρχῇ δ᾽ ἐπισκεπτέον ὑφ᾽ οὗ εὐεργετεῖται, καὶ ἐπὶ τίνι, ὅπως, ἐπὶ τούτοις ὑπομένη, ἢ μή. Quem locum in lib. etiam de amicitia tractat, Quod si etiam poßis quiduis deferre ad alterum, uidendum est tamen quid ille poßit sustinere. Et paulo post, Atque in omni re consyderandum est, & quid postules ab amico, & quid patiare à te impetrari. F

Tamen in ijs quæ per se bona sunt licet ponere, ὅμως τῶν καθ᾽ αὑτὰ ἀγαθῶν θείη ἄν τις.) Libet hic rursus Græca cum Latinis conferre, ut quemadmodum genus dicendi nostrum elegans Græce dicatur, poßit intelligi. Cice. 1. de Finibus, Alij autem, quibus ego assentior, cum à philosophis compluribus permulta dicuntur, cur nec uoluptas in bonis sit numeranda, nec in malis dolor &c. hoc uerbo sæpe in hoc genere utitur Cicero, & in his de Finibus lib. & in quinto Tuscul. quæst. in quo etiam hoc usurpat, Ducere in bonis. Et. 1. de Finibus, ponere summũ bonum in uirtute. & 3. collocare summum bonum in primis naturæ. & 4. constituere in una uirtute finem bonorum. Hæc genera dicendi omnia Cicero concludit eodẽ modo, præpositione in adiecta casui auferẽdi. Quod genus apud Græcos huic nostro respondeat, cum diu multumq; mecum ipse reputarem, equidem tandem cõperi eos genitiuo id exprimere quod nos ablatiuo præposita in præpositione. Idq; quo facilius intelligi poßit, proferam locum Ciceronis ex 3. de Finibus, qui hoc ipsum plane indicabit, In principijs autem naturalibus diligendi sui, plerique Stoici non putant uoluptatem esse ponendam: quibus ego uehementer aßentior, ne si uoluptatem natura posuisse in his rebus uideatur, quæ primæ appetuntur, multa turpia sequantur. Admonuit me hic quidem locus & superiores, ut quod Aristo. hic dicit, θέσθαι τὰς ἡδονάς τινας τῶν καθ᾽ αὑτὰ ἀγαθῶν, exponerem, po- G H

A nere uoluptates in ijs quæ per ſe bona ſunt. nec ſane ullum uerbum eſt aliud, quo il
lam phraſim Græcorum exprimere poſſimus. Huic ſimile illud eſt quo utitur
in 10. huius operis ca. 1. οἱ δὲ, οἰόμενοι βέλτιον εἶναι πρὸς τὸν βίον ἡμῶν, ἀ=
ποφαίνειν τὴν ἡδονὴν τῶν φαύλων, καὶ εἰ μή ἐστι. Et . 2. cap. ἔοικε δὴ οὗτός γε
ὁ λόγος τῶν ἀγαθῶν αὐτὴν ἀποφαίνειν. Illud tamē cōfirmabo, in pleriſque Græ
cos id exprimere præpoſitione ἐν, quæ noſtræ in cum ablatiuo reſpondet. Ariſtot.
8. cap. huius. διαφέρει δὲ ἴσως οὐ μικρὸν, ἐν κτήσει ἢ χρήσει τὸ ἄριστον ὑπο=
λαμβάνειν, καὶ ἐν ἕξει ἢ ἐνεργείᾳ. i. nec parui refert, profecto, in poſſeßio=
ne an uſu uirtutis: in habitu, an actione beatam uitam putemus. Sic enim ſemel
tantummodo locutum inuenio Ciceronem, uelut. 5. de Finibus, Nam uoluptatis cau
ſa facere omnia, cum, etiam ſi nihil conſequamur, tamen ipſum illud conſilium ita
faciendi per ſe expetendum & honeſtum & ſolum bonum ſit, nemo dicit: ne uita=
B tionem quidem doloris ipſam per ſe quiſquam in rebus expetendis putauit, ne ſi
etiam euitare poſſet. Ita ὑπολαμβάνειν ἐν αἱρετοῖς, putare in rebus expeten=
dis interpretor. Nam exiſtimare in bonis, nunquam legi, quod erat potius dicendū.
Huic illud ſimile eſt, quod ſupra appoſuimus, quoq; Cicero ſæpe utitur, ducere
in bonis, quod uerbum par eße puto τῷ ἡγεῖσθαι, quod arbitrari omnes expo=
nunt. Nā οἴεσθαι quod putare dicimus, nunquam ſic legi iunctum ut ſuperiora: ſed
ſolū, ut ait Ariſto. 10. huius operis. εὔδοξος μὲν οὖν τὴν ἡδονὴν τἀγαθὸν ᾤετο
εἶναι διὰ τὸ πάνθ' ὁρᾶν ἐφιέμενα αὐτῆς καὶ ἔλλογα καὶ ἄλογα, pro quo dicit
Cicero ſupra putare in bonis. Atque etiam hoc genus mutuati ſumus quo utitur,
Ariſto. 2. huius operis lib. κανονίζομεν δὲ καὶ τὰς πράξεις, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ
δὲ ἧττον ἡδονῇ καὶ λύπῃ. Cicero 2. de Finibus. Non igitur poteſtis uoluptate om
C nia dirigentes, aut tueri aut retinere uirtutem. Nam illud genus quod primum Ci
ceronis propoſui, numerare in bonis, quoq; ille tam ſæpe utitur, non memini me le
gisse apud quenquam Græcorum. Huic generi hoc quoque finitimum eſt, quod
habemus à Græcis, Eße in bonis. Frequens eſt apud Cice. ſed unum locum tantum=
modo proferam eiuſmodi, unde perſpici poterit quàm ſæpe utatur, eum quì. 3. de
Finibus, ſcriptus eſt, Itaque ſi uoluptas, aut ſi bona ualetudo ſit in bonis, diuitias
quoque in bonis eſſe ponendas: aut ſi ſapientia bonum ſit, non ſequi ut etiam diui=
tias bonum eſſe dicamus. Neque ab ulla re quæ non ſit in bonis, id quod ſit in bonis
D contineri poteſt. ob eamque cauſam quia cogitationes cōprehēſioneſq; rerū è qui=
bus efficiuntur, appetitiones mouent. cum diuitiæ non ſint in bonis, nulla ars di=
uitijs contineri poteſt. Sunt hæc tria genera, quibus etiam utitur Ariſto. Eße in bo
nis, Voluptas eſt bonum, Dicere diuitias eſſe bonum. Primum genus ponit in gignen
di caſu, ſuperiore cap. εἰ δὲ καὶ ταῦτα ἐστι τῶν καθ' αὑτά & c. i. q. ſi hæc quo=
que ſunt in bonis per ſe. 7. huius operis cap. 9. τοῖς μὲν οὖν δοκεῖ οὐδεμία
ἡδονὴ εἶναι ἀγαθόν.

His quidẽ quorũ nomẽ est cõmune fortuito, τοῖς γε ἀπὸ τύχης ὁμωνύμοις.) Quæ sint ὁμώνυμα, docet Aristotel. in categorijs. secutus sum anctoritatem Ciceronis, qui sentit si uno uerbo aliquid dici nõ potest, id pluribus esse dicendum. M. Varro in lib. de analogia hoc uerbũ sic exponit, Nec eo minus in altero, qđ est mille præponimus, hi mille, horũ mille, quoniã in eo est nomẽ cõmune quã uocant ὁμωνομίαν obliqui casus, ab eodẽ capite ubi erit homonymia obliqui casus quo minus dissimiles fiant, analogia non prohibet. Idem paulo post, Reprehendunt cũ ab eadem uoce plura sunt uocabula declinata, quas synonymias appellant. hæc ille. Itaque potius his uocabulis utendum censeo pro Latinis: id quod in his facimus, philosophia, rhetorica &c. auctore Cicerone de Finibus: quàm his barbaris, æquiuoca, & uniuoca, uniuocatio, & æquiuocatio, quæ mihi interdum obscuriora uidentur, quàm Græca. E F

An porportione potius, ἢ μᾶλλον κατ᾽ ἀναλογίαν.) De hoc uerbo dicam in quinto, in quem propria eius tractatio differenda est.

Vt enim in corpore aspectus, ὡς ἐν σώματι ὄψις.) ὄπτεσθαι, uidere, cernere, aspicere. hinc uerbale ὄψις. & ab ὁράω, ὅρασις. ab alijs uisus dicitur. Cicero semper transfert aspectus. 5. Tuscul. quæst. extremo, Animus accipit quæ uidemus. animo autem multis modis uarijsque delectari licet, etiam si non adhibeatur aspectus. i. κἂν εἰ μὴ τὴν ὄψιν προσλάβοι, scilicet animus. Et paulo post, cum de Democrito qui se luminibus priuauerat, disserit, Atque hic uir impediri animi etiam aciem aspectu oculorum arbitrabatur. Idem in lib. de uniuers. extremo, Nam hæc quæ est habita de uniuersitate oratio, à nobis haud unquam esset inuenta, si neque sydera, neque sol, neque cœlum sub oculorum aspectum cadere potuissent. Aliâs iuuante deo de cæteris quoque sensibus, ijsque rebus quæ illis subiectæ sunt, disseram. G

De his accuratius & subitilius disputare, ἐξακριβοῦν περὶ ὑπὲρ αὐτῶν.) De hoc genere dicendi supra disserui satis multa.

Etenim si quod est bonum quod communiter dicatur, εἰ γάρ ἐστιν ἕν τι τὸ κοινῇ κατηγορούμενον.) κατηγορεῖσθαι proprium uerbum est philosophorum, quod omnes sine delectu prædicari & dici exponunt. Cicero interpretatur, dici. 4. Tuscul. quæst. his uerbis, Distingunt illud etiam, ut sit libido earum rerum quæ dicuntur de quodam aut quibusdam. quæ κατηγορήματα dialectici appellant, ut habere diuitias, capere honores. H

Nam si ipsum tanquam exemplar nobis proponemus, facilius quæ nobis salutaria sunt intelligemus: & cũ intellexerimus, consequemur, οἷον γὰρ παράδειγμα τοῦτ᾽ ἔχοντες, μᾶλλον εἰσόμεθα καὶ τὰ ἡμῖν ἀγαθά. κἂν εἰδῶμεν, ἐπιτευξόμεθα αὐτῶν.) Cicero in lib. de uniuersitate, initio conuertit locum Platonis, qui idem huic magna ex parte respondet. Quocirca si is qui aliquod munus

A efficere molitur, eam speciem quæ semper est eadem, intuebitur, atque eã sibi proponet exemplar, præclarum opus efficiat, necesse est. Sin autem illam quæ gignitur, nunquam illam quam expetet, pulchritudinem consequetur. Illud ἔχειν παράδειγμα Plato dicit in Timæo, προσχρῆσθαι τῷ παραδείγματι. Hæc sunt eius uerba quæ Cicero conuertit, ὅτου μὲν οὖν ὁ δημιουργὸς πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον βλέπων ἀεὶ τοιούτῳ τινὶ προσχρώμενος παραδείγματι, τὴν ἰδέαν καὶ δύναμιν ἀπεργάζεται, καλὸν ἐξ ἀνάγκης οὕτως ἀποτελεῖσθαι πᾶν.

Atque hæc quadam ratione illa quidem dicuntur, sed artibus scientijsque repugnãtibus, πιθανότητα μὲν οὖν ἔχει τινὰ ὁ λόγος, ἔοικε δὲ ταῖς ἐπιστήμαις διαφωνεῖν.) Cicero mihi uidetur hunc locum attigisse. 1. de Finibus, his uerbis, Sed
B possunt hæc quadam ratione dici, non modo non repugnantibus, uerum etiam approbantibus nobis. διαφωνεῖν qui dicunt dissonare, & συμφωνεῖν consonare, barbare mihi quidem & indiserte uidentur exponere. Illud enim Cicero dissentire & discrepare, hoc consentire & concentum efficere dicit. πιθανότης probabilitas, quo etiam Cicero uerbo utitur. 5. Tusculan. quæstionum. Nunc ostendã eam phrasim quam me ostensurum antea promisi. Studiose hoc genus à Cicerone usurpatum uideo. Itaque plures locos eo proferam, ut elegantissima dicendi ratio quæ pene tota, ex lingua Latina quasi eiecta est, tanquam postliminio ad suos redeat. Cicero. 5. de Finibus, Est tamen philosophi non tam gloriosa quàm uera quærentis, nec pro nihilo putare ea quæ secundum naturam illi ipsi gloriosi es-
C se fatebantur, & uidere tãtam uim uirtutis, tantamq́, ut ita dicam, auctoritatem honestatis, ut reliqua, non illa quidem nulla, sed ita parua sint, ut nulla esse uideantur. 3. de Officijs, In ijs autem in quibus sapientia perfecta non est, ipsum illud quidem perfectum honestum nullo modo esse potest. sed similitudines honesti esse possunt. Idem in. 1. Altera est res, ut cum ita sis affectus animo, ut supradixi, res geras magnas illas quidem & maxime utiles, sed ut uehementer arduas plenasque laborum & periculorum &c. Apud Platonem pro illo quidem, ponitur μὴν in secundo loco. Platonis enim locum Cicero cõuertit in libro de uniuersiate. ὥστε δὴ μὲν ὅλον κινεῖσθαι ζῶον, ἀτάκτως μὴν, ὅπη τύχη προϊέναι δ᾽ ἀλόγως. Sic hunc locum Cicero transtulit, Ita totum animal mouebatur
D illud quidem, sed immoderate & fortuitu. Omnes iam intilligere arbitror, uim proprietatemque orationis. Nam tota uis in illo posita est, illa quidem, sed. Hoc autẽ cognitione dignũ est, nõnunquã pro ille illa illud in hoc genere uti Cice. is ea id. atque id facit dupliciter. aliâs cum principio orationis illa posuit, ne sæpius positum orationis lumen quasi extingueret. aliâs cum nihil tale occurrit. Velut. 4. Tusculan. quæst. Illa autem altera ratio & oratio, quæ simul & opinionem falsam tollit & ægritudinem detrahit, est ea quidem utilior, sed raro proficit. 5. de

E

Finibus, Illa enim quæ sunt à nobis bona corporis numerata, complent ea qui= E
dem beatissimam uitam, sed ita, ut sine eis possit beata uita existere. Vides in his duobus exemplis, quoniam initio orationis illa posuisset, in hoc genere quo de agimus, ea usum esse Ciceronem. Nunc ubi nihil tale impedisset, eum tamen is ea id tũ dixisse confirmat ille locus. 5. Tuscul. quæst. Quædam autem sunt ægritudines, quas illa medicina nullo modo possit leuare, ut siquis ægreferat nihil in se esse uirtutis, nihil animi, nihil officij, nihil honestatis: propter mala is quidem angatur, sed alia quædam ad eum sit admouenda curatio. Nisi forte uelimus dicere, quia iam illa dixerat, in hoc genere eum noluisse iterum dicere. Sed tamen ex alijs exemplis intelligi potest, ipsum illa ad ea pertinere, quod idem in hoc non contingit. Pluribus ego exemplis hoc ipsum genus ostenderem, nisi esset iam expli= F
catum satis. Nunc iam uideamus, quoniam Cicero hoc genus dicendi à Græcis mutuatus est, quam phrasim habeant illi, quæ huic nostræ respondeat. Hoc primum intelligendum est, Græcos pro illis, ille & is, nullo uerbo uti omnino, tantumque in priore orationis membro μὲν, & δὲ in posteriore ponere. Aristol. 6. huius operis cap. 7. διὸ Ἀναξαγόραν καὶ Θαλῆν καὶ τοὺς τοιούτους, σοφοὺς μὲν, φρονίμους δὲ οὔ φασιν εἶναι. ὅταν ἴδωσιν ἀγνοοῦντας τὰ συμφέρονθ' αὑτοῖς, καὶ περιττὰ μὲν καὶ θαυμαστὰ καὶ χαλεπὰ καὶ δαιμόνια εἰδέναι αὐτούς φασιν, ἄχρηστα δ' ὅτι οὐ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ ζητοῦσι. i. Quocirca Anaxagoram, Thaletem cæterosque eiusmodi sapientes nominãt, prudentes non item, cum eos cernant quæ ipsis usui sint ignorare. Eosdemque aiunt tenere ac scire res minus ne= cessarias illas quidẽ & admirabiles & arduas & diuinas, sed inutiles &c. Qui lo G
cus fere ei respondet Ciceronis, quem supra ex. 1. de Officijs protuli. Idem in .4. huius operis cap. 7. οἱ δὲ ψευδόμενοι, ἀμφότεροι μὲν ψεκτοὶ, μᾶλλον δ' ὁ ἀλαζών. Qui autem mentiuntur, sunt illi quidem utrique uituperandi, sed maiore quadam ratione arrogans. Ibidem ca. 5. οἱ μὲν οὖν ὀργίλοι ταχέως μὲν ὀργίζονται, καὶ οἷς οὐ δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς οὐ δεῖ, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ: παύονται δὲ ταχέως, ὃ καὶ βέλτιστον ἔχουσι. Ac iracundi cito illi quidem commouentur animo, & in quos, & quibus de causis non deceat, & quàm satis sit uehementius: sed tamen cito etiam modum apponunt iracundiæ. quo nihil est in eis præstantius. Si unũ locum addidero, plura non dicam. Ibidem cap. 3. H
καὶ ὀλίγων μὲν πρακτικὸν, μεγάλων δὲ καὶ ὀνομαστῶν. Idémque res agit paucas ille quidem, sed magnas & dignitatis plenas. Neminem esse arbitror quin collatione horum locorum, posthac ueniat instructior ad eos notandos, qui erunt ex hoc genere, ut eos distingat à cæteris. Iam antea de quodam genere dicendi sum locutus, in quo uigerent μὲν & δὲ: sed hoc differunt, quòd in illo ipsum δὲ, autem efficeret, poneretur que in secunda oratione, quæ non esset membrum superioris: in hoc, ualet sed, & membrum non efficit. Interdum, quidem, solum poni=

A *tur, & tamen, sed, postponitur. Idem in lib. de Amicitia. Isto enim modo nutrices & pædagogi iure uetustatis plurimum beneuolentiæ postulabunt: qui negligendi quidem non sunt, sed alio quodam modo colendi. Animaduerti etiam Ciceronē in hoc genere, illud δὲ quod secundo loco poni uidemus, non sed dicere, sed tamen ut in libro de Amicitia, Nouitates autem si spē afferunt, ut tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illæ quidem respudiandæ, uetustas tamen suo loco conseruanda est. In his ergo generibus dicendi, ille præponi debet, sequi illud quidem. Qua ex animaduersione etiam facile intelligi potest multos locos paßim emendandos apud Ciceronem, in quibus, quidem, præpositum est. Vnum modò*
B *proferam. 5. de Finibus, Cum autem progrediens confirmatur animus, cognoscit quidem ille naturæ uim, sed ita, ut progredi poßit longius per se, sit tamē inchoata. Ille quidem restitui debet.*

Is qui ideam intuebitur, ὁ τὴν ἰδέαν αὐτὴν τεθεαμένος.) θεᾶσθαι, spectare dicitur. hinc θέατρον, theatrum, spectaculum. Sed tamen hoc intueri non solum recte, sed etiam diserte possumus dicere. Cicero de Idea. i. specie disserens in libro de uniuersitate, scribit his fere uerbis, Quocirca, si is qui aliquod munus efficere molitur, eam speciem, quæ semper est eadem, intuebitur &c. Nam paulo ante, hunc locum protuli Platonis qui est in Timæo, in quo ὁ πρὸς τὸ κατὰ ταυτὰ ἔχον βλέπων ἀεὶ, illi Ciceronis respondet, Intuebitur eam speciem quæ semper est eadē, πρὸς τὸ κατὰ ταυτὰ ἐπισκοπεῖν ἔχον ἀεὶ τεθεαμένος.
C *præteritum participij malui in futurum conuertere, ne intuitus dicere cogerer. Idem ualet ἐπισκοπεῖν, id quo paulo post utitur, φαίνεται μὲν οὐδὲ τὴν ὑγίειαν οὕτως ἐπισκοπεῖν ὁ ἰατρός. i. intueri, spectare, sibi proponere ualetudinem.*

CAP. VII.

QVOCIRCA *si in uno aliquo est finis rerum agendarum omnium, sit in eo finis bonorum sin sunt plures, in ijs ipsis, ὥστ' εἴ τι τῶν πρακτῶν ἁπάντων ἐστὶ τέλος, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ πρακτὸν ἀγαθόν. εἰ δὲ πλείω ταῦτα) Locum Ciceronis proferam, qui huic uidetur similis. Scribit enim his uerbis. 4. de Finibus, Quid enim aliud intelligitur, nisi ut æquè pars naturæ negligatur, in qua si nihil est præter rationem, sit in una uirtute finis bonorum: sin est etiam cor*
D *pus, ista explanatio naturæ, nempe hoc effecerit ut ea quæ ante explicationem tenebamus, relinquamus. Ita εἰ δὲ transferetur sin, cui nōnunquā Cic. addit, autē.*

Mutata autem, tamen eodem spectat definitio, μεταβαίνων δὲ ὁ λόγος εἰς τὸ αὐτὸ ἀφῖκται.) Locus est apud Ciceronem in tertio de Finibus libro, quem eo proferam, ut lectores utrum hunc Aristotelis exponat, libere iudicent, Bonum autem quod in hoc sermone toties usurpatum est, id etiam definitione explicetur. Sed eorum definitiones paulum oppido inter se differunt, & tamen eodem spectant. Non est mihi quidem dubium quin εἰς τὸ αὐτὸ ἀφικνεῖσθαι, sit id quod hoc

loco dicit eleganter Cicero, eodem spectare, id est, idē efficere: sed de loci imitatione idem confirmare non ausim. Hoc genus idem ualet mea quidem sententia, quod redire in idem. quam barbaram orationem habent philosophi in ore totos dies. E

Hæc nobis explicanda sunt, sed enodatius, τοῦτ᾽ ἔςι μᾶλλον διασαφῆσαι πειρατέον.

Quod idem ex eo etiam quod satis sit & sufficiat, efficitur, φαίνεται δὲ καὶ ἐκ τῆς αὐταρκείας τὸ αὐτὸ συμβαίνειν.) Primum hoc loco de singulis uerbis agā, deinde de cōiunctis. συμβαίνειν accidere, & cōtingere. Sed hoc loco nō potest ferre illā interpretationē sermo latinus, si dicamus, hoc accidit uel cōtingit ex sufficiētia. Itaq; τὸ συμβαίνειν & oriri recte possumus dicere, & cōseq, & effici. Arist. 7. huius oper. c. 12. ὅτι δ᾽ οὐ συμβαίνει διὰ ταῦτα, μὴ εἶναι ἀγαθὸν, μηδὲ ἄριστον, ἐκ τῶνδε δῆλον. Quē locū Cic. pene totū cōuertit. 1. de Fin. Ex quo efficitur, nō ut uoluptas ne sit uoluptas, sed ut uoluptas nō sit sūmū bonū. Ex quo loco id etiā efficitur, qđ hic cōfirmatū esse uolumus, cū apud Græcos τοῦτο, uel ταῦτα, uel τοιοῦτον, & cætera eiusmodi ī breui oratiōe ponūtur, præsertim si δὲ initio sit orationis: tū qđ, uel quale uel alia eorū relatiua recte nos posse dicere. Proferā locos aliquot quo res facilius intelligatur. In tertio scribit his uerbis, οἱ δὲ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐκινδύνευον, ὡς κρείττους ὄντες. γνόντες δὲ φεύγουσι τὸν θάνατον μᾶλλον τοῦ αἰσχροῦ φοβούμενοι. ὁ δ᾽ ἀνδρεῖος οὐ τοιοῦτος. Si hoc postremū dicā, fortis autē nō est talis, uel eiusmodi, & cōcisa erit, & incōpta oratio. Itaq; sic dicā potius, Qualis forti uir animo nō solet esse. Eodē modo iudicādū est de illo loco primi libri, δόξειε δ᾽ ἂν τῆς κυριωτάτης καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονικῆς. τοιαύτη δὲ καὶ ἡ πολιτικὴ φαίνεται .i. qualis ratio ciuilis uidetur esse. Plato in Timæo, ὁ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κοσμὸς, ἢ καὶ ἄλλο ὅτι ποτε ὀνομαζόμενος μάλιστ᾽ ἂν δέχοιτο, τοῦθ᾽ ἡμῖν ὠνομάσθω. σκεπτέον οὖν δὴ περὶ αὐτοῦ πρῶτον ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν πότερον ἦν ἀεὶ &c. Cicero sic hunc locū in lib. de uniuersitate cōuertit, Omne igitur cœlum, siue mundus, siue quo alio uocabulo gaudet, hoc à nobis nuncupatus sit. de quo id primum consyderemus, quod principio est in omni quæstione consyderandum, semperne fuerit, &c. in quo loco perspici potest περὶ αὐτοῦ de quo dictum esse à Cicerone, omissis his dictionibus οὖν δὴ. F G H

Satis autem esse ac suppeditare dicimus ad uictum non ipsi soli uitam in solitudine agenti, sed parentibus, liberis, coniugi, cæterisque quos charos habeat & ciuibus, τὸ δ᾽ αὔταρκες λέγομεν, οὐκ αὐτῷ μόνῳ τῷ ζῶντι βίον μονώτην ἀλλὰ καὶ γονεῦσι καὶ τέκνοις καὶ γυναικὶ καὶ ὅλως τοῖς φίλοις καὶ πολίταις. Cicero primo de Officijs hunc locum quodam modo adumbrauit, Ob easque causas studeat parare, quæ suppeditent ad cultum & ad uictum: nec sibi soli sed coniugi, liberis, cæterisque quos charos habeat, tuerique debeat. Ita-

A que illa duo quæ dixit Aristoteles, φίλοις & πολίταις mira expreßit elegantia his uerbis, cæterisque quos charos habeat. (pro amicis) tuerique debeat, pro ciuibus. ζῆν autem βίον μονώτην, uerbum ex uerbo exprimentes, uiuere uitam solitariam dicere possumus, sed non satis recte mea quidem sententia. Cicero ita transfert ut ego feci in. 3. de Finibus, Nemo in summa solitudine uitam agere uelit, ne cum infinita quidem uoluptatum abundantia.

Quandoquidem natura homo aptus est ad cœtus, ad concilia, ad ciuitates, ἐπειδὴ φύσει πολιτικὸν ἄνθρωπος.) Verba sunt Ciceronis pene omnia ex 3. de Finibus, Itaque natura apti sumus ad cœtus, ad concilia, ad ciuitates. Paulo post hunc eundem locum alijs uerbis idem declarãtibus exponit, Quodque B nemo in summa solitudine uitam agere uelit, ne cum infinita quidem uoluptatum abundantia, facile intelligatur, nos ad coniunctionem congregationémque hominum & ad naturalem communitatem esse natos. Et paulo post, Quemadmodum igitur membris utimur prius quàm didicimus, cuius ea utilitatis causa habeamus: sic inter nos natura ad ciuilem communitatem coniuncti & consociati sumus. Et paulo infra, Quoniã; ea natura eßet hominis, ut cum genere humano quasi ciuile ius intercederet: qui id conseruaret, eum iustum: qui mutaret, iniustum fore. Nam & πολιτικὸν ipse in. 5. sic interpretatur. Nam cum sic hominis natura generata sit, ut habeat quiddam innatum quasi ciuile atq; populare, quod Græci πολιτικὸν uocant, quicquid aget quæque uirtus, id à cõ C munitate &c. Ex his locis omnibus licebit cuique qui proxime ad hunc Aristotelis accedere uidebitur, libere iudicare. Nec mihi dubium est quin plerique eorum illum exponant eiusdem Aristo. πεφυκότες ἐσμὲν συζῆν.

Sed in his certi quidam termini constituendi sunt, τούτων δὲ ληπτέος ὅρος τις.) ληπτέος à λαμβάνειν: quod inepte hoc loco sumere uel accipere dicatur. Itaque in hoc genere constituere dixi cum Cicerone de amicitia, Constituendi autem sunt, qui sunt in amicitia fines, & quasi termini diligendi. λαμβάνειν aliquando intelligere significat, quod aliquando capere dicitur apud nos. de quo plura dicam alio loco.

Quicquid id est quod se ipso contentum sit, τὸ δ' αὔταρκες.) Ciceronem D obseruaui ac notaui multis hoc uerbum locis uarie explicasse, interdum quod satis est, interdum quod sufficit: sed illa ratio multo illustrior, uirtutem se ipsa esse contentam. Et quoniam superiora nullã afferunt dubitationem, ad extremum confirmandum Ciceronis locum ex lib. de uniuersitate proferam, in quo est se ipso contentũ, pro quo Plato in Timæo à quo locum illum mutuatus est, αὔταρκες dicit. Sic enim ratus est ille qui ista iunxit & condidit, ipsum se contentum esse mundum, neque egere altero. Plato autem sic, ἡγήσατο γὰρ αὐτὸ ὁ συνθεὶς αὔταρκες ὂν, ἄμεινον ἔσεσθαι μᾶλλον, ἢ προσδεὲς ἄλλων.

Et nihil requirentem, τὸ μηδενὸς ἐνδεῆ) Verba sunt Ciceronis. 5. de Finibus, Ex quo intelligi debet, homini id esse in bonis ultimum, secundum naturam uiuere: quod ita interpretemur, uiuere ex hominis natura undique perfecta, & nihil requirẽte. ἐνδεὴς igitur dicetur qui aliquid requirit, & desyderat, cui aliquid deest, qui alicuius rei indiget, qui aliquo eget. Tot enim modis hoc uerbum Cicero exponit, & τὸ δεῖσθαι, interdum requirere, aliâs desyderare, modò egere & indigere, item opus esse. Cicero in paradoxis, Filiam quis habet? pecunia est opus. Aristo. 10. huius lib. cap. penulti. τῷ μὲν γὰρ ἐλευθερίῳ δεήσει χρημάτων. Hoc autem dupliciter dicere possumus, primo absolute & simpliciter, & comparate. Nam si opus est pecunia, uel simpliciter id dici potest. uel indigentia referri potest ad rem eam ad quam sit necessaria pecunia. hoc posterius F Græci præpositione πρὸς cum accusandi casu dicunt, in quo eos imitamur. Nam pro illo πρὸς, ad ponimus. Cicero 5. de Finibus, Natura igitur corpus quidem hominis sic & genuit & formauit, ut alia in primo ortu perficeret, alia progrediente ætate fingeret, neque sane multum adiumentis externis uteretur. Animum autem reliquis rebus ita perfecit ut corpus. Sensibus enim ornauit ad res percipiendas idoneis, ut nihil aut non multum adiumento ullo ad suam confirmationẽ indigeret. Aristotel. 8. cap. 10. huius operis, δόξειε δ' ἂν καὶ τῆς ἐκτὸς χορηγίας ἐπὶ μικρὸν ἢ ἐπ' ἔλαττον δεῖσθαι τῆς ἠθικῆς. Vbi Cicero τῆς ἐκτὸς χορηγίας transtulit externo adiumento. χορηγία ergo adiumentũ dicitur & commoditas. Idem paulo post, τῷ μὲν γὰρ ἐλευθερίῳ δεήσει χρημάτων πρὸς G τὸ πράττειν τὰ ἐλευθέρια. Quanquam in hoc exemplo τὸ δεήσει est impersonale à δεῖ, quod proprie respondet nostro opus est, quod cum iisdem dictionibus iungitur. Nam dicimus, est mihi opus pecunia ad hanc uel illam rem. Cicero. 2. de Officiis, Cum igitur statuisset opus esse ad eam rẽ constituendã pecunia &c. δέομαι autem quoniam personale est, proprie habet paria illa nostra, indigere, egere, desyderare, requirere. Cicero de senectute, Sunt pueritiæ certa studia. num igitur ea desyderant adolescentes? Sunt & ineuntis adolescentiæ. num ea iam cõstans requirit ætas quæ dicitur media? Idem paradox. 6. multa coniunxit oratorie quæ idem ualent, Satis esse putant quod est, nihil appetunt, nulla re egent, nihil sibi deesse sentiunt, nil requirunt. In lib. de Senect. Etenim (ut ait Homerus) H ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio, quam ad suauitatem nullis egebat corporis uoluptatibus. Hoc loco id admonebo, cum egeo & indigeo idem ualeant & efficiant, tamen non conuenire constructione, apud Ciceronem. Nam egeo semper cum ablatiuo coniũgitur, indigeo uero nunc cum ablatiuo, nunc cum genitiuo. 3. de Finibus, Quod si de artibus concedamus, uirtutis tamen non sit eadem ratio: propterea quòd hæc plurimæ cõmentationis & exercitationis indigeat, quod idem in artibus non fit. Nullum afferam aliud exemplũ unde intelligatur indigeo

A iunctum esse cum casu auferendi, quàm quod supra allatum est. Vt autem perspici posit Ciceronem his uerbis egeo & indigeo eodem modo uti solere, unum exemplum afferam, in quo pro illo indigeat exercitationis, positum est eget exercitatione. Idem lib. de Amicitia, Magnum opus est, egetq; exercitatione nõ parua. Aristo. 1. cap. 2. huius operis lib. διόπερ ἐμπειρίας δεῖται καὶ χρόνου. Quo loco loquitur de uirtute, quæ in ratione sita est, quam intellectiuam uocăt. Ex quo loco illud facile intelligi potest quod supra docuimus, Ciceronem solere τὴν ἐμπειρίαν exercitationem dicere. Vtuntur etiam Græci uerbo composito προσδεῖσθαι. Aristoteles. 8. cap. huius. οὐδὲν δὴ προσδεῖται τῆς ἡδονῆς ὁ βίος αὐτῶν. Plato etiam composito uerbo utitur ἐπιδεῖσθαι, in Timæo, qui locus quoniam à Cicerone conuersus est, declarabit id uerum esse quod supra dixi, hæc uerba δεῖσθαι, ἐπιδεῖσθαι, ἐνδεὴς his etiam nostris explicari oportere, requirere &

B desyderare. Neque enim aut illud requirere tantummodo ualet quærere, & illud desyderare cupere. Hæc sunt uerba Platonis, ὀμμάτων τε γὰρ ἐπεδεῖτο οὐδέν. ὁρατὸν γὰρ οὐδὲν ὑπελείπετο ἔξωθεν. οὐδ' ἀκοῆς. οὐδὲ γὰρ ἀκουστόν. πνεῦμά τε οὐκ ἦν περιεστὼς δεόμενον ἀναπνοῆς. οὐδ' αὖ τινος ἐπιδεὲς ἦν ὀργάνου σχεῖν ᾧ τὴν μὲν εἰς ἑαυτὸ τροφὴν δέξοιτο, τὴν δὲ πρότερον ἐξικμασμένην ἀποπέμψοι πάλιν. Cicero in libro de uniuersitate hunc locum ita cõuertit, Nec enim oculis egebat, quia nihil extra, quod cerni posset relictum erat: nec auribus, quia ne quod audiretur quidẽ. neque erant aëre circũfusa extrema mundi, ut respirationẽ requireret. Nec uero desyderabat aut alimenta corporis, aut detractionem confecti & consumpti cibi. Videre ergo licet multis uerbis id à Cicerone dictum, quod Plato uno simplici & composito expreßit.

C Quæ si cum cæteris bonis non coniungatur, anteponenda est omnibus: sin coniuncta sit, perspicuum est, pluris eam esse coniunctã cum minimo bono quàm separatim, πάντων αἱρετωτάτην μὴ συναριθμουμένην, συναριθμουμένην δὲ δῆλον ὡς αἱρετωτέραν μετὰ τοῦ ἐλαχίστου τῶν ἀγαθῶν) 10. huius operis cap. 1. addit, ἢ χωρίς, his uerbis, αἱρετώτερον γὰρ εἶναι μετὰ φρονήσεως τὸν ἡδὺν βίον ἢ χωρίς. Quem locum adumbrauit Cicero si non expreßit. 3. de Finibus, Etsi enim ualere & sapere magis expetendum sit quàm sapere solum: neque tamen si utrunq; sit æstimatione dignũ, pluris sit coniunctũ q̃ separatim.

D At maximum quodque bonum semper expetendum est maxime, ἀγαθὸν δὲ τὸ μεῖζον αἱρετώτερον ἀεί.) Quemadmodum id dicerent Græci, quod cum Latini omnes ueteres, tum Cicero disertißime & elegantißime diceret, Optimus quisque maxime gloria ducitur, &, Id enim maxime quẽque decet quod est suũ cuiusque maxime, & cætera eiusdem generis: diu multumque dubitaui. Nec, fateor, unquam intelligere potuissem, nisi diligenter cum Latinis Græca contulissem. Quod nunc & me reperisse gaudeo, & alijs tradere decreui, quo in poste-

rum hæ diuitiæ & opes linguæ Latinæ se in Græcis conuertendis facilius quasi E
ostentent. Ac in hoc quidem genere exprimendo intelligendum est, nos illud quisque ponere, cum id Græci omnino prætermittant. Aliquot igitur locos proferam Aristotelis, quos Cicero conuertit, quo res non solum facilius, sed uerius etiam intelligatur. 10. huius operis libro. cap. 6. βελτίω δὲ λέγομεν τὰ σπουδαῖα τῶν γελοίων ἢ μετὰ παιδιᾶς. ἢ τοῦ βελτίονος ἀεὶ μορίου καὶ ἀνθρώπου σπουδαιοτέραν τὴν ἐνέργειαν. Cicero hunc locum & eum quem hic conuertimus disertissime interpretatus est. 5. de Finibus his uerbis, Quibus expositis, est coniectura, ea maxime esse expetenda ex nostris, quæ plurimum habēt dignitatis, ut optimæ cuiusque partis quæ per se expetatur, uirtus sit expetenda maxime. Ex quo loco intelligi potest, Græcos in hoc genere uti comparatiuo in utraque parte F
orationis, nos uero superlatiuo addito illo, quisque. Nonnunquam Græci illud exprimunt duobus superlatiuis. Idem 4. huius operis, μείζονος γὰρ ἀεὶ ὁ βελτίων ἄξιος, καὶ μεγίστων ὁ ἄριστος. i. Quo quisque melior est, eo maiore est dignus gloria, & optimo cuique maxima gloria debetur. Hoc autem genus non solum nominibus exprimi solet superlatiuis uel comparatiuis duntaxat à Græcis, sed interdum etiam aduerbijs superlatiuis, quod apud nos fit præposito ut, & apud Græcos ὡς. Aristote. hoc. 1. lib. cap. 9. εἴπερ τὰ κατὰ φύσιν ὡς οἷόν τε κάλλιστα ἔχειν, οὕτω πέφυκε. Cicero. 5. de Finibus, Omne animal se ipsum diligit, & simul ac ortum est, id agit se ut conseruet, atque ita sit affectum, ut optime secundum naturam affectum esse posit. Quo loco notare debemus illud τὸ ἔχειν recte expositum esse à Cicerone, affectum eße. de quo genere alio loco dis- G
seram. Sed hoc posterius genus dicendi ponitur cum illo poßum. Itaque illud genus dicendi quo tam sæpe utitur Cicero, ut præposito, & postposito ita, fateor me nondum legendo esse consecutum, quemadmodum Græci exprimant. nec apud quēquam eorum qui Græca adhuc tractarunt, inuenire potui. Quod si nondum repertum est, omnes studiosos Græci & Latini sermonis hortor & admoneo, ut si occurrat id genus, quod me confiteor nondum animaduertiße, ipsum literis mandent tradantque cæteris. Atque ut genus quod uelim intelligant, Ciceronis locos aliquot proferam. In libro de Amicitia, Vt enim sibi unusquisque plurimum confidit, & ut quisque maxime uirtute & sapientia excellit, & sic munitus est, ut nullo egeat, suaq; omnia in se ipso iudicet: ita in amicitijs expetendis colēdisque H
maxime excellit. Et paulo ante, Quod si ita eßet, ut quisque ualetudinis minimum in se eße arbitraretur, ita ad amicitiā esset aptissimus. In. 1. de Officijs, Vt enim est apud Platonem, omnem morem Lacedæmoniorum inflammatū esse cupiditate uincendi: sic, ut quisque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime uult princeps omnium, uel potius solus esse. Interdum illud ita prætermittitur, cum oratio in qua esse debet, præponitur alteri. Idem ibidem paulo post, Facillime autem

A ad res iniustas impellitur, ut quisque est altißimo animo & gloriæ cupido. Interdum illud ita prætermittitur, & tamen oratio postponitur cui deest, idque sine superlatiuo. Idem 5. de Finibus. Itaque ut quisque optime natus institutusque est, esse omnino nolit in uita, si gerendis negotijs orbatus poßit paratißimis uesci uoluptatibus. Ego ut de hoc genere quid sentiam dicam, propriam hanc Latini sermonis phrasim arbitror. Itaque paßim utroque genere nostro illud Græcorum genus & expreßi, & exprimendum censeo. Aristotelis nonnullos locos proferam, quo res facilius intelligatur. 3. huius operis cap. 8. καὶ γὰρ ἐν τοῖς τοιού τοις ἀγῶσιν οὐχ οἱ ἀνδρειότατοι μαχιμώτατοί εἰσιν ἀλλ' οἱ μάλιστα ἰσχύοντες καὶ τὰ σώματα ἄριστα ἔχοντες. Quid enim prohibet, nos ita hunc locum trãsferre? Etenim in his certaminibus, non ut quisque maxime fortitudine
B excellit, ita ad pugnam est aptißimus, sed ut quisque plurimum uiribus ualet, optimeq; affectus corpore est. aut sic, Non maximo quisque & fortißimo animo, maxime bellicosus est, sed qui plurimum &c. Raro autem admodum hoc genus plurali numero exprimitur apud nos, nec unquam si præponatur illud ut, plurali numero utendum est.

Cum rerum agendarum omnium sit extremum, πάντων τῶν πρακτῶν ἔσχα τέλος.) Iam ante ostendi Ciceronem dicere τὸ τέλος ultimum, extremũ, summum, & finem. Idem . 5. de Finibus, orationem eodem modo terminat, Ea enim uita expetitur, quæ sit animi corporisque expleta uirtutibus: in eoq; summum bonum poni necesse est: quandoquidem id tale esse debet, ut rerum expetenda-
C rum sit extremum. In quo rationem habuit numeri. Græcos animaduerti in fine orationis uti participio ὢν ὄντος. quod Cicero solet illo, cum sit, exponere. Contentus ero uno exemplo, ex quo id facile intelligetur. 3. de Finibus, Ex quo apparet & officium sapientis esse aliquando excedere è uita cum beatus sit, & stulti manere in uita, cum sit miser. Aristo. 3. huius operis cap. 4. καὶ διαφέρει πλεῖστον ἴσως ὁ σπουδαῖος, τῷ τἀληθὲς ἐν ἑκάστοις ὁρᾶν, ὥσπερ κανὼν καὶ μέτρον αὐτῶν ὤν. i. excellitque sapiens maxime in perspiciendo quid in quaque re ueri sit, cum sit quasi regula atque mensura rerum omnium.

Id iam patebit, si quod sit hominis opus & officium perspexeris, τάχα δὴ γένοιτ' ἂν τοῦτο, εἰ ληφθείη τὸ ἔργον τοῦ ἀνθρώπου. Sũt uerba Cice
D ronis. 1. de Legibus, Id iam patebit, si hominum inter ipsos societatem coniunctionemque perspexeris. Aut sic transferendum est. Id mature fiet, si opus officiumque hominis intelligatur. Nam iam antea docui τὸ λαμβάνειν dicendum in his generibus capere & intelligere, quod usitatum est apud Græcos. Cicero etiam illud λαμβάνειν in hoc genere dicit sumere, & constituere.

Ergo fabri erũt & sutoris certa q̃dã officia, πότερον οὖν τέκτονος μὲν καὶ σκυτέως ἔστιν ἔργα τινά. Ego ut tollerem illud πότερον me locus admonuit Cic. qui eodem

modo quo hic tractatus est. 2. de Finibus, Ergo in bestiis erunt secreta à uoluptate humanarum quædam simulacra uirtutum: in ipsis hominibus uirtus nisi uoluptatis causa nulla erit? &c. E

Animi actio rationi cõsentanea, ψυχῆς ἐνέργεια γίνεται κατ' ἀρετήν.) *Hic locus me non patitur tale quoddam dicendi genus in aliud tempus differre, quod & elegans est, & à paucis hodie retinetur. Cic. 5. de Finibus, Itaque omnis honos, omnis admiratio, omne studiũ ad uirtutem & ad eas actiones quæ uirtuti sunt consentaneæ, refertur. Et paulo ante, Maxima autem sunt primum ut mihi quidem uidetur, & ijs quorum nunc in ratione uersamur, consyderatio cognitióue rerum cœlestium, & earum quas à natura occultas & latentes indagare ratio potest: deinde rerũp. administratio aut administrandi sciendique prudens, temperata, fortis & iusta ratio: reliquæq; uirtutes & actiones uirtuti congruentes. quæ uno uerbo complexi omnia honesta dicimus. Aristotel. 9. huius operis cap. 9.* ὁ γὰρ σπουδαῖος, ᾗ σπουδαῖος, ταῖς κατ' ἀρετὴν πράξεσι χαίρει. *Sapiens enim, quia sapiẽs est, actionibus delectatur uirtuti cõsentaneis. Idem. 8. ca. huius primi,* τοιαῦται δ' αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις, *quo sunt in genere uirtuti consentaneæ actiones. Videre licet quàm inscite alij dixerint, actiones secundum uirtutem.* F

Atque etiã meminisse debemus &c. μεμνῆσθαι δὲ καὶ προειρημένων χρή.) *Hunc totum locum supra explicaui.*

Ne in eo quod attingendũ fuit, quàm in eo cuius causa attigimus, longior ponatur oratio, ὅπως μὴ τὰ πάρεργα τῶν ἔργων πλείω γίγνηται.) *Verba sunt ipsa Ciceronis in lib. de uniuersitate, Hunc locum. 1. de Legibus, sic expreßit. Sũt enim hæc maiora quæ aliorum causa fortasse complecteris, quàm ipsa illa quorum hæc causa præparantur. Ex quibus locis perspici potest, multis uerbis id nos cogi dicere, quod Græci paucis dicunt. In posteriore exemplo animaduertere licet,* τὰ πλείω *Ciceronem dixisse maiora, &* γίνεσθαι *esse, quod multis locis faciendũ est necessario.* τὰ πάρεργα *recte dixit quæ attingenda sunt, & quæ aliorum causa præparantur. Et* ἔργα *quorum causa præparantur. i.* πάρεργα, *& quorum causa eadem attinguntur. Itaque fit, ut sint in ijs quæ inter se comparantur. i. ad aliquid. Atque ut omnes intelligant ita hæc uerba exponenda esse, proferam hic locum Platonis ex Timæo, quem Cicero interpretatus est.* τὰ δ' ἄλλα οἷς δὴ καὶ δι' ἃς αἰτίας ἱδρύσατο, εἴ τις ἐπεξίοι πάσας, ὁ λόγος πάρεργος ὢν, πλέον ἂν ἔργον ὧν ἕνεκα λέγεται, παράσχοι. *Cicero sic transtulit, Reliquorum syderum quæ causa collocandi fuerit, quæque eorum sit collocatio, in sermonem alium differrendum, ne in eo quod attingendum fuit, quàm in eo cuius causa id attigimus, longior ponatur oratio. Si quis hos duos locos inter se collatos diligenter consyderarit, intelliget profecto, hunc cum exponeret Cicero, potius secutum uerba Aristotelis quàm Platonis. credo quòd nollet quenquam sci-* G H

A re huc totum locũ à se esse conuersum. Si quis autem hunc locum quem interpretamur contulerit cum aliorum interpretatione, is reperiet τὰ πάρεργα quæ essent, illos omnino ignoraſse.

CAP. VIII.

SIC ENIM totum positum erit in animi cura & cogitatione, non in fortunæ temeritate, οὕτω γὰρ τῶν περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν γίνεται καὶ οὐ τῶν ἐκτός.) Cicero. 1. de Officijs, Honestum autem quod exquirimus, totum positum est in animi cura & cogitatione. Idem in lib. de Amicitia, Belluarum hoc quidem extremum, illa autem superiora caduca & incerta, posita non tam in nostris consilijs quàm in fortunæ temeritate. Hi mihi uidentur loci ad hunc quem tractamus Aristotelis proxime accedere. Quod si cui minus probetur, eum locum sic exponat, Sic enim totum positum est in animi bonis, ac non in fortunæ temeritate. καὶ οὐ, ac non Cicero dicit. 1. de Legibus, Probe quidem sentis, si re, ac non uerbis dissident. Aliter illud οὐ tollit omnino, ut ex superioribus exemplis perspicuum est.

Cuius autem rei quisque cupidus est, ea delectatur, ἑκάστῳ δ' ἐστὶν ἡδὺ πρὸς ὃ λέγεται φιλοτοιοῦτος.) Cicero de senectute, Cupidis enim rerum talium odiosum fortasse & molestum est carere. Græci abundant uerbis compositis, Latini non item. Itaque pluribus uerbis id cogimur dicere quod illi uno dicunt. Dicam igitur ut potero de uerbis à φίλος compositis. φιλάρετος, cupidus, studiosus uirtutis. Nam & φιλοσοφίαν studium sapientiæ dixit Cicero in Tuscul. quæst. & de Amicitia, uenandi & pilæ studiosi. & de senectute, cupidis rerum talium, quod hic Aristotel. dixit uno uerbo φιλοτοιοῦτος. & quod hic Aristotel. dicit φιλόκαλος. 2. Tusculan. quæst. interpretatur, studiosus honestatis, & appetens. Præterea ad illa illustriora ueniendum est, is cui uirtus chara est, ut φιλόπατρις, cui patria chara est. item trahi studio uirtutis, duci uirtute: ut Cicero pro Archia poëta, τοὺς φιλοτίμους dixit, qui ducuntur gloria, & φιλεπαίνους qui trahuntur studio laudis. Trahimur omnes studio laudis, & optimus quisque maxime gloria ducitur. i. οἱ ἄριστοι φιλοτιμότατοι. Quanquam hæc ipsa poſsint ad uerba ipsa accõmodari & referri, ἐφίεσθαι, ὀρέγεσθαι τῆς τιμῆς, καὶ δόξης, καὶ ἐπαίνου. sed tamen tum fere nomen cupiditatis additur, ut duci cupiditate gloriæ, trahi studio laudis, & alia eius generis.

D Sed tamen, δ' ὅμως.) Alio loco dicit ἀλλ' ὅμως. Cicero solet hoc dicere, Sed tamen. Semel solum legi, uerumtamen. raro, Attamen.

Bonis externis indiget, τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν προσδεομένη) Cicero. 3. de Finibus, Ne illud quidem est consentaneum, ut cum tria genera bonorum sint, quæ sententia est Peripateticorum, eo beatior quisque sit, quo sit corporis aut externis bonis plenior. Multis locis in 5. de Finibus sic dicit, quo libro hoc uerbum duobus alijs modis transfert. i. ea quæ sunt extrinsecus, & quæ sunt extra. Hæc

ſunt eius uerba, Hæc autẽ quæ ſunt extrinſecus.i. quæ neque in animis inſunt neque E
in corpore, ut amici, ut parentes, ut ipſa patria, ſunt illa quidẽ ſuaſponte chara, ſed eodem in genere quo illa non ſunt. Nec uero quiſquam ſummum bonum aſſequi unquã poſſet, ſi omnia illa quæ ſunt extra, quãq; expetẽda, ſummo bono cõtinerẽtur.

Has etiam proſperitates uidetur requirere, ἔοικε προσδεῖσθαι καὶ τῆς τοιαύτης εὐημερίας. paulo poſt dicit εὐτυχίαν, & paulo ante dixit εὐπραξίαν. Cicero dicit proſperas res potius quàm proſperitates. nec hoc uerbum legi apud eum niſi bis: ſemel in tertio de natura deorum libro extremo, Improborum igitur proſperitates ſecundæque res redarguunt, ut Diogenes dicebat, uim omnem Deorum atque poteſtatem. Iterum paulo ante, Atque hoc quidem omnes mortales ſic habent, externas commoditates, uineta, ſegetes, olieta, ubertatem frugum & fructuum, omnem denique commoditatem proſperitatemq; uitæ à dijs ſe F
habere. Nuſquam autem dixit aduerſitates τὰς ἀτυχίας, nec quiſquam Latinis literis eruditus. quod mihi interdum mirum uideri ſolet. Quod autem ſupra dixit commoditatem, & ſæpe commoda, Ariſtoteles dicit χορηγίαν, ipſe autem Cicero Stoicorum uerbum εὐχρηστήματα ſic interpretatur. 3. de Finibus, extremo, & δυσχρηστήματα incommoditates. Incommoda autem & commoda (Ita enim εὐχρηστήματα & δυσχρηστήματα appello) communia eſſe uoluerunt, paria noluerunt. Ibidem ὠφελήματα & βλάμματα appellat, emolumenta & detrimenta. Vt ergo conſeruetur omnis homini erga hominẽ ſocietas, coniunctio, charitas, & emolumenta & detrimenta, quæ ὠφελήματα & βλάμματα appellant, communia eſſe uoluerunt. Itaque ibidem τὸ ὠφελεῖν prodeſſe G
dicit, & βλάπτειν nocere. Loquens enim de illis duobus ſuperioribus, Illa enim, inquit, quæ proſunt, aut quæ nocent, aut bona ſunt aut mala, quæ ſint paria neceſſe eſt. Ariſtoteles non utitur illis uerbis (ſunt enim Stoicorum propria) ſed βλάβας & βλάβη quæ detrimenta Cicero appellat. & ὠφέλειαν, & ὠφέλη, quæ emolumenta ille, quæ eadem adiumenta & auxilia poſſumus dicere. Sed reuertamur eò unde noſtra delapſa eſt oratio. εὐτυχίαν ergo & εὐπραξίαν Cicero ſecundã & proſperam fortunam appellat, ſicuti quod ἀτυχίαν idem Ariſtoteles, & δυστυχίαν uocat, aduerſam fortunã calamitatemque transfert. H
Hæc autem in plurali & τὰ εὐτυχήματα & δυστυχήματα, res ſecundas & proſperas, aduerſas calamitateſque dicit. Quando autem huc me deduxit oratio, age uideamus quemadmodum & Græci & Latini hæc uerba coniungant. Ariſtotel. 10. cap. huius libri dicit, φέρειν τὰς τύχας κάλλιστα καὶ ἐμμελῶς, his uerbis, ἀεὶ γὰρ ἢ μάλιστα πάντως πράξει καὶ θεωρήσει τὰ κατ᾽ ἀρετήν, καὶ τὰς τύχας οἴσει κάλλιστα, καὶ πάντη πάντως ἐμμελῶς. Illud φέρειν ἐμμελῶς Cic. dicit apte. 4. Tuſ. quæſt. Atque idem ita acrẽ in omnes partes aciẽ intẽdit, ut ſemper uideat ſedẽ ſibi ac locũ ſine moleſtia atq; angore uiuendi, ut quẽcunq; caſum fortuna inuexerit, hunc apte & quiete ferat. Illud autẽ κάλλιστα φέρειν uerbũ è uerbo exprimẽs dicit, ferre pulcherrime. Seruius Sulpitius in

A epistola qua Ciceronē ægrū ob filiæ mortē consolatur. Vidimus aliquoties secundam pulcherrime te ferre fortunam, magnamq; ex ea re te laudē adipisci. Aristo. ibidē dicit φέρειν ἀτυχίας εὐκόλως, & φέρειν τὰς τύχας εὐσχημόνως. quorū prius ferre non grauiter, sed leuiter, aut facile. nam εὔκολον Cicero appellat non difficilē. Interpretor posterius uerbum è uerbo, æquo animo. Est etiā illud genus φέρειν ῥαδίως quod est apud Platonē usitatißimū. In primo de Rep. ῥαδίως τὸ γῆρας φέρειν. καὶ τοῖς δὴ μὴ πλουσίοις χαλεπῶς δὲ τὸ γῆρας φέρουσιν, εὖ ἔχει ὁ αὐτὸς λόγος, ὅτι οὔτ' ἂν ὁ ἐπιεικὴς πάνυ τι ῥαδίως γῆρας μετὰ πενίας ἐνέγκοι, οὔθ' ὁ μὴ ἐπιεικὴς εὔκολός ποτ' ἂν αὑτῷ γένοιτο. Cicero pene pagellam totam eius libri conuertit in lib. de senectute. Nec ferre illud φέρειν ῥαδίως τὸ γῆρας dicit ferre facile senectutē. Nam his uerbis hūc
B locum transtulit. Quod eodem modo de senectute potest dici. Nec enim in summa inopia leuis esse senectus potest, ne sapienti quidem: nec insipienti in summa copia non grauis. Quo loco cernere licet quàm diserte interpretatus sit illud εὖ ἔχει ὁ αὐτὸς λόγος, Quod eodem modo dici potest. Illud etiam μετὰ πενίας, in summa inopia. ῥαδίως ergo φέρειν τὸ γῆρας dixit leuem esse senectutem. Paulo supra illud idem dicit, Tolerabilem agere senectutem: Sed fortaße dixerit quispiam, tibi propter opes & copias & dignitatem tuam tolerabilem senectutem uideri. Apud Platonem est hoc expreßum pluribus uerbis, οἶμαί σου τοὺς πολλοὺς ὅταν ταῦτα λέγῃς οὐκ ἀποδέχεσθαι ἀλλὰ ἡγεῖσθαί σε ῥαδίως τὸ γῆ-
C ρας φέρειν, οὐ διὰ τὸν τρόπον, ἀλλὰ διὰ τὸ πολλὴν οὐσίαν κεκτῆσθαι. Idem in Critone dicit, ῥαδίως καὶ πράως φέρειν τὴν ξυμφοράν. quē Cic. ad senectutē transfert. Coniunxit enim duos locos, ἀλλὰ καὶ σοῦ πάλαι θαυμάζω αἰσθανόμενος, ὡς ἡδέως καθεύδεις· καὶ ἐπίτηδές σε οὐκ ἤγειρον, ἵνα ὡς ἥδιστα διάγῃς. καὶ πολλάκις μὲν δή σε καὶ πρότερον ἐν παντὶ τῷ βίῳ εὐδαιμόνισα τοῦ τρόπου, πολὺ δὲ μάλιστα ἐν τῇ νῦν παρεστώσῃ ξυμφορᾷ, ὡς ῥαδίως αὐτὴν καὶ πράως φέρεις. Cicero sic paucis additis mutatisue uerbis, Sæpe numero mirari soleo cum hoc C. Lælio, cum cæterarum rerum tuam excellētem M. Cato perfectamque sapientiam, tum uel maxime, quòd senectutem tuam nunquam tibi grauem esse senserim. Cicero in epistolis sæpe dicit ferre facile. Moleste fer-
D re & grauiter ferre his sunt contraria, quibus respondent apud Græcos βαρέως φέρειν, & χαλεπῶς φέρειν. quorum posteriore paulo ante usus est Plato.

CAP. IX.

EX QVO existit quæstio, ὅθεν καὶ ἀπορεῖται.) ἀπορεῖσθαι, dubitari. Sed nunquam Latinus sermo patiatur, ut sic transferamus, unde dubitatur.

Num doctrina, consuetudine &c. πότερόν ἐστι μαθητὸν ἢ ἐθιστόν.) Hunc locū supra tractauimus,

Ac si quod aliud à Dijs datū munus homini est, εἰ μὲν οὖν καὶ ἄλλο τι θεῶν ἐστι δώρημα ἀνθρώποις.) Cicero initio. 1. lib. Academic. quæstio, Nec ullum

arbitror, ut apud Platonem est, maius aut melius à Dijs datum munus homini: E
Quod ait esse apud Platonem, id est in Timaeo. quem locum proferendum censui & Ciceronis interpretationem, ut ubertas orationis studiosis Graeci, Latiniq; sermonis pareretur. ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν, οὔτ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθέν. Hūc Cicero ita in lib. de uniuersitate conuertit, Quibus ex rebus philosophiam adepti sumus, quo bono nullum optabilius, nullum praestantius, neque datum est mortalium generi deorum concessu atque munere, neque dabitur. πορίζεσθαι diserte dixit adipisci. Huc pertinet quod mox addit Aristoteles, θεόσδοτον εἶναι. i. datam esse à deo, scilicet beatitudinem. Nam si uerbum è uerbo exprimentes, dicamus, Si quod etiam aliud est deorum munus hominibus, Latinus sermo non patiatur. Itaque si Latine loqui uoluerimus, necesse est, uel illud εἶναι dicamus habere, ut Cice. facit cū plerisque in locis, tum in. 3. de natura deorum: aut cōtenti simus superiore translatione, quā saepius Cicero utitur. F

Consentaneum est, εὔλογον.) Non est quòd doceam pluribus, Graecos in neutris adiectiuorum praetermittere ἐστι, cum sequitur infinitus modus. Nam hoc ita usitatum est, ut neminem ignorare arbitrer. Tantum id dico, idem in hoc genere nobis non licere quod Graecis. Itaque semper uerbum est debet addi. Huic uerbo quo de agitur, Cicero uerbum infinitum adiungit, nisi talis aliqua particula praeponatur, illud, hoc, uel id, tumque ut in caeteris omnibus, ut solet apponere. Scribit his uerbis 3. de Fini. Itaq; cōsentaneum est ijs quae dicta sunt, ratione illorum, qui illum bonorum finem, quod appellemus extremum, quod ultimum, putent crescere posse: iisdem placere esse alium alio sapientiorem. Paulo ante, Ne illud quidem est consentaneum, ut cum tria genera bonorum sint, quae sententia est Peripateticorum, eo beatior quisque sit, quo sit corporis aut externis bonis plenior. Argyropylus semper dicit, Consentaneum est rationi, cum illud rationi nō sit opus adiungere. G

Sed haec nō sunt huius disputationis & temporis, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως ἄλλης ἂν εἴη σκέψεως οἰκειότερον.) Hūc locum supra tractaui, & alium qui paulo post sequitur εἴπερ τὰ κατὰ φύσιν.

Fortunae ascribere, ἐπιτρέψαι τύχῃ.) Verbum è uerbo, permittere, quod haud scio an recte dici queat in hoc genere. Ciceronem quidem animaduerti hoc dicere, aliâs attribuere, aliâs ascribere, nonnunquam tribuere, aliâs assignare, aliâs reddere quod Graeco uerbo ἀποδιδόναι respondet, quo eodem saepe his libris Aristoteles utitur. Interdum etiam adhibere. Is enim his uerbis scribit. 1. de natura deorum, Non enim sentitis quàm multa uobis suscipienda sint, si impetraueritis, ut cōcedamus eandem hominum esse & deorum figuram, omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibēda deo, quae adhibetur homini, ingressus, H

A cursus, accubatio, inclinatio, sessio, comprehensio, ad extremum etiam sermo & oratio. Idem libro. 3. extremo, At nonnunquam bonos exitus habent boni, eos quidem ascribimus attribuimusque sine ratione dijs immortalibus. Idem in libro quinto de Finibus, Atenim nosipsos nosse non possumus: quod præceptum quia maius erat, quàm ut ab homine uideretur, idcirco assignatum est deo. Quid enim? prudentiāne deo tribuemus, quæ constat ex scientia rerum bonarum & malarum. Atque hæc usitatiora, illud rarius, quod nisi semel inuenire non potui. Idem. 1. Nam locus quidem ijs etiam naturis quæ sine animis sunt, suus est cuique proprius, ut terra infimum teneat, hanc inundet aqua: supremum æther, ignibus altissima ora reddatur. Illud quod Cicero dixit tribuere, Aristotel. dicit ἀπονέμειν in. 10. huius operis cap. 8. quem locum imitatus est Cicero, προσήκειν δὲ καὶ τι-

B μὰς ἀπονέμειν χρεὼν αὐτοῖς, ὥσπερ τὰς δικαίας. Illud autem rarum quod dixi, uocat ἀποδιδόναι 6. huius operis cap. 7. τὴν δὲ σοφίαν ἐν ταῖς τέχναις τοῖς ἀκριβεστάτοις τὰς τέχνας ἀποδίδομεν. i. reddimus.

Huic autem summa cura in eo posita est, ut ciues bonos efficiat, αὕτη δὲ πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖται, τοῦ ποιούς τινας, καὶ ἀγαθοὺς τοὺς πολίτας ποιῆσαι.) πλείστην quidem ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, si uerbum pro uerbo reddamus, non ferat linguæ nostræ cōsuetudo. Quòd si uelimus ad nos usumque nostrum transferre, puto nos recte posse dicere, summam curam & diligentiam adhibere quod genus dicendi Ciceroni est usitatissimū. Illud aūt, ποιῆσαι ποιούς τι-

C νας, omnino sermo noster respuit, quanquam aliquot locis dixerim, afficere. Quod uero postremum est, ποιῆσαι ἀγαθοὺς τοὺς πολίτας, eo utitur Cicero. Scribit enim. 3. de natura deorum extrema fere pagina, Iouemq; optimum maximum ob eas res appellant, non quòd nos iustos, temperatos, sapientes efficiat: sed quòd saluos, incolumes, opulentos, copiosos.

Ob eamq; causam, διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν.) Sic semper Cicero solet trāsferre, ut δὲ in & transferatur. In quinto de Finibus, Est enim natura sic generata uis hominis, ut ad omne uirtutem percipiendam facta uideatur. ob eamque causam parui uirtutum simulacris, quarum in se habent semina, sine doctrina mo uentur. Aliâs non addit in hoc genere, αἰτίαν, sed uel in singulari dicit, διὰ

D τοῦτο, uel in plurali, διὰ ταῦτα. sed fere ϗ præponitur. Plena sunt his libris exēplorum omnia: Platonis unum locum ex Timæo proferam, quem Cicero conuertens in libro de uniuersitate, καὶ διὰ ταῦτα dixit, ob eamque causam. ἐξ ἧς δὴ τῆς αἰτίας γέγονεν ὅσα ἀπλανῆ τῶν ἄστρων ζῶα θεῖα ὄντα. ϗ διὰ ταῦτα ἐν ταὐτῷ στρεφόμενα, ἀεὶ μένει. Cicero sic, Ex quo genere ea sunt sydera, quæ infixa cælo non mouentur loco, quæ sunt animantia, eaq; diuina: ob eamq; causam suis sedibus inhærent, & perpetuo manēt. ἀπλανῆ ἄστρα hic infixa sydera appellat. In lib. de natura deorum. 2. uocat inerrantes stellas, Habent

igitur suam sphæram stellæ inerrantes &c. E

Multæ enim mutationes, uarijque euentus in hominum uita fortunaque uersantur, πολλαὶ γὰρ μεταβολαὶ γίνονται καὶ παντοῖαι τύχαι κατὰ τὸν βίον) γίνεσθαι κατὰ τὸν βίον, *Versari in uita*. Nam uersari interdum non aliud significat, quàm esse, quod etiam γίνεσθαι interdum efficit. Cicero sic loquitur, 1. de Officijs, *Et ea quæ uidentur acerba quæ multa & uaria in hominum uita fortunaque uersantur, ita ferre, ut nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapientis: robusti animi est magnáque constantiæ.*

CAP. X.

QVAERET *igitur aliquis,* πότερον οὖν.) Quoniã Latinus sermo hanc interrogationem repudiat, aliasque eius generis, ad nostrum morem hunc locũ aliosque permultos transferre malui. F

Quoad uiuat, ἕως ἂν ζῇ.)

Iudicandus est beatus. sed Solonis sententia, expectandum extremum ætatis, ut tum deniq; &c. οὐδὲ μακαριστέον, κατὰ Σόλωνα δὲ χρεὼν τέλος ὁρᾶν.) Hunc locum transtuli pene ijsdem uerbis quibus Cicero 3. de Finibus, extremo, *Nec expectet ullum tempus ætatis, ut tum denique iudicetur beatus ne fuerit, cum extremum uitæ diem morte confecerit*. Ex quo loco singularem quandam diserte interpretandi rationem comparabimus. Dicit enim τὸ ὁρᾶν expectare, & ἀποθνήσκειν, extremũ uitæ diem morte conficere. τότε & ἐπειδὰν tum denique cũ.

Quanquam enim sensus abierit, tamen summus &c. δοκεῖ γὰρ εἶναι τι τῷ τεθνεῶτι καὶ κακὸν καὶ ἀγαθόν. εἴπερ καὶ τῷ ζῶντι μὴ αἰσθανομένῳ δὲ, οἷον τιμαὶ,) Hunc uidebor locum transtulisse audacius, sed Ciceronem auctorem adhibeo, cuius sunt uerba, non mea. Scribit enim 1. quæst. Tusculan. his uerbis, *Quanquam enim sensus abierit, tamen summis & proprijs bonis & laudis & gloriæ, quanuis non sentiant, mortui non carent*. In quo notare debemus, quod Aristotel. dixit singulari numero, eum dixiße plurali. quod ob eam causam fecit, quòd in sigulari numero mos noster non ferat, mortuus, nisi nomen addatur quod grammatici substantiuum uocant. in plurali autem recte dicitur sine adiunctione. G

Qui beatam uitam usque ad senectutem protulerit, τῷ γὰρ μακαρίως βεβιωκότι μέχρι γήρως. Sic recte transferri poterat, *qui beate uixerit usque ad senectutem*: sed Ciceronis uerba malui ponere, ea quæ sunt apud eum 3. de Finibus, extremo, *Quod ille unus ex septem sapentibus non sapienter Crœsum monuit. nam si beatus unquam fuisset, beatam uitam usque ad illum à Cyro extructum rogum protulisset.* H

Migraueritq; è uita conuenienter rationi, καὶ τελευτήσαντα κατὰ λόγον.) Supra satis probaui & ostendi, quemadmodum hæ phrases Græcorum à Cice-

A rone cōuertantur, ζῆν κατ' ἀρετὴν, ζῆν κατὰ φύσιν. Itaque ad illam rationem hoc genus referendum arbitror, πλῶν γὰρ κατὰ λόγον, id est migrare è uita ex ratione, id est secundum rationem. Sic enim malo dicere, quàm ut nonnulli, mori eodem modo, ut κατὰ λόγον significet hoc loco, quod dicit Cic. proportione. id quod alio loco docebo.

Degántque uitam ex dignitate, καὶ τυγχάνειν βίου τοῦ κατ' ἀξίαν.) Præpositio κατὰ cum accusandi casu multis uarijsq; modis cōmode à Cicerone exponitur. de quibus in libro 5. disseremus. nunc hoc tractandū genus est, κατ' ἀξίαν, quod Cicero transfert & ex dignitate, & pro dignitate. in 15. Epistolarum libro, earū quæ familiares appellantur, epistolæ quam C. Marcello COS. designato scribit,
B hoc initium est, Maxima sum lætitia affectus, cum audiui te consulem factum esse, eúmque honorem tibi deos fortunare uolo, atque à te pro tua parentísque tui dignitate administrari. Infrà, quartæ ab hac epistolæ hoc principium est, Et si mihi nunquam fuit dubium, quin te populus Rom. pro tuis summis in Rēpub. meritis & pro amplissima familiæ dignitate, summo studio cūctis suffragijs Consulē facturus esset, tamē incredibili lætitia sum affectus, cum id mihi nūtiatum est: eúmque honorem tibi deos fortunare uolo. à teq; ex tua maiorúmq; tuorum dignitate administrari. Ex his duobus locis facilè intelligi potest, in una eadémque re illud κατ' ἀξίαν, pro dignitate & ex dignitate dictum esse à Cicerone. qua ergo ille ratione dixit, ex dignitate parentis honorē, id est magistratum administrare, eadē ego τυγχάνειν βίου κατ' ἀξίαν, sequi & degere uitam ex dignitate, dicendum ar-
C bitror. Atque ego idem quo magis locutionem Ciceronis imitemur & exprimamus, ad illud, ex dignitate sua & illorum, addi posse rectè confirmo, & certè id omissum est uel mea uel aliorum negligentia, quoniam id facilè ex Aristot. loco quē tractamus perspici potest. Dicamus igitur hoc modo, Degántque uitam ex illorum dignitate. Nam hoc loco loquitur Aristot. de beatorum posteris, quorum alij ex dignitate maiorum aut parentum uitam agant, alij contra.

Sitque aliàs miser, aliàs beatus, καὶ γίνοιτο, ὅτε μὲν εὐδαίμων, πάλιν δὲ ἄθλιος.) Cicero 2. de finibus lib. Nec appellatur omnino uita beata, nisi confecta atque absoluta. neque enim potest quisquam aliàs beatus esse, aliàs miser.

Quid est quamobrem non, πῶς οὐ.) Hæc genera dicēdi apud Ciceronem sunt
D creberrima, Quid est cur, quid est quamobrem: & cum negatione, quid est quamobrem non. Barbari dicunt πῶς, quomodo. Hæc autem locutio sic exprimenda est, duntaxat in media oratione.

Non enim in ea positum est, beatum esse, uel miserum, οὐ γὰρ ἐν ταύταις τὸ εὖ ἢ κακῶς.) Hunc locum secundo lib. de finib. Cicero adumbrauit, Non enim in sapientia positum est beatum esse, sed in ijs rebus quas sapientia comparat ad uoluptatem.

Beatæ autem uitæ dominæ sunt uirtuti consentaneæ actiones, κύριαι δ' εἰσὶν αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαι τῆς εὐδαιμονίας.) Cicero 3. de finib. Totum autem id externum, & quod externum, id in casu est. ita fit beatæ uitæ domina fortuna. εὐδαιμονίαν appello sæpe beatam uitam, cùm hoc loco Ciceronis adductus, tum plerisq; alijs lib. de finib. quibus libris cùm sententiam Peripateticorum de finibus bonorum defendat & approbet, in ijsq; Arist. præcepta teneat, hósque eius de moribus libros imitetur, nec nisi semel ipse εὐδαίμων βίος dicat, nec Cicero beatitudinem, seu beatitatem nisi semel transferat: ob eas causas eum puto nomẽ beatæ uitæ pro illo crebris usurpare sermonibus. E

Firmitas, βεβαιότης.) Cicero hæc tria sæpe coniungit, quæ idem ualent firmitatem, stabilitatem, constantiam. 3. de finib. uirtus stabilitatem, firmitatem, constantiam totius uitæ complectitur. F


Vt ijs in rebus quæ uirtute gerũtur, ὡς περὶ τὰς ἐνεργείας τὰς κατ' ἀρετήν.) αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαι, actiones uirtuti cõgruentes, & consentaneæ, aut quæ à uirtute proficiscũtur. ego autem sic conuerti, ut si dixisset, ὡς περὶ τὰ κατ' ἀρετήν, quod idem efficit.

Multo enim & firmiores scientijs sunt & constantiores, μονιμώτεραι γὰρ καὶ τῶν ἐπιστημῶν αὗται δοκοῦσιν εἶναι.) hoc in loco Ciceronis illum exprimere conatus sum, qui est scriptus 3. de officijs, quo naturam fortunæ comparans, illam huic anteponit. Multo enim & firmior est & constantior.

Quarum ut quæque præstantißima est, ita etiam stabilis maxime, τούτων δ' αὐτῶν αἱ τιμιώταται καὶ μονιμώταται.) De hoc genere supra satis multa præcepi. G

Quod causa est cur nulla obliuione obruantur, τοῦτο γὰρ ἔοικεν αἴτιον τοῦ μὴ γίνεσθαι περὶ αὐτὰ λήθην.) Sic loquitur Cicero in libris de philosophia, ut primo de finib. Est autem situm in nobis, ut & aduersa quasi perpetua obliuione obruamus, & secunda iucundè ac suauiter meminerimus. i. ἐφ' ᾗ μὲν γίνεσθαι περὶ τὰ δυστυχήματα λήθην. Illa etiam Ciceronis phrasis est. hoc causa est, cur illud fecerim. in lib. de Fato, Hoc enim modo uiator quoque bene uestitus causa foret, cur à crassatore spoliaretur, id est, αἴτιον ἂν εἴη τοῦ ἐκδύεσθαι ὑπὸ τῶν λῃστῶν.

Cúmque multos casus fortuna inuehat, πολλῶν δὲ γενομένων κατὰ τύχην.) Illud δὲ in hoc genere Cice. uertit cùm, præposito cum. Hanc phrasim Aristotelis uidetur conuertiße Cic. 4. Tuscul. quæst. Atque idem ita acrem in omnes partes aciẽ intendit, ut semper uideat sedem sibi ac locum sine molestia & angore uiuẽdi, ut quencunque casum fortuna inuexerit, hunc aptè & quietè ferat. Nam γίνεσθαι πολλὰ διὰ τύχην, si dicamus euenire multa casu & temere, latinè id fiat, sed parum ad huius loci explicationem. H



A Iisq; magnitudine & exiguitate differant, καὶ διαφερόντων μεγέθει καὶ μικρότητι.) μικρότης à Cicerone semper exiguitas exponitur, nec unquam dicit paruitatem, nisi in lib. de uniuersitate, Itaque cùm accepissent immortale principium mortalis animantis, imitantes genitorem & effectorem sui, particulas ignis & terræ & aquæ & aëris à mundo, quas rursus redderent, mutuabantur: easq; inter se copulabant, haud iisdem uinculis, quibus erant colligati, sed talibus quæ cerni non possent propter paruitatem. 4. de finibus, Itaque in quibus propter earum exiguitatem obscuratio sequitur, sæpe accidit: ut nihil interesse nostra fateamur, sint illa, nécne sint. Paulo pòst eodem utitur.

Prosperè eueniunt, γινόμενα μὲν οὖν.) γίγνεσθαι οὖν, prospere euenire dixit Cicero de natura Deorum extremo secundo, Magna dii curant, parua B negligunt: magnis autem uiris prospere eueniunt semper omnes res. quod idem συμβαίνειν οὖν περί τινα, dici potest.

Nam & natura ipsi ad splendorem ualent & ornatum, ἐν γὰρ αὐτὰ συνεπικοσμεῖν πέφυκεν.) Hoc fortasse dici potest aptius: solent afferre ornamentum aut esse ornamento. nam φύω sæpe soleo dicitur.

Nam & dolores afferunt, λύπας τε γὰρ ἐπιφέρει. s. τὰ πολλὰ διὰ τύχην γινόμενα. Græci etiam dicunt ἐπιφέρειν τὴν ἡδονήν. ut Aristot. 10 huius operis capit. 3. περὶ πολλά τε σπουδὴν ποιησαίμεθα ἂν, κἂν εἰ μηδεμίαν ἐπιφέρει ἡδονήν. Hæc duo genera mutuati sumus à Græcis. Sunt enim apud Ciceronem adeo crebra, afferre dolorem & afferre uoluptatem, ut non sit opus hoc C exemplis facere longiùs. Sed de his idoneo loco plura.

Qui uirtutis perfectæ perfecto fungatur munere, τὸν κατ᾽ ἀρετὴν τελείαν ἐνεργοῦντα.) Alio loco docui πράττειν cui par est ἐνεργεῖν, à Cicerone dici fungi officio. Quod ex hoc loco etiam intelligi potest. ἐνεργεῖν κατὰ τελείαν ἀρετὴν non aliud puto esse, quàm quod dicit Cicero primo Tusculan. quæst. fungi officio perfectæ uirtutis. Nemo parum olim uixit, qui uirtutis perfectæ perfecto functus est munere.

CAP. XI.

NIHIL omnino ad mortuos pertinere, συμβάλλεσθαι. Superiore capite dixit τὰ τῶν ἐκγόνων συγκινεῖσθαι τοῖς γονεῦσι. & in hoc paulo post, D διικνεῖσθαι πρὸς τεθνηκότας. Cicero 1. Tusculan. quæst. hunc locum de mortuis tractat pluribus uerbis. eius de hac re sententia his duabus orationibus continetur, Totus igitur hic locus est contemnendus in nobis, non negligendus in nostris: ita tamen, ut mortuorum corpora nihil sentire sentiamus. Quantum autem consuetudini famæq; dandum sit, id curent uiui: sed ita, ut intelligant nihil ad mortuos pertinere.

Singillatim quidem disserere, καθ᾽ ἕκαστον μὲν διαιρεῖν.) διαιρεῖν diuidere

ferè significat. sed hoc in loco accipitur pro eo quod dicimus explicare, disserere, E
& quod Cicero dicit, agere: ut agere de singulis, καθ᾽ ἕκαστον διαιρεῖν. Ait enim 1. de officijs, Ad summam ne agam de singulis. quæ duo uerba hæc duo græca mihi uidentur exponere καθ᾽ ἕκαστον & καθόλου. Itaq; mihi magis hæc placet trãslatio, καθ᾽ ἕκαστον Cicero dicit singillatim, & singulatim, in Verrẽ actione prima extrema, Habet existimationem multo sudore, labore uigilijsq; collectam, ut si in hac causa nostrum officium ac diligentiã probauerimus, hæc quæ dixi, retinere per P. R. incolumia ac salua possimus. si tantulum offensum titubatúmque sit, ut ea quæ singulatim ac diu collecta sunt, uno tempore uniuersa perdamus,

Summatim, καθόλου.) unum uocabulum est. Cicero solet dicere summatim. Nam supra ostendi τὸ καθόλου interdum summam Ciceronem exponere. Idem 5. de finib. Et summatim quidem hæc erant de corpore animóque dicenda. Idem dicit, Ad summam. 1. de officijs. Ad summam ne agam de singulis. συλλήβδην idem ualet. F

Vt neque ex beatis miseros faciant, ὥστε μήτε τοὺς εὐδαίμονας, μὴ εὐδαίμονας ποιεῖν.) uerbum è uerbo, ut nec beatos non beatos uel miseros faciant. Ita autẽ ut uerterem, me admonuit locus Ciceronis qui positus est in 3. de legibus. Aut cur cum ius ex iniuria lex facere possit, bonum eadem facere non possit ex malo. Nam hoc puto dici græcè, τὸ δίκαιον ἀδικίαν, καὶ τἀγαθὸν κακῶς.

CAP. XII.

HIS autem expositis, διωρισμένων δὲ τούτων.) Cicero 1. de officijs. His igitur expositis, quale sit id quod decere dicimus, intellectum puto. Eodem uerbo persæpe utitur in hoc genere. Idem efficit illud quod crebro etiam usurpat, constituere. quod quidem mihi huic loco aptius uidetur, pro quo cæteri utuntur uerbo omnino barbaro determino. pro quo licebit etiam explico dicere. Cicero 1. de legib. His enim explicatis, fons legum & iuris inueniri potest. Atque ut hoc significare illud ὁρίζειν omnes sibi persuadeant, proferam ex tertio libro huius operis eiusmodi orationem, quam Cicero crebro usurpat, ὁ δὲ μέχρι τινὸς καὶ ποσὸν ψεκτὸς, οὐ ῥᾴδιον τῷ λόγῳ ἀφορίσαι. Cice. autem, quàm sæpe dicat, explicare oratione, uel consequi dicendo, quis ignorat? ergo ἀφορίζειν idem significabit. Nam paulo ante Aristoteles usus est. οὐ γὰρ ῥᾴδιον διορίσαι. G

An potius gloriatione dignus, ἢ μᾶλλον τῶν τιμίων.) Græci dicunt μᾶλλον, nos potius, in comparationis secunda parte, cum aliud melius quasi corrigentes adiungimus. Sed de hoc genere capite proximo Ciceronem auctorem secuti plura dicemus, τὰ τίμια, alij dicunt honorabilia, quo uerbo Cicero utitur. τιμὴ honos & gloria dicitur. τὸ τίμιον honore & gloriatione dignum & honorabile. Sic enim interpretor, quod Cicero tertio de finibus dicit, Ex quo efficitur, gloriatione, ut ita dicam, dignam esse beatam uitam. Quo quidem loco uidetur eam quam hic tra H

A ctat Aristot. explicare quæstionem.

Est enim uirtutis laus propria, qua apti sumus ad res honestas gerendas. Encomia autem ea potius attingunt quæ tam corporis quàm animi geruntur uiribus, ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος, τῆς ἀρετῆς. πρακτικοὶ γὰρ τῶν καλῶν ἀπὸ ταύτης. τὰ δὲ ἐγκώμια τῶν ἔργων ὁμοίως καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ψυχικῶν.) In lib. secundo de moribus eorum quos ad Eudemiũ scripsit, docet idem quid inter ἔπαινον & ἐγκώμιον intersit his uerbis. ἔτι δ' οἱ ἔπαινοι τῆς ἀρετῆς διὰ τὰ ἔργα, καὶ τὰ ἐγκώμια τῶν ἔργων. paulò infra, ἔτι διὰ τί ἡ εὐδαιμονία οὐκ ἐπαινεῖται; ὅτι διὰ ταύτην τἆλλα, ἢ τῷ εἰς ταύτην ἀναφέρεσθαι, ἢ τῷ μόρια εἶναι ταύτης, διὸ ἕτερον εὐδαιμονισμὸς, καὶ ἔπαινος, καὶ ἐγκώμιον. τὸ μὲν γὰρ ἐγκώμιον λόγος τοῦ καθ' ἕκαστον ἔργου. ὁ δ' ἔπαινος τοιοῦτον εἶναι κα-
B θόλου. ὁ δ' εὐδαιμονισμὸς, τέλος. id est, Iam uero laudes propriè uirtutibus tribuuntur, propter facta: encomia autem factis rebúsque gestis. præterea quid ita beatitudo non laudatur, quia eius causa sint cætera omnia, aut quia ad eam referantur, aut quia eius sint partes. Quocirca aliud est beatitudo, aliud laus, aliud encomiũ. Est enim encomium oratio quæ habetur de singulorũ factis: laus quæ de rebus uniuersis: beatitudo finis. Ego ἐγκώμιον coactus sum dicere encomium, aliter enim differẽtia Græcorum non fuißet expreßa. Cicero uertens in secundo extremo de legib. locum Platonis ex 12. de legib. libro quod ἐγκώμιον Plato appellat, laudem nominat. Locus hic est Platonis, χῶμα δὲ μὴ χωννύναι ὑψηλότερον πέντε ἀνδρῶν ἔργου ἐν πένθ' ἡμέραις ἀποτελούμενον: λίθινα δ' ἐπιστήμα-
C τα, μὴ μείζω ποιεῖν ἢ ὅσα δέχεσθαι τὰ τοῦ τετελευτηκότος ἐγκώμια βίου, μὴ πλείω τεττάρων ἡρωικῶν στίχων. Sic Cicero, Extrui autem uetat sepulchrum altius, quàm quod quinque diebus absoluerint, nec è lapide excitari plus nec imponi, quàm quod capiat laudem mortui incisam, ne plus quatuor heroicis uersibus. Quo in loco perspicitur deeße nominandi casus illius absoluerint, itaque hæc duo, quinque homines ex Platone restitui debent. Præterea legendum puto ἀποτελουμένου, ut referatur ad genitiuum ἔργου. Locutiones obseruare debemus. Locus hic pluribus à Cicerone explicatur, quem hic non totum proferre uolui, ne molestiam afferret.

Cap. XIII.

D SED quoniam, ἐπεὶ δὲ.) Cicero sæpius dicit, sed quoniam, interdum quoniam autem. ut 1. de finib. Quoniam autem id est uel summum bonorum uel ultimum uel extremum, quod Græci τέλος nominant, quod ipsum nullam ad aliam rem, ad id autem res referuntur omnes: fatendum est summum eße bonum, iucundè uiuere. Et 1. de officijs, Quoniam autem uiuitur non cum perfectis hominibus plenéque sapientibus &c. Illud alterum frequentius est.

Hoc declarant Cretensium & Lacedæmoniorum legislatores, παράδειγμα

δὲ τούτων ἔχομεν, τοὺς κρητῶν καὶ λακεδαιμονίων νομοθέτας. Illud si uer E
bum è uerbo exprimeremus, non ferret latina oratio, at Gallica pateretur. potui
dicere, Documento sunt & cætera, sed malui phrasim Ciceronis imitari, qui in hoc
genere, illud declarat, aut indicat, solet dicere. Eadem est ratio illius μαρτυρεῖ, quo
usus est Aristoteles cap. 10. μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ νῦν ἀπορηθέν.
Neque enim rectè possumus dicere, testatur, nec testis est ea quæ modo tractata
est quæstio. Neque enim hoc uerbum tribuimus rebus mutis & inanimis, nisi for-
tè urbibus, ijsq; omnibus quæ percipiuntur sensibus.

Tractatio, σκέψις.) supra ostendi uerbum hoc apud Ciceronem usitatum esse
ac tritũ pro disputatione. Quod cum docui, negare nolui, quin aliàs posset modis
multis uariisque conuerti. Itaque & consideratio dicitur à Cicerone & tracta-
tio. Atque haud scio, an illi aliquot locis respondeat nomen loci, quod est apud F
Ciceronem usitatissimum. In primo de legibus libro, Neque enim omnia sunt hu-
ius disputationis ac temporis, & hunc locum satis, ut mihi uidetur, in ijs lib. quos
legistis, expressit Scipio.

Perspicuum est, cum eo instituto quod initio secuti sumus, omnem hãc congrue-
re ac consentire quæstionem, δῆλον ὅτι γένοιτ᾽ ἂν ἡ ζήτησις κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς
προαίρεσιν. Dicetur idoneo loco de uaria ratione transferendi nominis προαι-
ρέσεως. γίνεσθαι hic esse dico. Ita γίνεσθαι ζήτησιν κατὰ τὴν προαίρεσιν, quoniã
εἶναι κατὰ, non est aliud nisi esse consentaneum siue congruere cum instituto.
Nam γίνεσθαι cum significat existere, oriri, nasci, solet iungi cum ἐκ, aut dictione
eiusdem generis. G

Videndum est scilicet, quod sit hominis bonum. Summum enim hominis bonum
quærimus, περὶ ἀρετῆς δὲ ἐπισκεπτέον ἀνθρωπίνης δηλονότι. καὶ γὰρ τἀ-
γαθὸν ἀνθρώπινον ἐζητοῦμεν. hunc locum totidem pene uerbis ac ijsdem Ci-
cero tractauit quinto de finibus, Deinceps uidendum, quoniam satis apertum
est, sibi quenque natura esse charum, quæ sit hominis natura, id est enim de
quo quærimus.

Vel multo etiam magis, quo maior ciuilis scientia, & melior quàm medici-
na est, καὶ μᾶλλον, ὅσῳ τιμιωτέρα καὶ βελτίων ἡ πολιτικὴ τῆς ἰατρικῆς.)
Cicero primo de officijs hunc locum planè imitatus est, aut potius expressit, Vt
in fidibus & in tibijs, quanuis paulum discrepent, tamen id à sciente animaduerti H
solet: sic uidendum est in uita, ne forte quid discrepet, uel multo etiam magis,
quo maior actionum & melior quàm sonorum concentus est. Vsitatum est ac
frequens hoc genus apud Aristotelem, his præsertim libris de moribus. nono libro
capite tertio, ὅταν δ᾽ ὑπὸ τῆς προσποιήσεως ἐκείνου ἀπατηθῇ, δίκαιον
ἐγκαλεῖν τῷ ἀπατήσαντι, καὶ μᾶλλον ἢ τοῖς νόμισμα κιβδηλεύουσιν, ὅσῳ

A περὶ τιμιώτερον ἡ κακουργία. Exponam hūc locū, ne lectores græca deterreant. Cum autem ab illius simulatione falsus est, par est accusari eum, qui fraude egerit, uel multo etiam magis, quàm eos qui nummos adulterant, quo calliditas in re præstantiore consumitur. Idem paulo post, ἐπανόρθωσιν δ' ἔχουσι μᾶλλον βοηθητέον εἰς τὸ ἦθος, ἢ τὴν οὐσίαν, ὅσῳ βέλτιον τοῦτο καὶ τῆς φιλίας οἰκειότερον. id est, Iis autem qui emendari sanarique possunt, eo maius adiumentum afferēdum est ad uirtutem quàm ad opes, quòd melius est & amicitia dignius. Ex his tot exemplis iam intellectum puto, quemadmodum, & quot modis illud exprimere latinè poßumus, quod Græci dicunt, τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ cum comparatiuo, & μᾶλλον sine καί. nunc uolo docere, quoniam huc me deduxit oratio, quemadmodum aliud tale genus rectè possumus dicere, in quo apud illos ὅσῳ, & τοσού-

B τῳ ponuntur. Aristoteles octauo huius operis, capite primo, ὅσῳ γὰρ πλείων τοσούτῳ ἐπισφαλεστέρα. loquitur de rerum prosperarum affluentia. Hunc locum ita Cicero conuertit ultimo paradoxo, Vter igitur est ditior? cui deest, an cui superat? qui eget, an qui abundat? cuius possessio quo est maior, eo plus requirit ad se tuendam, an quæ suis se uiribus sustinet. Debemus notare hoc loco, πλείων dictum esse maior, quod multis locis necesse est fieri. Deinde quàm diserte interpretatus sit, ἐπισφαλεστέρα εὐετηρία, id est, rerum omnium succeßus & abundantia, quæ plus requirit ad se tuendam. Ita & ἐπισφαλές eleganter dicemus quod multa requirit ad se tuendum. Nam ἐπισφαλὴς res dicitur quæ opportuna est iniuriæ, quæ non est satis tuta per se, uerum multa ei pericula im-

C minent. ut de pudicitia poßimus dicere: ut de diuitijs & opibus & copijs & possesione rerum Cicero & Aristoteles. Sed ad rem reuertamur. Idem Cicero paradoxo secundo extremo, Atqui si uoluptas quæ plurimorum patrocinijs defenditur, in rebus bonis habenda non est, eaq; quo est maior, eo magis mentem ex sua sede & statu dimouet: profecto nihil est aliud, bene & beate uiuere, nisi honeste & rectè uiuere. Eandem sententiam complexus est in libro de senectute, illis quo & eo prætermißis: Siquidem ea cum maior esset atque longior, omne animi lumen extingueret. His duabus orationibus unam Aristot. tertio huius operis, cap. postr. expreßit, qua ille rem simpliciter collocat. κἂν μεγάλαι καὶ σφοδραὶ ὦσι, καὶ τὸν λογισμὸν ἐκκρούουσι. Quo loco notare debemus interpretationem hanc disertā

D Ciceronis. ἐκκρούειν enim dixit ex sede & statu dimouere. quod Aristoteles alibi dicit ἐξιστάναι. Intelligendum etiam est, illa duo ὅσῳ, & τοσούτῳ non semper apud Græcos iungi cum comparatiuis, aut superlatiuis: nec in nostrum morem transferri oportere quo & eo, sed illud τοσούτῳ hoc uel eo, & illud ὅσῳ quod: idque semper obseruaui, quoties τοσούτῳ præponitur, aut

prætermittitur illud quidem, sed sequitur illud ὅσῳ, cum sit ei præpositum compa- E
ratiuum. Aristot. 3. huius operis cap. 8. τάξαι αὐτὶς ἂν τοὺς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἀναγκαζομένους εἰς ταὐτό. χείρους δ' ὅσῳ οὐ δι' αἰδῶ, ἀλλὰ διὰ φόβον αὐτὸ δρῶσι. id est, eodem licet eos ascribere quibus à principibus uis affertur: sed deteriores sunt, quòd non pudore id faciunt, sed metu. Cic hāc phrasim Græcorum sic transtulit 4. de finibus, Is hoc melior quàm Pyrrho, q. uel aliquod genus appetendi dedit: deterior quàm cæteri, quòd penitus à natura recessit. Et quoniā in superiore exemplo Aristot. illud ὅσῳ tantummodo positum est, nec mihi locus ullus eius occurrit, in quo illud τοσούτῳ cōtineatur, ne quid prætermitterem quod ad hunc locum pertineret, malui Demosthenis quàm nullius id confirmare oratione. Hæc sunt eius uerba ex priore oratione contra Aristogitonem, καὶ τοσούτῳ F
πλείονος ὀργῆς ἄξιός ἐστι νῦν ἢ πρότερον, ὅσῳ τότε μὲν γράφειν μόνον ᾤετο δεῖν παρὰ τοὺς νόμους: id est, eóque maiore est odio dignus hoc tempore q̄ anteà, quòd tum scribere solum contra leges putabat oportere. Quanquam hoc aliter ac melius, ut mihi quidem uidetur, transferri potest, ut aliquando dignitas quædam & ornamentum latinæ orationis quod tenebris quibusdam offusum erat, sese explicet ac proferat. Quo etiam maiore est iste odio dignus hoc tempore quàm anteà, qui &c. Atque ut omnes intelligant, ita esse transferendam hanc orationem, Ciceronis uelim putent esse translationem non meam. Hæc enim sunt eius uerba ex oratione quam apud Quirites contra Catilinam habuit, Quo etiam maiore sunt isti odio supplicióque digni, qui non solum uestris domicilijs atque tectis, sed etiam templis ac delubris sunt funestos ac nefarios ignes inferre conati. Idē actio- G
ne in Verrem prima (nō numero diuinationem in actionibus) eodem modo tractat eundem locum. Quo maiore etiam, si fieri potest, apud uos odio esse debet, quàm est apud P. Rom. cum auaritia, scelere, periurio uos sui similes arbitretur. Hic ἄξιός ἐστι πλείονος ὀργῆς, dixit maiore odio esse debet, quod persæpe facit. Videmus in utroque exemplo illud καὶ, dictum etiam. Illud autem ὅσῳ, non dicit q., sed uel ipsum omnino tollit, uel ad initium transfert orationis, illo τοσούτῳ detracto atque sublato.

Medici nobiles multum operæ in cognitione corporis ponunt, καὶ τῶν ἰατρῶν δ' οἱ χαρίεντες, πολλὰ πραγματεύονται περὶ τὴν τοῦ σώματος γνῶσιν.) Dicam hoc loco quid sentiam de ijs dicendi generibus quæ ad laborem, curā H
& diligentiam pertinent. Equidem puto πολλὰ πραγματεύεσθαι περί τι græcos appellare, quod Cic. solet dicere, multum operæ ponere in re aliqua. quod idē mihi uidetur significare quod Arist. ait 10. huius operis ἐνεργεῖν περί τινα cap. 4. ἐν ἕκαστος περὶ ταῦτα ἐν τούτοις ἐνεργεῖ, ἃ καὶ μάλιστα ἀγαπᾷ. i. in ijsq; rebus quisque operam aliquam ponit quas maximè adamat. pro quo uersatur licet dicere: quanquam illud uersatur mihi magis uideatur dici græcè εἶναι περί τι.

A *etiam in hoc genere. Cicero hoc genere ita frequenter utitur, ut non sit opus exẽplis. Sed tamen ne quis desideret in hac re operam nostram, contenti erimus uel uno. principio 1 de finibus, Quidam autem non id totum reprehendũt, si remissius agatur: sed tantũ studium tamq; multam operam in eo ponẽdam non arbitrantur.* κατατρίβειν & διατρίβειν περί τι, *dicitur id quod Cicero, conterere, sed semper addit ferè, ætatem aut ætates. cui simile est quod Aristo. dicit,* κατατρίβειν τὰς ἡμέρας περὶ τῶν τυχόντων, *3. lib. huius operis cap. 10.* τοὺς γὰρ φιλομύθους καὶ διηγηματικοὺς καὶ περὶ τῶν τυχόντων κατατρίβοντας τὰς ἡμέρας, ἀδολέσχους, ἀκολάστους δ' οὐ λέγομεν, *id est, Nã qui fabellarum cupiditate ducuntur, uel ad narrandũ & commemorandũ aliquid propensi sunt, & qui*
B *in rebus ut quæq; incidit & occurrit dies totos conterũt, eos loquaces, non intemperantes dicimus. Isocrates initio statim orationis contra Sophistas, dicit,* διατρίβειν περὶ τὴν φιλοσοφίαν. Νῦν δ' οἱ τολμῶντες λίαν ἀπερισκέπτως ἀλαζονεύεσθαι, πεποιήκασιν, ὥστε δοκεῖν ἄμεινον βουλεύεσθαι τοὺς ῥαθυμεῖν αἱρουμένους, τῶν περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατριβόντων. *Conuerti hanc quoq; orationem. Nunc qui se nimis inconsyderate & importune uenditãt, eò sua audacia rem deduxerunt, ut melius ij qui uitæ degendæ rationem ociosam & inertem secuti sunt, quam qui se sapientiæ studio dediderunt, deliberare uideãtur. Nam in hoc genere hoc à Græcis differimus, quod illi simpliciter dicunt* διατρίβειν περὶ τὴν φιλοσοφίαν, *nos uero si uerbum è uerbo exprimamus, non commodè possumus idem dicere. Itaque neceßario ad aliud uerbum confugimus,*
C *quod idem ualeat, nisi uelimus ætatem addere. Quod Cicero facit, quoties hoc uerbo utitur, uelut 5. de finib. dicit, ætates conterere in rebus quærẽdis explicandisq; naturis.* πονεῖσθαι *etiam &* διαπονεῖσθαι *dicunt* περί τι. *ut Aristot. dixit superiore cap.* ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως οἰκειότερον ἐξακριβοῦν τοῖς περὶ τὰ ἐγκώμια πεπονημένοις, *id est, Sed de his accuratius disputare eorum fortasse magis sit propriũ, qui in encomijs. i. laudationibus elaborarũt. Cicero sic transfert interdum hoc uerbum, ut 1. de officijs, Ad quas res igitur aptißimi erimus, in his potißimũ elaborabimus. i.* ὧν δ' πρακτικώτεροι ἐσμέν, καὶ μάλιστα περὶ ταῦτα πονήσομεν. *Cicer. in proœmio eiusdẽ non utitur cõposito uerbo, sed simplici. Et id quidem nemini Græcorum uideo adhuc cõtigisse, ut idem in utroq; genere la-*
D *boraret. Idem non uno uerbo sæpius solet dicere, Operam dare alicui rei. Quanq̃ & hoc quoq; ad multa alia trãsferatur. Illud autẽ quo supra usus est, quodq; nos uerbũ ex uerbo exprimere tamen dixi nõ posse,* ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, τοῦ ἀγαθοὺς τοὺς πολίτας ποιεῖν, *Sũmam curã & diligentiã eò cõferre, ut ciues bonos efficiãt, Cicero solet dicere. Neq; enim à Græcis illud cõferre mutuati sumus, sed nostrũ est ac propriũ. Itẽq; adhibere diligentiã, curã, & operã. Pleni sunt lib. de offic. huiusmodi exẽplorum, ut nõ sit neceße me in his proferẽdis studiũ cõsumere.*

σπουδάζειν περί τι etiam dicunt, sed latißimè patet. Nam & περὶ χρήματα E
σπουδάζειν dicunt, & περὶ τιμὴν, περὶ ἀρετὴν, & alia eiusdem generis. Cicero hæc solet dicere, studere pecuniæ, gloriæ. 1. de finib. Præterea bona præterita non meminerunt, præsentibus non fruuntur, futura modo expectant: quæ quia certa eße non poßunt, conficiuntur & angore & metu: maximéque cruciantur, cū sero sentiunt, frustra se aut pecuniæ studuiße, aut imperijs, aut opibus, aut gloriæ. In 4. Sed quia studebat laudi & dignitati, multum in uirtute processerat. Virtuti aut dicit dare operam, & studere, quoniam ἡ σπουδὴ studium & opera dicitur. Ibidem, Hi similes sunt omnibus qui uirtuti student. In lib. de amicitia, Quod cum optimum maximúmque sit, si id uolumus adipisci, uirtuti opera danda est, sine qua neque amicitiam, neq; ullam rem expetendam consequi poßumus. Aristot. 3. lib. huius operis 1. cap. dicit, περὶ τὴν ἀρετὴν ἐπισκοπεῖν. τὸ ἑκούσιον καὶ F
ἀκούσιον ἀναγκαῖον ἴσως διορίσαι τοῖς περὶ ἀρετὴν ἐπισκοποῦσι. quod diuersum genus est ab eo quod hoc tempore tractamus. Nam idem ualet, quod uirtutem suscipere ac sibi proponere ad tractandum, aut de uirtute considerare. Idē 4. huius operis cap. 1. καὶ τὴν μὲν ἀνελευθερίαν προσάπτομεν αἰεὶ τοῖς μᾶλλον ἢ δεῖ περὶ χρήματα σπουδάζουσι. id est, Et auaritiā quidē in eos semper trāsferimus, qui plus quàm sat sit student pecuniæ. 7. huius operis cap. 4. διὸ ὅσοι μὲν παρὰ τὸν λόγον ἢ κρατοῦνται ἢ διώκουσι τῶν φύσει τι καλῶν καὶ ἀγαθῶν, οἷον οἱ περὶ τιμὴν καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ σπουδάζοντες, ἢ περὶ τέκνα καὶ γονεῖς. hoc rectè dicimus, studere gloriæ: studere autem liberis & parētibus, haud scio an commodè latinè poßimus dicere. Cicero quidem uertens in oratore locum G
ex Phædro Platonis, ἐπιχειρεῖν τοῖς λόγοις trāsfert, Studere orationibus. Longa est oratio, & in qua multa & uaria eiúque splendida sunt genera dicendi. Itaque ea malo hoc notare loco, omnibus cōsulens, ἀμείνονα εἶναι τὰ τῆς φύσεως dicit maiore esse ingenio, ἤθει γενικωτέρῳ κεκρᾶσθαι, Maiore esse aliquem ad uirtutem indole. Ita τὸ ἦθος uirtutem dixit. διαφέρειν τῶν ἁψαμένων λόγων πώποτε, Præstare omnibus qui unquam orationes attigerunt. Verba Platonis. νέος ἔτι ὦ φαῖδρε ἰσοκράτης. ὃ μέντοι μαντεύομαι κατ' αὐτοῦ λέγειν ἐθέλω. ΦΑΙ. τὸ ποῖον δή; ΣΩ. δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι λόγους, τὰ τῆς φύσεως. ἔτι δὲ ἤθει γενικωτέρῳ κεκρᾶσθαι. ὥστε οὐδὲν ἂν γένοιτο θαυμαστὸν προϊούσης τῆς ἡλικίας, εἰ περὶ αὐτούς τε τοὺς λόγους οἷς νῦν ἐπιχειρεῖ, πλέον ἢ παίδων διενέγκοι τῶν πώποτε ἁψαμένων λόγων. ἔτι τε H
εἰ αὐτῷ μὴ ἀποχρήσαι ταῦτα, ἐπὶ μείζω δέ τις αὐτὸν ἄγοι ὁρμὴ θειοτέρα. φύσει γὰρ ὦ φίλε ἔνεστί τις φιλοσοφία τῇ τοῦ ἀνδρὸς διανοίᾳ. Cice. sic, Adolescens etiam nunc ô Phædre, Isocrates est. Sed quid de illo augurer, lubet dicere. Quid tandem? inquit ille, maiore ingenio mihi uidetur eße, quàm ut cum orationibus Lysiæ comparetur: præterea ad uirtutem maiore indole, ut minimè mi-

A rum futurũ ſit, ſi cum ætate proceſſerit, aut in hoc orationum genere cui nũc ſtudet tantum quantum pueris reliquis præſtet omnibus, qui unquam orationes attigerunt: aut ſi nõ cõtentus his fuerit, diuino aliquo animi motu maiora concupiſcat. Ineſt enim natura philoſophia in huius uiri mente quædam. Adhuc ille. In lib. Græcis quos quidem legerim, erat ſcriptum in dandi caſu ὁρμῇ θειοτέρᾳ. & in latinis, maior indoles in nominatiuo. Illa etiam notanda ſunt, μέν τοι, Sed. τί ποιον δή; Quid tandem ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς λόγους, maiore ingenio q̃ ut cum orationibus cõparetur. de quo genere alio loco dicã? De qua quoniam in ijs libris quos ἐξωτερικοὺς inſcripſimus ſatis multa diximus, illinc aſſumenda ſunt, quæ ad hunc locũ pertinebunt, λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως

B ἔνια καὶ χρηστέον αὐτοῖς. Cicero magna ex parte ille quidem, ſed obſcurè mihi hunc uidetur expreßiſſe locum, primo de officijs, Omnium autem rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil eſt agricultura melius, nihil uberius, nihil homine libero dignius: de qua quoniam in Cat. Maiore ſatis multa diximus, illinc aſſumes quæ ad hunc locum pertinebunt. λόγοι autem ἐξωτερικοὶ qui ſint, Cicero 5. de finibus explanat, De ſummo autem bono, quia duo genera librorum ſunt, unum populariter ſcriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant, alterum limatius, quod in commentarijs reliquerunt, non ſemper idem dicere uidentur. Ita græcum uerbum cum Cicerone uſurpare malui. Sed de hoc uerbo ſupra dixi ſatis multa.

Vtrum autem ſeparatæ ſint, ut partes corporis, & quicquid ex partibus conſtat, an cogitatione duæ res ſint quæ ſua ſponte ſeparari nequeãt: ad id quod agi-

C mus, nihil intereſt, ταῦτα δὲ πότερον διώρισται καθάπερ τὰ τοῦ σώματος μόρια καὶ πᾶν τὸ μεριστόν, ἢ τῷ λόγῳ δύο ἐστίν, ἀχώριστα πεφυκότα, οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὸ παρόν.) Cicero 5. de finib. hunc locum imitatus eſt, Vtrum enim ſit uoluptas in his rebus, quas primas ſecundum naturam eſſe diximus, necne ſit, ad id quod agimus, nihil intereſt. In quo uide q̃ diſerte ſit interpretatus πρὸς τὸ παρόν. i. ad id quod agimus. Cõfer ſi placet, quod interpretes dicunt, in præſenti, tum tibi præ Cicerone non loqui, ſed rudere uidebuntur. Sic etiam transfert 4. Acad. quæſt. Ad id enim quod agimus nihil intereſt, omnibúsne partibus uiſa res nihil differat, an internoſci non poßit etiam ſi differat.

An cogitatione duæ res ſint, ἢ τῷ λόγῳ δύο ἐστί.) Omnium huius ætatis phi-

D loſophorum eſt huius uerbi interpretatio, ratione. Nam dicunt aliqua differre ratione, alia re, in quo quid intelligant nomine τῷ λόγῳ in hac ſignificatione, non exprimunt. Cicero autẽ ſemper in philoſophia illud τῷ λόγῳ, cogitatione dicit: quam eius interpretationẽ ſi ſequamur, quæ quantǽq; tenebræ ex philoſophia expellẽtur, quibus illa adhuc offuſa fuit? Nam quantæ quámq; pertinaces cõtrouerſiæ ac diſſenſiones ex uocabuli rationis ſignificatione ortæ ſint inter philoſophos, quis ignorat? Sed iam locos eiuſmodi Ciceronis proferamus, ex quibus quod dico

intelligatur. Scribit enim his uerbis in primo de officijs, Est enim quiddam quod in- E
telligitur in omni uirtute quod deceat, quod cogitatione magis à uirtute potest, quàm re separari, ut uenustas & pulchritudo corporis secerni nõ potest à ualetudine: sic hic coniunctum de quo loquimur decorum, totum illud est quidem uirtute confusum, sed mente & cogitatione distinguitur.

Inuitat enim uera ratio bene sanos ad iustitiam, fidem & æquitatem, ὀρθῶς γὰρ καὶ ἐπὶ τὰ βέλτιστα παρακαλεῖ.) Cicero primo de finibus hunc locum disertè interpretatus est, ijsdem ferè uerbis, Inuitat igitur uera ratio bene sanos ad iustitiam, æquitatem, fidem. Itaque omnes codices emendandos arbitror, in quibus ὀρθῶς positum est. Notanda igitur est interpretatio huius uocabuli ὀρθοὶ qui passim dicuntur recti, hic bene sani à Cicerone dicuntur. Secutus sum eiusdem interpretationem, qui τὰ βέλτιστα non dixit res optimas, sed oratorie genus ipsum F
in partes distribuit.

Sic distrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates, ὅπως ἐπὶ τὰ ἐναντία γὰρ αἱ ὁρμαὶ τῶν ἀκρατῶν.) uerba sunt Ciceronis 5. Tuscul. quæst. quæ si quis uelit cũ hoc loco cõferre, legat ea omnia quæ ille de Dionysio cõmemorat. Neminem adhuc arbitror inuenisse quod uerbum græcum nostro impotẽs responderet, nec quisquam rectè græcum illud, ἀκρατὴς, interpretatus est. Omnes enim dicunt incõtinentem, quod uerbum barbarum esse censeo. Ἀκρατὴς autem quem dicimus impotentem, is dicitur qui sibi imperare non potest. & ἀκρασία impotentia. Cicero autem quis dicatur impotens definit 1. de finib. Neque homini infanti atq; impotenti iniustè facta conducunt, qui nec facile efficere possit quod conetur, nec obtinere si effecerit. Sed de continentia & impotentia septimus liber G
proprius est disserendi locus.

Hoc etiam est, ut dixi rationis particeps, λόγου δὲ καὶ τοῦτο φαίνεται μετέχειν, ὥσπερ εἴπομεν.) Libet hoc loco conferre græca cũ Latinis, ut quot Græci modis hanc phrasim uarient, itemq; Latini, intelligatur. Aristoteles quidem hoc ipso capite animum in partes distribuit duas, his uerbis, ὅτι τὸ μὲν, ἄλογον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ λόγον ἔχον. Cicero eodem modo 2. libro Tusc. quæst. Quanquã hoc nescio quomodo dicatur, quasi duo simus, ut alter imperet, alter pareat: sed nõ scite tamẽ dicitur. Est enim animus in partes distributus duas, quarũ altera rationis est particeps, altera expers. Hoc posterius uerbũ è uerbo græcè dicitur ἄμοιρον, quo uerbo Arist. hoc ipso capite utitur, quanquã ad aliam rẽ. τὸ δὲ θρεπτικὸν ἐατέον, ἐπειδὴ τῆς ἀνθρωπικῆς ἀρετῆς ἄμοιρον πέφυκεν. i. prætermittenda est H
etiam uis alendi, quandoquidem uirtutis expers est, quæ naturam attingit humanam. Quod etiam dicit carere ratione, & illud superius uerbum è uerbo habere rationem. 2. de nat. eorum, Nec dubium quin quod animatum sit, habeatq; sensum, rationem & mentem, id sit melius, quàm id quod his careat. Dicit etiam Cõ-

A pos rationis.ibidem. Ita efficitur animantem, sensus, mentis, rationis mundum esse compotem. Illud autem quod dixit uerbum è uerbo, habere rationem, eodem lib. transfert, inesse in aliquo rationem, ut solet illud ἔχειν. nam si dicamus illud ὑπάρχειν, aut ἐγγίνεσθαι, nisi interest: quanquam eodem libro illud ἐγγίνεσθαι innasci mihi uidetur dicere. Hæc sunt eius uerba, Quartus autem gradus & altißimus eorum, qui natura boni sapientésque gignuntur, quibus à principio innascitur ratio recta constánsque quæ supra hominem putanda est, deóque tribuenda. i. mundo in quo neceße est perfectam illam atque absolutam inesse rationẽ. Græci etiã multis modis hæc dicunt. Nam & μετέχειν τοῦ λόγου uno dicunt uerbo, & μεταλαμβάνειν τοῦ λόγου, & κοινωνεῖν τοῦ λόγου. Huic postremo respondere arbitror nostrum, particeps rationis, & superiori illi compos rationis. τὸ μὲν γὰρ φυτικὸν
B οὐδαμῶς κοινωνεῖ λόγου. uerba sunt Arist. hoc 10. cap. posita. Hæc autem uarietas hoc nobis afferet adiumenti, ut cum hic locus tractabitur, ne semper simili genere utamur. Quod Cicero facit lib. 2. de natura Deorum, probans mundum participẽ esse rationis. cum enim unum in locum omnia dicendi genera quibus hoc exprimi potuit, contulit, quo facilius similitudinẽ quam uocat matrem satietatis offensionísque uitaret. Hoc idem facit etiã Aristoteles hoc cap. Huic generi illud finitimum est, quod hoc capite Aristoteles multis uariisque modis dicit, πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ. Itaque hoc loco melius est id quoque tractari. Hic Aristoteles, πειθαρχεῖ γοῦν τῷ λόγῳ τὸ τοῦ ἐγκρατοῦς. id est, paret enim rationi incontinente. Idem dicit, κατήκοον τοῦ λόγου, & ἀκουστικόν, à uerbis κατακούειν, & ἀκουστί-
C ζειν. Item εὐήκοον. De his quæ in ικος exeunt, idem iudicandum est, quod de hoc toto genere supra demonstrauimus. ἀκουστικὸς enim obediens dicitur. Ita ἀκουστικὸν τοῦ λόγου & κατήκοον λόγου & εὐήκοον λόγου obediens rationi appellabitur. Cicero primo de officijs, Curandum est igitur, ut cogitatione ad res quàm optimas utamur, rationi appetitum obedientem præbeamus. Et in secundo, Alterũ est cohibere motus animi perturbatos, quos Græci πάθη nominant, appetitionésque quas illi ὁρμὰς, obedientes efficere rationi. Salustius etiam dixit in neutro, Quæ uentri obedientia finxit. hæc uocabula quæ apud Latinos in ens exeunt, nõ sunt participia sed nomina, quæ, quemadmodum supra dixi, Græcis nominibus in ικος exeuntibus respondent. Vtitur etiam alijs uerbis Aristoteles idem signi-
D ficantibus & declarantibus. uelut hoc ipso cap. πειθαρχικόν, τὸ δ' ἐπιθυμητικὸν καὶ ὅλως ὀρεκτικὸν μετέχει πως, ᾗ κατήκοόν ἐστιν αὐτοῦ καὶ πειθαρχικὸν, id est uis autẽ cõcupiscendi & appetendi rationis est quodã modo particeps, quia ei est obediẽs. Nã τὸ πειθαρχικὸν, parens, nõ ausim dicere, quia semper uideo Cice. dicere obediẽs. Aliud est nomẽ ἐπιπειθὲς quo utitur 7. c. huius 1. lib. cui tribuit datiuum quẽ uocãt. τούτου δὲ τὸ μὲν ὡς ἐπιπειθὲς λόγῳ. i. Huius autẽ pars una rationi est obediẽs. Aliud est εὐπειθὲς, quo utitur postr. c. lib. huius ope.

τὸ δὲ τοιοῦτον εὐπειθὲς λέγομεν, id est, Id ipsum est quod obediens dicimus. E
Non est autem dubium quin uerba ea, unde hæc nomina ducta sunt, eandem reti-
neant significationem. κατακούειν τοῦ λόγου, ἀκουστικεῖν, παρακούειν etiam ἀκούειν,
ex quo nostrum, audire aliquem, pro obedire ductum est. Aristot. 6. cap. 7. lib. hu-
ius operis, ἔοικε γὰρ ὁ θυμὸς ἀκούειν μέν τοι τοῦ λόγου, παρακούειν δὲ καθάπερ
οἱ ταχεῖς τῶν διακόνων. Hæc autem obedire rationi dixit Cicero 1. de offi-
cijs, Efficiendum autem est, ut appetitus rationi obediant. Item 2. Tusc. quæst. Sed
præsto est domina omnium & regina ratio, quæ cõnexa per se & progressa lon-
gius fit perfecta uirtus. hæc ut imperet illi parti animi quæ obedire debet, id uiden-
dum est uiro. Idem dicit parere rationi, ibidem, Quanquam hoc nescio quomodo
dicatur, quasi duo simus, ut alter imperet, alter pareat, sed non inscite tamen dici-
tur. 1. de officijs, loquens de appetitionibus, Relinquunt enim & abijciunt obediẽ F
tiam, nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturæ. Hoc posterius Aristoteles di-
cit hoc cap. πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ, ut iam ex loco quem protuli, perspici po-
tuit. hoc eodem cap. dicit, πείθεσθαι ὑπὸ λόγου. ὅτι δὲ πείθεταί πως ὑπὸ λό-
γου τὸ ἄλογον, μηνύει καὶ ἡ νουθέτησις καὶ πᾶσα ἐπιτίμησίς τε καὶ παράκλη-
σις. id est, Nam uim expertem rationis parêre quodam modo rationi, & admo-
nitiones indicãt & obiurgationes & cohortationes. Aliàs huic uerbo tribuit dãdi
casum, uelut 9. huius operis cap. 8. ἀπονέμει γὰρ ἑαυτῷ τὰ κάλλιστα καὶ μάλ-
λιστα ἀγαθά. καὶ χαρίζεται ἑαυτοῦ τῷ κυριωτάτῳ, καὶ πάντα τούτῳ πεί-
θεται. id est, Nam & pulcherrima quæque ac optima sibi assumit, & parti ei
sui quæ princeps est & domina, obsequitur, parétq; in omnibus. Qui locus me ad- G
monet, ut hanc etiam phrasim notem χαρίζεσθαι τῷ λόγῳ, quoniam est in eodem
genere. Scio quidem χαρίζεσθαι significare gratificari, gratumq; facere, itémque
gratiam ab altero inire. sed hoc loco, mea quidem sententia, etiam obsequi & ob-
temperare dici rectè potest, & placere. Illud autem quod dixi obsequi rationi, for-
tè aptius dicitur græcè, ἀκολουθεῖν τῷ λόγῳ, quanquam dici etiam commodè
latinè potest sequi rationem. Aristot. 7. lib. huius operis cap. 6. ὥσθ᾽ ὁ μὲν θυμὸς
ἀκολουθεῖ τῷ λόγῳ πως. Cicero etiam obtemperare dicit. 1. de officijs. Ita fit,
ut ratio præsit, appetitus obtemperet. Ibidem dicit, Subiecti sunt appetitus rationi
lege naturæ. quem locum supra protuli. quod Aristoteles dicit tertio libro huius
operis, cap. ultimo, εἶναι ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος, id est, λόγου. εἰ οὖν μὴ ἔσται εὐπειθὲς, καὶ H
ὑπὸ τὸ ἄρχον, ἐπὶ πολὺ ἥξει, id est, Quòd si minus rationi parebunt, eiq; sub-
iecti erunt appetitus, longius euagabuntur. Vtor plurali numero pro singulari,
ut hanc disertam Ciceronis exprimam interpretationem. libro enim de officijs 1.
ἐπὶ πολὺ ἥξει, uertit, longius euagabuntur. Nam appetitus qui longius euagantur,
& tanquam exultantes siue cupiendo siue fugiendo, non satis à ratione continẽtur,
hi sine dubio finem & modum transeunt.

Aliàs enim in ratione esse dicimus, alias more perfectas, λέγομεν γὰρ αὐτῶν

A τὰς μὲν διανοητικὰς, τὰς δὲ ἠθικάς.) Admonuit me quidam locus Ciceronis, positus 1. lib. quæst. Academicarum, ut neque intellectiuas uirtutes dicerem, neque morales, sed pro illis nominibus ea dicerem quæ hic transtuli. Itaq; ut omnes iudicare possint recténe id fecerin, hic locum ipsum proferam. Cumq; superiores non omnem uirtutẽ in ratione esse dicerent, sed quasdam uirtutes natura aut more perfectas: hic omnes in ratione ponebat. Loquitur de Zenone, qui à ueteribus Academicis & Peripateticis, qui ijdem erant discrepãs, disciplinam mutauerat. Hic autem locus ita rem declarare uidetur, ut neminem putem, qui contra dicturus sit, & intellectiuus quidem non solum barbarum est uerbum, sed nomen illud etiam, unde ductum est. Nam intellectus pro ratione & mente gallicum est uerbum potius quàm latinum. Intelligentiam dicit Cicero eam uirtutem rationis, quæ à græcis νοῦς uocatur: de qua quoniã in sexto proprius erit disserẽdi locus, plura non dicam. Moralis autem non est perinde barbarũ uocabulum, quin etiam latinũ est, quandoquidem eo Cicero usus est. philosophiæ enim partem eam quã Græci appellant ἠθικὴν, moralem in libro de fato nominat, augendæ linguæ latinæ gratia. Quidam hac nostra ætate, atque adeo paucis his diebus cum uel ipse imprimeret Ciceronis libros omnes, uel curaret imprimendos, admonuit initium deesse libri de fato, his uerbis, Desunt nõ pauca: idq; fecit propterea quod putaret, ut ipse mihi commemorauit, illud, quia, non esse aptum uerbum initijs librorum. Ego qui tam leue & penè ut ita dicã temerarium iudicium ferre non possem. præsertim in quibus error tot hominum consequeretur, pro tempore id quod res erat, respondi, imo uero aptum

C esse initijs uerbum, quod à Græcis esset Cicero mutuatus, quos studiosè imitaretur. & enim apud Græcos par esse ἐπειδὴ, quod illi principijs librorum adhiberent. Nam Aristot. magna moralia quæ uocat, ab hac oratione exorsus est, ἐπειδὴ προαιρούμεθα λέγειν ὑπὲρ ἠθῶν, πρῶτον ἂν εἴη σκεπτέον, τίνος ἐστὶ μέρος τὸ ἦθος. i. Quia instituimus, uel propositũ nobis est de moribus his libris disputare primum illud uidendum est, cui arti mores quasi pars subiecti sint & attributi. Hic opinor locus unus satis est, & ad libri eius absolutionẽ & perfectionem probandam, & illius errorem coarguendũ. Est enim hoc principium eius libri. Quia pertinet ad mores quos ἤθη græci uocãt, nos eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus, sed decet augentẽ linguam latinam nominare moralem. ex-

D plicanda uis est ratióque enunciationum, quæ Græci ἀξιώματα uocant &c. Ex quo loco perspicuum est eum semper ad id tempus quo librum de fato scripsit, ab usu eius uocabuli abhorruisse. Quocirca 5. libro de finibus hos quos conuertimus Aristotelis libros, non appellat ethica, non moralia, sed de moribus. Quare, inquit, teneamus Aristotelem, eiúsque filium Nicomachum, cuius accurrate scripti de moribus libri, dicũtur illi quidem esse Aristotelis, sed non uideo cur non potuerit patri similis esse filius. Id autem quod ille adhibuit, Desunt non pauca, de sententia alterius addidit, cuius extant castigationes.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SECVNDVM .Cap. I.



XERCITATIONIS indigent, ἐμπειρίας δεῖται.) Ciceronis sunt uerba quæ supra protuli.

Quod paulum de consuetudine deflexit, μικρὸν παρεκκλίνον ἀπὸ τοῦ ἔθους.) παρεκκλίνειν deflectere dicit Cicero 2. de officijs, in quo uerbo consuetudo delapsa deflexit de uia, qui locus huic quiddam habet simile, uerbum è uerbo declinare commodè dicitur latinè.

Ex quo perspicuum est, δῆλον.) Cicero 5. de finibus, ex quo perspicuum est, quoniam ipsi à nobis diligamur, omniaque & in animo & in corpore perfecta uelimus esse, ea nobis ipsa clara esse propter se, & in his esse ad bene uiuẽdum momenta maxima. Supra docui Ciceronem semper dicere solitum, perspicuũ est, quod Aristoteles δῆλον diceret. F

Ingenerari nobis natura, φύσει ἡμῖν ἐγγίνεται.) De his uerbis ἐγγίνεσθαι, παραγίνεσθαι. περιγίνεσθαι supra satis multa diximus.

Sed aptos animos habemus ad eas & percipiendas natura, & efficiendas consuetudine, ἀλλὰ πεφυκόσι μὲν ἡμῖν δέξασθαι αὐτὰς, τελειουμένοις δὲ διὰ τοῦ ἔθους.) Licuit hunc locum pluribus uerbis illustrare & dilatare, imitantem Ciceronem, qui eum 5. de finibus tractat copiosißimè. Est enim natura sic generata uis hominis, ut ad omnem uirtutem percipiendam facta uideatur: ob eámque causam parui uirtutum simulacris, quarum in se habẽt semina, sine doctrina mouẽtur. Sunt enim prima elementa naturæ, quibus auctis uirtutis quasi carmen efficitur. Nam cum ita nati factiq; simus, ut & agendi aliquid, & diligendi aliquos, & liberalitatis, & referendæ gratiæ principia in nobis contineremus: atque ad scientiã, prudentiam, fortitudinémque aptos animos haberemus, à contrarijsq; rebus alienos: nõ sine causa eas quas dixi, in pueris uirtutum quasi scintillulas uidemus, &c. Licuit, inquam, hunc locum copiosè tractare, sed malui id modo quod rẽ continet dicere, ne paraphrastes potius, quàm interpres uiderer. ex his tamẽ Ciceronis uerbis elicere possumus, quæ ad hunc locum disertè interpretandum pertinent. Nam πεφυκότων ἡμῶν δέξασθαι ἀρετὰς, & quod paulopost dicit Aristoteles, κομίσασθαι & λαβεῖν, dixit, nati factiq; sumus ad omnẽ uirtutem percipiendã, & accipiendã. & τελειοῦσθαι efficere, δέχεσθαι ergo dixit uel percipere, uel accipere. Aliquando δέχεσθαι dicit recipere. ut pro Archia, Statim Luculli, cum prætextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. Atque ut omnes intelligant, illi recipere δέχεσθαι respondere, proferam locum Demosthenis ex

A orat. περὶ τοῦ στεφάνου, ex quo id aperte perspici posit, οὕτως οἰκείως ὑμᾶς ἐδέξαντο ὥστ' ἔξω τῶν ὁπλιτῶν καὶ τῶν ἱππέων ὄντων, εἰς τὰς οἰκίας καὶ τὸ ἄστυ δέχεσθαι τὴν στρατιάν. Cic. pro Archia dicit, Domũ suã receperunt

Facultates eorum accepimus, δυνάμεις τούτων κομιζόμεθα.) His libris semper τὰς δυνάμεις uoco & uerto facultates, ut solet appellare Cicero facultatem dicendi: quas alij dicunt potentias, quod est ut mihi uidetur, barbarum uocabulum.

Neque enim ex eo quòd crebro aspeximus, aut audiuimus sensus accepimus, οὐ γὰρ ἐκ τοῦ πολλάκις ἰδεῖν, ἢ πολλάκις ἀκοῦσαι τὰς αἰσθήσεις ἐλάβομεν.) Hoc dicendi genus apud Græcos usitatum est, apud Latinos minus: eo tamen Cic. usus est aliquoties, uelut primo de legib. Nam hæc nascuntur ex eo, quòd natura
B propẽsi sumus ad diligendos homines, quod fundamentũ iuris est, id est, ἐκ γὰρ τοῦ τοὺς ἀνθρώπους ἀγαπᾶν πεφυκότας εἶναι, ταῦτα γίνεται. Sic Aristot. hoc ipso cap. ἐκ γὰρ τοῦ κιθαρίζειν, καὶ οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοὶ γίνονται κιθαρισταί. & proxime insequenti, ἔκ τε γὰρ τοῦ ἀπέχεσθαι τῶν ἡδονῶν, γινόμεθα σώφρονες, id est, temperati enim efficimur ex eo, quòd uoluptates prætermittimus, ac declinamus. Cicero 4. Tusc. quæst. Quis enim dubitarit, quin ægrotationes animi, qualis est auaritia, gloriæ cupiditas, ex eo quod magni æstimetur ea res ex qua animus ægrotat, oriantur? Admonent me hi duo loci Ciceronis, ut hic exponam quibus uerbis græcis hæc illius duo sint paria, oriri atque nasci. Nec uero hoc faciam sine causa, præsertim cum Aristoteles hoc cap. & proximo illo γίνε-
C σθαι utatur: quod Ciceronem docebo, non solum his superioribus uerbis duobus explicare, sed multis alijs: ut Græcos interdum à nobis dicẽdi copia uinci superariq; appareat. Atque id ita planum faciam, ut sit nemo, qui sit contrà dicturus. Idq; quo & cõmodius & maturius conficiam, non solũ Aristo. sed aliorum etiam locos perpaucos proferam. Ac primũ illum Demosthenis qui positus est in oratione περὶ στεφάνου, ἡγεῖτο γὰρ αὐτῶν ἕκαστος, οὐχὶ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ μόνον γεγενῆσθαι, ἀλλὰ καὶ τῇ πατρίδι. διαφέρει δὲ τί; ὅτι ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι μόνον γεγενῆσθαι νομίζων, τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει. ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν, ἀποθνήσκειν ἐθελήσει. Hunc locum ita ut conuerti cum tota oratione, ex
D plicabo. Sic enim eorum unusquisque existimabat, se nõ patri solum & matri natum esse, uerum etiam patriæ. Sed quid interest? Quia qui se parentibus tantummodo natum putat, is mortem quæ fatali necessitati ac naturæ debetur, expectat &c. Declarabit hoc ipsum Ciceronis locus, quem ex epistola Platonis ad Archytam scripsit, quique positus est in primo libro de officijs, Non nobis solum nati sumus, ortúsque nostri partem patria uendicat, partem amici.

Verba Platonis adhibui, ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι. Aeschinis etiam loco E uno contentus ero, eo qui in exordio est orationis eius quam habuit in Ctesiphontem: σεσίγηται δ' ὁ κάλλιστον καὶ σωφρονέστατον κήρυγμα τῶν ἐν τῇ πόλει. τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων; Siluit uox illa præconis omnium quæ in hac urbe sunt & pulcherrima & modestissima, Quis eorum qui amplius quinquaginta annos natisunt, sententiam uult dicere? Satis demonstratum esse arbitror, illud γίνεσθαι nasci interdum dici oportere. Ex quibus locis Demosthenis & Platonis & Aeschinis duo genera dicendi colligemus, quæ duobus nostris non minus elegantibus respondent, γεγενῆσθαι πατρὶ καὶ μητρὶ, ἢ πατρίδι, cum dandi casu, quemadmodum apud nos, natum esse F patri, matri, patriæ & alijs eiusdem generis. & γεγονὼς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη, quod Terentius in Heautontum. dicit, Sexaginta annos natus es, & eo amplius. Nam ipsum illud γίνεσθαι dici oriri hinc faciliè intelligi potest, quòd Cicero τὴν γένεσιν semper appellat ortum uel originem, quemadmodum τὴν φθορὰν interitũ, ut latinè libri Aristo. qui uulgò inscripti sunt de generatione & corruptione, debeãt inscribi de ortu & interitu. & qui de generatiõe animaliũ, de ortu, si modo Ciceronem auctorem uelimus adhibere. Scribit enim his uerbis 5. de finibus, Persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, uictus, figuras. ortus, id est, γενέσεις. Item primo de natura Deorum libro, Et si ortus est Deorum, interitus sit necesse est. i. γένεσις & φθορά. Non quod uelim aut hoc uerbũ græ- G cum semper significare interitũ, aut nomen corruptionis barbarũ esse omnino: sed quia in hoc genere nostrum barbarum est cum ad alicuius naturæ exitum obitũq; transfertur, & illud φθείρεσθαι non corrumpi debeat exponi, sed interire. Idem lib. 3. multas affert rationes physicas. i. naturales, quibus omne animal probet esse mortale. In ijs hæc, Præterea omnia hæc tũ intereunt, cum in naturam aliam cõuertuntur. quod fit cum terra in aquam se uertit, & cum ex aqua oritur aër, & cũ ex aëre æther, cumque eadem uicißim retro cõmeant. Illud intereunt, φθείρεται, & illud oritur γίνεται. γένεσιν autem ortũ dici, Platonis ex epistola ad Architam locus quem protuli indicat. Multos præterea locos ex Timæo eiusdem proferre possum, in quibus γένεσιν Cicero semper ortum dicit, sed paucis ero conten- H tus, πρῶτον διαιρετέον τάδε, τί τὸ ὂν μὲν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον &c. Cicero sic hunc locum uertit in libro de uniuersitate, Quid est quod semper sit, neq; ullũ habet ortum: & quod gignatur, nec unquam sit. Interdum γένεσιν dicit originem: ut ibidem, Nullius enim rei, causa remota, reperiri origo potest. Sic Plato, παντὶ γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν σχεῖν. Itaque illud Aristotelis quod est in hoc capite, ἔτι ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἢ γίνεται πᾶσα ἀρετὴ καὶ

A φθείρεται, sic uerti, Iam & ex iisdem rebus oritur uirtus omnis, & ab iisdem interit. Quod idem & proximo capite seruamus, & in eodē genere semper seruabimus. Sed ut perspicuum sit, quot quámque uarijs modis hoc uerbum quod iandudum tractamus, exprimatur à Cicerone: uolo id quod aliquando promisi, Ciceronem ostendere quot modis ac formis potuerit dici, una eadémque pagina præstitisse. In quarto quidem libro Tusc. quæst. tradit quot sint animi perturbationes, ex quibusq; gignantur: itemq; morbi corporis. Videamus igitur quot modis hoc dixerit. Quemadmodum igitur temperantia sedat appetitiones & efficit ut hæ rectæ rationi pareant, conseruátque considerata iudicia mentis: sic huic inimica intemperantia omnem animi statum inflamat, conturbat, incitat. Itaque & ægritudines, & metus & reliquæ perturbationes omnes gignuntur ex ea. hæc igitur
B prima est ratio uariandi, omnes perturbationes gignuntur ex intemperantia. Ita supra dixit Aristo. ἐκ τῶν αὐτῶν γίνεται πᾶσα ἀρετή. Sequitur mox secunda eiusmodi, Quemadmodum cum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi ægrotationésque nascuntur: sic prauarum opinionum cōturbatio, & ipsarum inter se repugnantia, sanitate animum spoliat morbísque perturbat. Tertia sequitur, quæ tamē ad aliud uerbū transferri potest. Ex perturbationibus autem primum morbi cōficiuntur, &c. Paulo pòst addit quartum genus. Cū autem his feruor concitatióque animi inueterauerit, & tanq̄ in uenis medullísque insederit: tum existit & morbus & ægrotatio & offensiones, eæ quæ sunt eis morbis ægrotationibúsque contrariæ. Sequitur mox quinta uarietas. Hæc quæ dico,
C cogitatione quidem inter se differunt, re uero copulata sunt, eaq; oriuntur ex libidine & lætitia. Tum redit proxima oratione ad duo quibus iam usus erat, existit morbus, & morbi nascuntur. Non addam illam orationem, satis est rem intelligi. Illam sequitur eiusmodi, in qua cum sine casu ac simpliciter supra dixisset bis, nascuntur morbi, casum addat, perturbationes nascūtur à metu. Illam itaque subijciendam putaui, Quæ autem his sunt contraria, ea nasci putantur à metu. Sequēti oratione idem dicit cū ex præpositione, Quæ omnes ægrotationes animi ex quodam metu nascuntur, earū rerum quas fugiunt & oderunt. Eadem pagina alio genere utitur, efficitur morbus. Ita fit ut in altera corruptione opinionum morbus efficiatur & ægrotatio: in altera inconstantia & repugnātia. In extrema ea-
D dem pagina, aut certè principio sequentis, alijs etiam duobus modis idem dicit, Accidunt morbi, & eueniunt morbi ex aspernatione rationis. Sed corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item, quorum omnes morbi & perturbationes ex aspernatione rationis eueniunt. Sed hæc duo postrema genera dicuntur græcè συμβαίνουσι ἐκ, ut Aristot. 7. lib. huius operis, cap. 5. τοῖς μὲν γὰρ φύσει, τοῖς δ' ἐξ ἔθους συμβαίνουσι. id est, Alijs natura, alijs ex consuetudine eueniunt. Loquitur de affectionibus uarijs impotentium. Suprà locum

protuli Aristotelis, qui dixit ἐκ τῶν αὐτῶν γίνεται πᾶσα ἀρετή. Idem dicit cũ E
præpositione διὰ iuncta accusatiuo casui, αἱ δὲ διά τε νόσους γίνονται ἢ μανίαν.
&c. i. Quæ ex morbis insaniáque nascuntur. Iungitur illud γίνεσθαι cum præ-
positione ἐπὶ copulata cum datiuo. Aristot. 4. lib. huius operis, cap. postremo, οὐδὲ
γὰρ ἐπιεικοῦς ἐστιν ἡ αἰσχύνη, εἴπερ γίγνεται ἐπὶ τοῖς φαύλοις. Quod ita sum
interpretatus, Neque enim bono uiro digna uerecundia est. siquidem ex malis re-
bus nascitur. Ita enim malo interpretari, quàm, existit in rebus malis uerecundia.
prior enim sententia mihi ad rem magis uidetur pertinere. Dant etiam ei præpo-
sitionem κατὰ cum accusandi casu. Aristot. 4. lib. huius operis cap. 5. ἡ δ᾽ ὑπερβο-
λὴ κατὰ πάντα μὲν γίνεται, id est, Immoderata autem iracundia existit in omni-
bus, scilicet circunstantijs. Fortè melius dicam, uagatur per omnia, ut Cicero dicit
amicitiam uagari per omnium uitam. Cum autem illud uerbum non ad rem, sed ad F
personam refertur. Cice. dicit, existunt, quod Græci γίγνονται. 1. de officijs, Exi-
stuntq; in Rep. largitores & factiosi, ut opes quàm maximas consequantur. Sed
quid tantum operæ in conquirendis locis consumo, cùm liber unus Ciceronis de
uniuersitate me tanto labore leuare poßit, idque maiore quadam ratione: quãdo-
quidem eum totum librum ex Platonis Timæo conuertit. Itaque intelligere licebit
ijs qui utrunque conferre uoluerint, illud γίνεσθαι & gigni dici, & nasci, & ori-
ri, & generari, & existere. Alijs etiam modis illud γίνεσθαι & à Græcis & à
Cicerone exponitur. Aristo. huius secundi libri cap. 4. τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν τε-
χνῶν γινόμενα, τὸ εὖ ἔχει ἐν αὑτοῖς. ἀρκεῖ οὖν ταῦτά πως ἔχοντα γενέ-
σθαι, τὰ δὲ κατὰ τὰς ἀρετὰς γινόμενα. &c. Cicero τὰ κατ᾽ ἀρετὴν γι- G
γνόμενα, dicit ea quæ à uirtute proficiscuntur. 3. de finib. Verum ut hæc in
posteris & consequentibus, sed in primis continuò peccata sunt, sic ea quæ profi-
ciscuntur à uirtute, susceptione prima, non perfectione rectè sunt iudicanda. Idem
dicit, quæ geruntur uirtute. 5. de finib. Quandoquidem honestum aut ipsa uirtus
est aut res gesta uirtute. Illud autem superius dicit, ea quæ ab arte, uel arte efficiũ-
tur. 4. lib. Academ. quæst. Quid enim est, quod arte effici poßit, nisi is qui artem
tractabit, multa perceperit? Aliquando dicitur illud γίνεσθαι fieri, ut ex superio-
re exemplo Aristotelis intelligi potest, & ex eo cap. Aristotelis de pronunciatio-
ne, quo tractat quæstionem de futuro contingenti quod uocant. Nam eo cap. millies
hoc uerbo utitur. Proferam solum illud, οὐδὲν ἄρα οὔτε ἐστὶν, οὔτε γίνεται, οὔτε ἀπὸ H
τύχης, Cic. illud γίνεται ἀπὸ τύχης, dicit casu fit & forte. in lib. de fato, Quæ-
ro igitur, atque hoc latè patebit, si fati omnino nullũ nomen, nulla natura, nulla uis
esset, & fortè, temerè, casu aut pleraq; fierent, aut omnia: num aliter ac nunc eue-
niunt euenirent? Idem dicit quod Arist. γίνεσθαι ἐξ ἀνάγκης, necessitate fieri.
Proferam & aliũ ex eo libro locum, quem Cicero conuertit, ἅπαντα οὖν τὰ ἐσό-
μενα ἀναγκαῖον γενέσθαι. Cicero de fato, Et quicquid futurum sit, id dicit fieri

A necesse esse. Ibidem quod Aristoteles dicit, τὰ γενόμενα, & in eo libro & in sexto huius operis, præterita nominat. Aliquãdo hoc idem uerbum exponi debet, esse, aliâs confici: ut in hoc genere dicendi, confectum est prælium, & est integrum. Vnum locum ex oratione proferam Aeschinis in Ctesiphontem, ex quo utrũque intelligetur, τὴν δὲ κατὰ γῆν, εἰ μὴ δεῖ ληρεῖν ἀρχὴν, φέρων ἀνέθηκε Θηβαίοις, ὥστε πρὸ τοῦ γενόμενον πόλεμον μὴ κύριον γενέσθαι Στρατοκλέα τὸν ὑμέτερον στρατηγὸν βουλεύσασθαι περὶ τῆς τῶν στρατιωτῶν σωτηρίας, id est, Terræ autem principatum, nisi mentiendum sit apertè, ipse Thebanis imposuit, ut confecto bello non fuerit integrum Stratocli imperatori uestro militum saluti consulere. Hæc sunt quæ mihi de infinita prope ratione huius uerbi interpretandi in mentem uenit dicere. Quæ si omnes legendis aut etiam B uertendis græcis teneant & obseruent, & latinam orationem efficient pleniorem, & eam quam omnes aspernari debent, uitabunt orationis similitudinem. Hoc autem fiet, si animaduertent quo quæque interpretatio loco conueniet maximè.

Eadem est ratio Architectorum, reliquorúmque omnium, ἀνάλογον δὲ οἱ οἰκοδόμοι καὶ οἱ λοιποὶ πάντες.) Non poßum prætermittere phrasim latinam, quam Cicero mutuatus est à Græcis, eóque maximè quòd à multis in hoc peccatur. Cum de multis rebus dicimus, quæ similes sunt inter se, tum solemus dicere cum egimus de aliquibus, similem eße aliarum rationem. Vt Cicero primo libro de finibus, uolens confirmare omnes uirtutes ad uoluptatem dirigi, cum de C una aut duabus dixit, tum addit, eadem fortitudinis ratio reperietur. & primo de officijs probans decorum cum omni uirtute confusum esse, tandem addit, Similis est ratio fortitudinis. Illa oratio in hoc genere multo splendidior multóque illustrior est, qua utitur in primo de legibus, Eadémque omnium uirtutum causa atque sententia est. quod Aristot. hoc cap. dicit, οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν ἀρετῶν ἔχει. quod genus aliquot locis secutus sum. Græci autem id faciunt pluribus modis, nec ferè addunt uerbum aliud nisi ἔχει, quod Cicero uertit, est. Tribus modis idem efficiunt Græci. Primo adhibent illud ἀνάλογον, quod Cicero dixit, eadem ratio. quoniam ἀναλογία ratio seu proportio dicitur. Secundo ὁμοίως, quod Cicero dicit similis ratio, ut supra uertisse uideatur illam Aristotelis orationem qua utitur proximo capite, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀνδρείας, D ἔχει, supple. Tertio, οὕτως, cui ferè addit ἔχει. uelut hoc cap. οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν ἀρετῶν ἔχει. Illi autem ἔχει non solum ἐπὶ cum genitiuo iunctum reperio, sed etiam περὶ cum accusatiuo, uelut hoc ipso capite, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔχει, καὶ τὰ περὶ τὰς ὀργάς. Illud autem ἔχει nunquam dicit, habet, in hoc duntaxat genere, sed est ut supra demonstrauimus.

Aliàs illud ἔχει uertit, fit, aliàs contingit, & tum illud ὁμοίως dicit quod idem, ut breuem orationem ad superiorem adiungat. Scribit enim 3. de finibus, Quod si de artibus concedamus, uirtutis tamen non sit eadem ratio, propterea quod hæ plurimæ commentationis & exercitationis indigent, quod idem in artibus non fit. Proferam locum Aristo. ex quarto cap. huius secundi, quem Cicero disertè interpretatus est, ἔπι δὲ οὐδ' ὅμοιόν ἐστιν ἐπὶ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἀρετῶν. & paulo antè dixit, οὐδὲ ἐπὶ τῶν τεχνῶν οὕτως ἔχει. quod hic Cicero dixit, quod idem in artibus non fit, paulo ante Cicero eodem genere usus est in eodem libro, Quæ autem nos aut recta aut rectè facta dicamus si placet, illi autē κατορθώματα appellāt, omnes numeros uirtutis continent. sola enim sapientia in se tota conuersa est. quod idem in cæteris artibus non fit. Mox idem facit uerbo contingit. Inscitè autem medicinæ & gubernationis ultimum cum ultimo sapientiæ comparatur. Sapientia F enim & animi magnitudinem complectitur & iustitiam, & ut omnia quæ homini accidunt, infra se esse iudicet. quod idem in cæteris artibus non contingit. & in 4. Academ. quæst. Quod idem in similibus quoque artibus continget, quarum omne opus est in faciendo aut agendo. Ibidem paulo antè, Quod idem fit in uocibus, in odore, in sapore. Atq; ut quæ pertinent ad interpretationem illius ὁμοίως omnia consequar, à Cicerone tum similiter dicitur, tum item: quod eum notaui facere tū maximè, cum Græci dicunt ὁμοίως δὲ καὶ, pro quibus ponit, uel, Similiterq;, uel, itemq;. idq; facit dupliciter, & initio & in fine orationis. 1. de offic. Vt enim in corporibus magnæ dissimilitudines sunt: alios uidemus uelocitate ad cursum, alios uiribus ad luctandum ualere: itemq; in formis alijs dignitatem inesse, alijs uenustatem: sic in animis existunt etiam maiores uarietates. Paulo post, Itemq; in sermonibus alium quidem uidemus, quamuis præpotens sit, efficere ut unus de multis esse uideatur. Et paulo ante, Itemq; alij qui quiduis perpetiantur, cuiuis deseruiant, dum quod uelint consequantur. Nonnunquam ponit illud item per se ac solum secundo loco, & addit illud, q;, priori uocabulo. 4. quæst. Tuscul. Deinde ægrotationes quæ appellantur à Stoicis ἀῤῥωστήματα, hisq; item oppositæ contrariæ offensiones. Ibidem paulo post illud dicit, similiterq;. Nam cum est concupita pecunia, nec adhibita continuo ratio quasi quædam Socratica medicina, quæ sanaret eam cupiditatē: permanat in uenas & inhæret in uisceribus illud malum, existitq; morbus & ægrotatio, quæ auelli inueterata nō possunt, eiq; morbo nomē est auaritia. similiterq; cæteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut mulierositas.

Quòd ni ita haberet, nec rationi ullus esset, nec doctrinæ locus, εἰ δὲ μὴ οὕτως H εἶχεν, οὐδὲν ἂν ἔδει τοῦ διδάξοντος. Hūc locū Cicero diserte interpretatus est. 3. de finibus totidem pene uerbis, Quòd ni ita se haberet, nec iustitiæ ullus esset, nec doctrinæ locus. Ergo splendida illa & illustris latinorum oratio, Non est locus doctrinæ aut uirtuti: uel, Nihil loci relinquitur doctrinæ & uirtuti, interdū respō-

A det illi Græcorum, οὐδὲν δεῖ τῆς ἀρετῆς. Ita explicanda hæc nostra oratio est, non est opus doctrina, & uirtute, non requirimus uirtutem, non egemus doctrina. Nã alijs locis aliter exponenda est, uelutí oratio illa Ciceronis 4. Academic. quæst. Memoriæ quidem certè, quæ non modo philosophiã, sed omnis uitæ usum omnésque artes una maximè continet, nihil omnino loci relinquitur, id est, non potest manere memoria. Quod eius uerba quæ mox sequũtur indicãt. Quæ enim potest esse memoria falsorum, aut quid quisquam meminit, quod non animo comprehendit & tenet? Quocirca si quis à me requirat, quæ Græcorum oratio huic nostræ par sit & æqualis: equidem huic respondeo me legendo & cogitando id consecutum, ut putem illud, τὸ εἶναί τι, aut μὴ εἶναι, idem ualere certis quibusdam locis.
B Ego locum Aristot. proferam, ut res intelligatur. hæc oratio principium est cap. 8. lib. 4. huius operis, οὔσης δὲ καὶ ἀναπαύσεως ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἐν ταύτῃ διαγωγῆς μετὰ παιδιᾶς, δοκεῖ καὶ ἐνταῦθα εἶναι ὁμιλία τις ἐμμελὴς καὶ οἷα δεῖ λέγειν καὶ ὥς. hanc ita transtuli, Sed quoniam requiei quoque in uita loci aliquid relictum est, in eáque aliquid ludo conceditur temporis, efficitur, ut hic quoque consuetudo quædam congressióque & dicendi quæ honesta sunt, itémque audiendi, uigere uideatur. Sed quo hic locus magis probetur omnibus, Aristotelis proferam locum ex octauo, quẽ Cicero in Lælio conuertit, ἐν τυραννίδι οὐδὲν, ἢ μικρὸν φιλίας. tractat locum fusius Cicero in Lælio. Hæc enim est tyrannorũ uita nimirũ, in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis beneuolẽtiæ potest esse fiducia, omnia enim suspecta atque solicita, nullus locus est amicitiæ. Locum autem
C quẽ hic tractamus alijs etiã uerbis Cic. expressit in procemio tertij lib. quæst. Tuscul. Quod si tales nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri & perspicere, eademq; optima duce cursum uitæ conficere possemus, haud erat sanè quisquam rationem ac doctrinam requireret. Ita licet uidere illud τοῦ διδάξοντος, id est, eius qui docturus esset, uertere eum rationẽ & doctrinam. Id quod faciẽdum est nobis interdum, cum uel nomen rei, uel personæ non poterit æquè commodè dici latinê.

Non parui sed permultum interest, οὐ μικρὸν διαφέρει, ἀλλὰ πάμπολυ.) Græci cum uim alicuius uerbi augere uolunt, solent addere πᾶν. cui nostrum per respondet multis locis. πολὺ, multum, πάμπολυ, permultum, πολὺ διαφέρει, πάμπολυ διαφέρει, multum interest, & permultum interest. Cuius contrarium
D est id quo hic utitur, μικρὸν διαφέρει, parui refert, non parum. Cicero in epistola prima ad Quintum Fratem, Sed tamẽ parui refert abs te ipso ius dici æquabiliter & diligenter, nisi idẽ ab ijs fiet, quibus tu eius muneris aliquam partem cõcesseris. τὸ πᾶν διαφέρειν, quod hoc loco Aristo. dicit, in 1. lib. Quintilianus uertit, totum distat, Natura, inquit, cuiusq; totũ curáque distat .i. omnis spes uirtutis posita est in ingenio & cura. Quintilianus quoniam concisis utitur sententijs, plerunq; est obscurior.

Sic an secus, οὕτως ἢ οὕτω.) Latina oratio non ferat si uerbum è uerbo dicam, E
sic an sic. Cicero 1. de legibus, Sed perturbat nos opinionum uarietas, hominúmq; dißensio: & quia non idem contingit in sensibus, hos natura certos putamus, illa quæ alijs sic, alijs secus, nec ijsdem semper uno modo uidentur, ficta esse dicimus.

Iam ab adolescentia aßuescamus, εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι.) Cicero semper dicit, Aßuescere, nõ consuescere. Conabor alio loco ostendere quot modis hoc & Græci dicant & Latini. Nunc ad alia pergamus.

CAP. II.

QVONIAM *igitur, ἐπεὶ οὖν.)* Vt Ciceronem supra docuimus illud ἐπεὶ δὲ aliàs, quoniam autem, aliàs, sed quoniam dicere solitum: sic solet ἐπεὶ οὖν transferre quoniam igitur.

Hoc negocium, ἡ παροῦσα πραγματεία.) Græci persæpe utuntur participio F
παρὼν παρόντος, pro quo Latini dicunt, hic hæc hoc. παρὼν ὁ χρόνος, hoc tempus. ἡ πραγματεία, negocium, res quæ tractatur & suscepta est, id quo de agitur.

Idque positum sit, καὶ ὑποκείσθω.) Sic Cicero quarto de finibus, Sed primum positum sit, nosmetipsos commendatos esse nobis. Alij dicunt supponatur, q̃ insci= tè atque adeò barbarè quis ignorat? Et secundo, His igitur ita positis, sequitur magna contentio quæ pertractata est à Peripateticis mollius. Teneamus ergo iam hoc latinum, ponere, & istud barbarum supponre respuamus omnino Sed locum in Oratore ad Brutum non possum præterire, quo hunc Cicero penè ad uerbum
expreßit. Positum sit igitur inprimis quod post magis intelligetur, sine philosophia G
non posse effici quem quærimus eloquentem. Sic enim tractatur hic ab Aristotele, τὸ μὲν οὖν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττειν, κοινὸν καὶ ὑποκείσθω. ῥηθήσεται δ' ὕστερον περὶ αὐτοῦ. Quod sic conuertamus licet, Positum sit igitur, quod commune est, quódque post magis intelligetur, conuenienter rationi facere. Cicero hoc idem dicit uerbo composito præponere. & si mihi magis uideatur id significare, quod Barbari dicunt, præmittere. cum anteq̃ ad rem ueniunt, uolunt aliquid dicere.

Cúmq; eiusmodi sit quæ de genere toto habetur oratio. &c. τοιούτου δ' ὄντος τοῦ καθόλου λόγου.) Hunc locum supra explicaui.

Multo etiam minus certa est, ἔτι μᾶλλον οὐκ ἔχει τἀκριβές.) Alio loco su periore libro multa dißerui de significatione & trãslatione huius uerbi. Hoc etiã
addendum est, illud etiam significare id quod certus, certa, tum. Quod ut intelligi H
poßit, conferam duos locos, unum Aristo. & Ciceronis alterum, qui hoc indica= bunt. Aristot. 6. cap. huius lib. ἡ δὲ ἀρετὴ πάσης τέχνης ἀκριβεστέρα καὶ ἀμεί= νων ἐστί. Cic. 4. de finib. Quod si ingenijs magnis præditi quidam dicendi copiam sine ratione consequuntur, ars tamen est dux certior quàm natura.

Et in gubernatoris arte, ἢ ἐπὶ τῆς κυβερνητικῆς.) Cicero tribus modis dicit

A artem eam quam Græci κυβερνητικὴν nominant gubernationem, & gubernatoris artem, & gubernandi. 1. de diuinatione, Num igitur tot clarißimorũ ducum regúmque naufragium sustulit artem gubernandi. 1. de finibus etiam quid sit explicat his uerbis, Vt enim medicorum scientiam, non ipsius artis, sed bonæ ualetudinis causa probamus: & gubernatoris ars, quia bene nauigandi rationem habet, utilitate non arte laudatur, &c.

Temporis habenda ratio est, δεῖ τὰ πρὸς τὸν καιρὸν σκοπεῖν.) Commode etiam dici potuit. Seruiendum est tempori.

Sed omnia adit, ἀλλὰ πρὸς πάντα βαδίζων.) Oratio illustris & elegans, adire omnia pericula.

Quod multum cibi capiatur, ἐκ τοῦ πολλὴν τροφὴν λαμβάνειν.) Capere
B cibum, uerbum è uerbo, quæ latina est & Ciceroniana oratio.

CAP. III.

NAM & uoluptatum blãditijs deliniti, &c. διὰ μὲν γὰρ τὴν ἡδονὴν. &c.) Si uerbum pro uerbo reddidissem, iacuisset insignis sententia. Itaque Ciceronis uerba malui ponere.

Vt & lætemur bonis rebus, & doleamus cõtrarijs, ὥστε χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ.) Verba posui Cic. ex lib. de Amic. in quo hunc locũ quodãmodo si non expreßit, at certè adumbrauit. Ergo hoc proprium est animi bene constituti, & lætari bonis rebus, & dolere contrarijs. Illa enim uerba οἷς δεῖ, non satis commodè latine dici possunt, quibus oportet.

C Quæ penitus in uita omniũ implicata insidet, ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ. Cic. 1. de leg. At uero animis omnes tendũtur insidiæ uel ab ijs quos modo enumeraui, qui teneros & rudes cũ acceperint, inficiunt: uel ab ea quæ penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni uoluptas, malorũ autẽ mater oĩm, cuius blãditijs corrupta quæ natura bona sunt, quia dulcedine hac & scabie carẽt, nõ cernũtur satis.

At semper ut quicq; plurimum habet difficultatis & negotij: ita in eo potißimum ars omnis uirtúsque uersatur, περὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον αἰεὶ καὶ τέχνη γίνεται καὶ ἀρετή.) hoc dicendi genus, supra tractaui. Alij quemadmodum hoc dixerint & omnia quæ ad hoc genus pertinent, si quis considerarit, non dubito, quin meum officium sit probaturus.

CAP. IIII.

D PRAESTET & fortuito, τυχεῖν καὶ ἀπὸ τύχης.) eadẽ fere est illa phrasis, κατὰ συμβεβηκός.

Iam artium & uirtutum nõ est eadem ratio, ἔτι οὐδὲ ὅμοιόν ἐστιν ἐπὶ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἀρετῶν.) hunc iam anteà tractaui locum.

Propterea quòd quæ ab artibus proficiscũtur &c. τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν τεχνῶν γινόμενα.) Mirum erit cuipiam me dixisse, γὰρ, propterea quòd. sed ei oppono Ciceronis auctoritatem qui in tertio de finibus hunc locum imitans sic transtulit, Quòd si de artibus concedamus, uirtutis tamen non sit eadem ratio, pro-

pterea quòd hæc plurimæ commentationis & exercitationis indigeat, quod E idem in artibus non fit, &c. Proferam etiam alium locum Aristotelis, quem cum hic imitaretur, illud γὰρ dixit quòd. Scribit enim 3. lib. huius operis cap. 8. ἐπεὶ οὕτω γε, κἂν οἱ ὄνοι ἀνδρεῖοι ἂν εἶεν πεινῶντες. τυπτόμενοι γὰρ οὐκ ἀφίστανται τῆς νομῆς, καὶ οἱ μοιχοὶ δὲ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τολμηρὰ πολλὰ δρῶσι. Cicero lib. 4. Tusc. quæst. Nam isto modo quidem licet dicere utilem uinolentiã ad fortitudinem, utilem etiam dementiam, quòd & insani & ebrij multa faciunt uehementius. Nam illam orationem ita conuerti. Nam isto modo quidem licet dicere fortes asinos cum esuriunt, quòd ne uerberibus quidem deterrentur à pastu, & ꝑ adulteri etiam multa faciunt audacius.

Ad uirtutes uero cum parum aut nihil scientia ualeat, τὸ δὲ πρὸς τὰς ἀρετὰς, τὸ μὲν εἰδέναι μικρὸν ἢ οὐδὲν ἰσχύει.) Non erit alienum, quot modis uarient hanc phrasim Græci & Latini exponere. F Cicero genus hoc dicendi quo hic utitur Aristot. sequitur 3. de finibus, Itaque cum esset satis constitutum, id solum esse bonum quod eßet honestum, & id malum solum quod turpe: tum inter hæc & illa quæ nihil ualerent ad beatè miseréue uiuendum, aliquid tamen quo differrẽt, esse uoluerunt. Græci hoc dicunt δύναται, ut Aristot. hoc ipso loco, τὰ δ' ἄλλα οὐ μικρὸν, ἀλλὰ τὸ πᾶν δύναται, id est, Ad uirtutem non parum cætera possunt, sed omnia. Apud Ciceronem non legi parum aut non parum potest, sed contrarium, satis potest. ut 5. Tusc. quæst. Satis autem ad fortiter uiuendum uirtus potest: satis ergo ad beatè. Aristoteles dicit etiam ἔχειν δύναμιν πρὸς τὰς ἀρετάς. 1. cap. 10. lib. huius operis, διατείνει γὰρ ταῦτα διὰ παντὸς τοῦ βίου ῥοπὴν ἔχοντα καὶ δύναμιν πρὸς ἀρετήν τε καὶ τὸν εὐδαίμονα βίον. G Cicero in hoc genere illud ἔχειν dicit esse ut solet in alijs etiam generibus. 5. Tuscu. Qaid cum fatentur satis magnam uim eße in uitijs ad miseram uitam, nónne fatendum eandem uim in uirtute esse ad beatam uitam? Crebro usurpat hoc genus. Itémque illud, Satis esse præsidij in aliqua re ad aliud, ut 5. Tuscu. quæst. Atqui si in uirtute satis est præsidij ad bene uiuendum, satis est etiam ad beatè. Quod genus tractat etiam uerbo habere satis præsidij ibidem. Et quoniam uideris hoc uelle, ut quæcunque dißentientium philosophorum sententia de finib. sit, tamen uirtus satis habeat ad beatam uitam præsidij. Illud nouum genus est quo utitur, Satis est in uirtute, ut fortiter uiuamus. quinto Tusculan. quæstionum:, Satis est enim certè in H uirtute, ut fortiter uiuamus, si fortiter etiam & magno animo. Aristote. 10. huius operis, δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν μέγιστον εἶναι τὸ χαίρειν οἷς δεῖ. Quod genus illi respondere puto Ciceronis, satis magnam uim esse in uirtute, ad &c. quo genere supra usus est. aut certe illi, quod usurpauit 4. de finib. Sed ut hoc intelligeremus, non esse in his partem maximam positam beatè aut secus uiuendi. Nam nunquam Cicero dicat, Maximum est ad uirtutem lætari, &c. Dicit

A quidem simplicier 1. de officijs, Magnũ est enim eadem habere monumẽta maiorum, non addit, ad amicitiam, cum Græci id dicant, ueluti Aristo. 12. cap. 8. lib. huius operis, μέγα δὲ πρὸς φιλίαν ἐστὶ τὸ σύντροφον, ὃ τὸ καθ᾽ ἡλικίαν. Quod ita cõuerti, Magnum est autem, unà educatos & æquales esse: uel sic dicam, Magnum est in eo positum momentum ad amicitiam, si qui una educati sint & æquales. Illud autem quod supra attigimus, ἔχειν ῥοπὴν πρὸς τὸν βίον, & πρὸς ἀρετὴν, ad uerbum exprimit Cic. Ad beatam uitam habere momentum, ut ibidem ostendimus. utitur etiam hoc genere Aristot. ἔχειν τι βεῖθος πρὸς τὸν βίον, nec id simpliciter solet dicere, sed addit, καὶ ῥοπὴν, ut 11. cap. 1. lib. huius operis, τὰ μὲν ἔχει τι βεῖθος καὶ ῥοπὴν πρὸς τὸν βίον, id est, Alia pondus aliquod habent & momentum ad uitam. Est illud quoque apud eum 10. cap. lib. 1. huius

B operis, ποιεῖν ῥοπὴν τῆς ζωῆς. τὰ μὲν μικρὰ τῶν εὐτυχημάτων, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀντικειμένων, δῆλον ὡς οὐ ποιεῖ ῥοπὴν τῆς ζωῆς. i. Quæ res prosperæ, exiguæ interueniũt, perspicuum est eas nullũ momentum afferre ad uitam. Hanc enim phrasim parem esse illi arbitror, qua etiam Cicero utitur in 1. lib. de finibus, Iam illud quidem perspicuũ est, maximam animi aut uoluptatem aut molestiam, plus aut ad beatam aut ad miseram uitam afferre momenti, quàm eorum utrũuis, si æquè diu sit in corpore. Aliter enim puto nos non habere uerbum quod illi respondeat. Nisi fortè ἐπιφέρειν ῥοπὴν πρός τι, huic nostro respondeat, & illud sit Græcorum propriũ. Neq; uero ποιεῖν ῥοπὴν τῆς ζωῆς, efficere, uel facere momentum ausim dicere, nec ἔχειν τι βεῖθος πρὸς τὸν βίον, habere pondus

C ad uitam. Fortè Cicero hoc posterius dixit 2. de finibus, Grauissimas esse sententias ad beatê uiuendum. Quis enim uestrum non edidicit Epicuri κυρίας δόξας; id est, maximè ratas. quia grauissimæ sint ad beatè uiuendum breuiter enunciatæ sententiæ. Illud autem ἔχειν, quoniam non solũ dicimus habere, sed etiam esse, fit, ut Cicero hac in parte Græcorum copiam uicerit. Neq; enim illud ἔχειν ῥοπὴν, solum dicit habere momentum, sed esse in eo momenta, & momenti esse. ut 4. de finib. Vt cum ad beatam uitam nullum momentum ea res haberet, ad appetitionem autem rerum esse in his momenta diceret. Vides ut in eadem oratione illud ἔχειν ῥοπὴν duobus modis dixerit, imo uero tribus. Nam hæc oratio ad illam pertinet. Esse enim unam rationem qua & principia rerum continerentur agen-

D darũ & ultima bonorũ continerẽtur, atq; ut Aristonis esset explosa sententia, dicentis, nihil differre aliud ab alio, nec esse res ullas præter uirtutes & uitia inter quas quicquam omnino interesset: sic errare Zenonem, qui nulla in re nisi in uirtute aut uitio propensionem nõ minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum esse diceret. Ac Græci quidem, ut facilè perspici ex omnibus locis superioribus potuit, semper in hoc genere πρὸς cũ accusandi casu adiũgunt, quos etiã, ad, præpositionem adhibentes imitamur. Aristoteles tamen interdũ pro illo πρὸς

dicit εἰς, ut 2. huius operis cap. 3. οὐ γὰρ μικρὸν εἰς τὰς πράξεις εὖ ἢ κακῶς E
χαίρειν ἢ λυπεῖσθαι, id est, Non enim in eo parua momenta sunt ad actiones & officia, si quis rectè aut improbè lætetur ac doleat. In eodem est genere illud, χρήσιμος εἰς τὰ καλά. quo utitur Aristo. 8. lib. huius operis ca. 7. οὔτε γὰρ ἡ δεῖς μετ᾽ ἀρετῆς ζητοῦσι, οὔτε χρησίμους εἰς τὰ καλά. Iungit etiam hoc uerbũ cum πρὸς, ut superiora, 1. cap. 3. huius, χρήσιμον δὲ καὶ τοῖς νομοθετοῦσι πρός τε τὰς τιμὰς καὶ τὰς κολάσεις. Cicero posterius genus expreßit multis locis lib. 4. quæst. Tuscul. Nam isto modo quidem licet dicere utilem uinolentiam ad fortitudinem. Superius sic, Illud non minimi momenti &c. Sed ut hoc genus absolutum perfectumq́; sit, iam alia etiam uerba idem significantia consideremus. Apud Græcos συμφέρειν dicitur pro eo quod dicimus in hoc genere, conferre. Cicero in 1. quæst. Academ. dicit, Conferre ad bene uiuendum. τὸ συμφέρον quidem, & τὰ F
συμφέροντα, pro commodis & utilitate, ut 8. huius operis lib. ca. 10. τὸ ἑαυτῷ συμφέρον σκοπεῖν. de quo ego genere supra dixi. His etiam tribus generibus utitur Aristo. προσφέρεσθαι πρὸς τὸ σῶμα, συμβάλλεσθαι τὰ εὐτυχήματα πρὸς μεγαλοψυχίαν, ὠφέλεσθαι πρὸς τὴν αὐτοῦ τέχνην. Primum genus dicendi 6. huius usurpat cap. 1. οὐ δὴ ποῖα δεῖ προσφέρεσθαι πρὸς τὸ σῶμα εἴ τις εἴποιεν, ὅτι ὅσα ἰατρικὴ κελεύει. Vt si cum quæratur, quæ tandem proficere debeant ad corpus, respondeat aliquis, quæ medicina præscribat. Alterum quarto lib. cap. 3. δοκεῖ δὲ καὶ τὰ εὐτυχήματα συμβάλλεσθαι πρὸς μεγαλοψυχίαν. Tertium uero 1. lib. cap. 6. καὶ τί ὠφεληθήσεται ὑφάντης ἢ τέκτων πρὸς τὴν αὐτοῦ τέχνην, εἰδὼς αὐτὸ τἀγαθόν. Hoc postremum dicit Cic. prodesse actiua uoce, paßiua significatione non solet dicere nec iuuabor G
nec adiuuabor ab arte, sed ars prodest alicui, uel adiuuat, ut 2. de diuinat. Si omnia fato, quid mihi diuinatio prodest? Iam anteà docui Ciceronem τὸ ὄφελος dicere quod prodest. Idem paulò post, Quid ergo adiuuat diuinatio? aut quid est quod me moueant aut sortes aut exta, aut ulla prædictio? Illud autem συμβάλλεσθαι dicit conducere, ut mihi quidem uidetur 1. de offi. Tũ autem aut inquirunt, aut consultant ad uitæ commoditatem iocunditatémque, ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiã quibus se poßint iuuare & suos, cõducat id néc ne, de quo deliberant. Nã illi προσφέρεσθαι nullũ uerbum nostrũ respõdere arbitror, nisi fortè proficere. Ex illo enim τὸ πρόσφορον deductum est, quod Quint. H
puto profectũ nominare. Cic. 3. de finib. Minimè id quidẽ, inquam, alienũ multũq́; ad ea quæ quærimus, explicatio tua ista profecerit. Hoc etiã intelligendũ est, Græcos his uerbis δύνασθαι & ἰσχύειν dare μέγα, μεῖζον, & μέγιστα, ut dicãt μέγα δύναται, μεῖζον ἰσχύειν. Nos autem non solemus dicere, magis potest, magis ualet, nec magnum, sed multum, plus, & plurimũ potest & ualet. Aristoteles tertio lib. de arte dicendi, ὥστε τὸ μᾶλλον ἔξω τοῦ ἀποδεῖξαι, περίεργον ἐστιν.

A ἀλλ' ὅμως μέγα δύναται, id est, Itaq; cætera præter probationẽ superuacanea sunt omnia, sed tamen multum possunt. Paulo infrà, οἱ γὰρ γραφόμενοι λόγοι μεῖζον ἰσχύουσι διὰ τὴν λέξιν, ἢ διὰ τὴν διάνοιαν.

Hoc ergo uere dicunt, εὖ οὖν λέγεται.) Ex hoc loco facile intelligi potest quàm sit Gallica lingua græcæ finitima. Ad uerbum enim exprimimus, Bene dicitur. In quo Latini non bene sed uerè dicunt, illud εὖ. ut Terentius in Adelphis cuius uerbis sum usus,

Profectò hoc uere dicunt, Si absis uspiam, aut
Sicubi cesses, euenire ea satius est
Quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat
B Irata, quam illa, quæ parentes propitij.

Illis nunquam bene habiturum est corpus, οὐδ' ἐκεῖνοι εὖ ἕξουσι τὸ σῶμα.) Græcorum hoc dicẽdi est proprium, ἐκεῖνοι εὖ ἕξουσι τὸ σῶμα, καὶ τὴν ψυχήν. Latini mutant casum, ut Cic. 2. de finibus, An id exploratũ cuiquam potest esse, quomodo sese habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad uesperam? Cicero duobus alijs modis idem exprimit. Ibidem paulo antè, Ipse enim Metrodorus pene aliter, quàm Epicurus, beatum esse describit his ferè uerbis, Cum corpus bene constitutum sit, & sit exploratum ita futurum. Idem 5. Tuscul. quæst. Tu uero Metrodore, qui omne bonum in uisceribus medullisque condideris, & definieris summum bonum firma corporis affectione, exploratáque spe contineri: fortunæ aditus interclusisti. Hoc postremũ quod dixit, firmam corporis affectionem, Ari-C stoteles 5. huius operis appellat εὐεξίαν. Itaque καχεξίαν infirmam corporis affectionem seu constitutionem licet dicere. uerba hæc sunt Aristotelis, εἰ γάρ ἐστιν ἡ εὐεξία πυκνότης σαρκὸς, ἀνάγκη καὶ τὴν καχεξίαν εἶναι μανότητα σαρκὸς, id est, Si enim in carnis craßitudine posita est firma corporis affectio, necesse est etiam infirmam corporis affectionem eße in carnis raritate. Alij hoc dicunt bonam & malam habitudinem, quàm inscitè, alijs licet existimare. Et quoniam congeri & conferri omnia in unum melius est, quàm dißipari, intelligendum hoc idem ab Aristotele, non solum dici, εὖ ἔχειν, ἢ κακῶς, sed etiam εὖ ἢ κακῶς διακεῖσθαι. ut 3. c. 10. lib. huius operis, οὐ γὰρ εἴ τισι κακῶς διακειμένοις ἡδέα ταῦτ' ἐστὶν, οἰητέον αὐτὰ ἢ ἡδέα εἶναι ἁπλῶς πλὴν τούτοις, id est, Non enim si D ijs qui male animo cõstituti, uel affecti sunt, hæc iucũda sunt, ea esse iucũda omnino, putandũ est, nisi forte his talibus. Cic. sic in lib. de amic. Ergo hoc propriũ est animi bene cõstituti, & lætari bonis rebus, & dolere cõtrarijs. i. ἔστιν οὖν τοῦ εὖ διακειμένου ἢ εὖ ἔχοντος τὴν ψυχὴν, χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ. hoc .n. loco Cic. usus est re pro persona oratorie. Idẽ 1. de offi. Altera est res, ut cũ ita sis affectus aĩo ut supra dixi, res geras magnas illas qdẽ & maximè utiles &c. Arist. 10. huius op. li. c. 4. dat his uerbis εὖ ἔχειν & διακεῖσθαι præpositionẽ πρὸς cũ accusandi casu.

καθ' ἕκαστον δὲ βελτίστη ἐστὶν ἡ ἐνέργεια, τοῦ ἄριστα διακειμένου πρὸς τὸ κρά- E
τιστον τῶν ὑφ' αὐτήν. i. Atqui in omnibus actio est optima eius, qui optime ad id affectus est: quod est omniũ quæ sensui subiecta sunt, nobilissimum & optimũ. Et paulo pòst, τελειοτάτη δὲ ἡ τοῦ εὖ ἔχοντος πρὸς τὸ σπουδαιότατον τῶν ὑφ' αὐτήν. i. At ea demùm perfectissima est, quæ ab eo proficiscitur, qui probè affectus est ad eam rem gerendam quæ omniũ optima est earum quæ subiectæ sunt sensui. Cicero eodem modo dicit, 3. Tuscul. quæst. Et quemadmodũ oculus conturbatus nõ est probè affectus ad suũ munus fungẽdum, & reliquæ partes totúmue corpus cum à statu est motum, officio suo & muneri deest: sic cõturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum.

CAP. V.

QVIBVS probè uel malè affecti sumus animo in perturbationibus, καθ' ἃς F
πρὸς τὰ πάθη ἔχομεν εὖ ἢ κακῶς.) De hoc dicendi genere modo plura dixi. Quo loco quoniam docui illud πρὸς transferri ad à Cicerone, uidendum est, ne hic illud πρὸς τὰ πάθη rectè dicatur ad perturbationes, mihi quidem non uidetur. πάθη alij dicunt passiones, alij affectus, Cicero interpretatur perturbationes uno uerbo: pluribus, non rectos animi motus. Verbum autem è uerbo, morbos, 3. Tusc. quæst. A. Videtur mihi cadere in sapientem ægritudo. M. Num reliquæ quoque perturbationes animi, formidines, libidines, iracundiæ? Hæc enim ferè sunt eiusmodi quæ Græci πάθη appellant, ego poterã morbos, & id uerbũ esset è uerbo, sed in consuetudinem nostram non caderet. Nam misereri, inuidere, gestire, lætari, hæc omnia morbos Græci appellant, motus animi rationi non obtem- G
perantes. Nos autem hos eosdem motus concitati animi rectè, ut opinor, perturbationes dixerimus, morbos autem nõ satis usitatè, nisi quid aliud tibi uideatur. A. Mihi uerò isto modo. Itaq; passionis nomen omnino barbarũ ducendum est. Affectus autem est illud quidem latinum, sed illi uel ἕξις respondet, uel διάθεσις, quã barbari dicunt dispositionem. διάθεσιν enim D. Augustinus in Categorijs appellat affectionem, & Cic. in Rhetor. quam ueterem dicunt.

Ex perturbationibus nec boni nec improbi nominamur, οὐ λεγόμεθα κατὰ τὰ πάθη σπουδαῖοι ἢ φαῦλοι.) Præpositio κατὰ iuncta cum accusandi casu & uerbis nominandi, ut καλεῖσθαι, προσαγορεύεσθαι, ὀνομάζεσθαι, & alijs eiusdem generis, inscitè dicitur secundum, à Cicerone aliàs ex, aliàs à uertitur. Vt 1. lib. de officijs, De tribus autem reliquis latissime patet ea ratio, qua societas hominũ in- H
ter ipsos, & uitæ quasi communitas continetur. Cuius partes duæ sunt, iustitia in qua uirtutis splendor est maximus, ex qua boni uiri nominantur. i. καθ' ἣν ἐπιεικεῖς λέγονται, ἢ ὀνομάζονται. Aristo. in Categorijs, ποιότητα λέγω, καθ' ἣν ποιοί τινες εἶναι λέγονται. i. Qualitatem autẽ dico, ex qua quales aliqui nominantur. Idem 6. huius operis cap. 10. ἔστι δὲ καὶ ἡ σύνεσις καὶ ἡ ἀσυνεσία καθ' ἃς

A λέγομεν συνετοὺς καὶ ἀσυνέτους, οὔποτ' ἂν εἴη ταὐτὰ ἐπιστήμη ἢ δόξα, id est, Nec uero sagacitas & hebetudo, ex quibus sagaces & hebetes appellantur, idem est quod scientia, & opinio.

Irascimur & timemus inconsulto, uirtutes autem aut quædam ipsa consilia sunt aut non sine cõsilio.) ὀργιζόμεθα καὶ φοβούμεθα ἀπροαιρέτως, αἱ δ' ἀρεταὶ, προαιρέσεις τινὲς ἢ οὐκ ἄνευ προαιρέσεως.) Proprius erit in tertio libro de προαιρέσει disserendi locus.

Relinquitur ut sint habitus, λείπεται ἕξεις αὐτὰς εἶναι.) Cicero hoc modo tractat argumentum 3. lib. de finibus, Circunscriptis his igitur sententijs quas posui, & his quæ similes earum sunt, relinquitur, ut summum bonum sit uiuere scientiam adhibentem earum rerum quæ natura eueniant, &c.

B

CAP. VI.

PROBE affectum reddere, officiúmq; ac munus eius probè exequi, εὖ ἔχον ἀποτελεῖ, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ εὖ ἀποδίδωσι. Ego ut doceam multa uerba à Cicerone exposita hoc capite, idque una oratione, omnia necesse est græca unũ in locum conferam. Paulo pòst sequitur, Virtus habitus erit quo & melior homo efficitur, & officio suo ac munere probè fungitur, ἀρετὴ εἴη ἂν ἕξις, ἀφ' ἧς ἀγαθὸς ἄνθρωπος γίνεται, καὶ ἀφ' ἧς εὖ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον ἀποδώσει. Ciceronis orationem ex tertio Tusc. quæst. paulo antè protuli, Et quemadmodum oculus cõturbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum: sic conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. Ex quo loco facilè perspici potest illud εὖ dictum esse probè, & ἀποδιδόναι τὸ ἑαυτοῦ ἔργον, fungi suo munere, & exequi munus suum, quanquam hoc posterius magis dicitur ἀποτελεῖν. Illud autem quod dicit Cicero, Non est aptus ad exequendum munus suum, Aristot. hoc ipso cap. dicit, ἀγαθὸς cum infinito uerbo, ut ἀγαθὸς δραμεῖν, aptum ad currẽdum. Appellat etiam ἔργον, munus, & officium, quod supra demonstraui. Hoc genus etiam alterũ exprimit hoc capite, ἐπιτελεῖν τὸ ἔργον εὖ. εἰ δὴ πᾶσα ἐπιστήμη οὕτω τὸ ἔργον εὖ ἐπιτελεῖ, πρὸς τὸ μέσον βλέπουσα.

C

Vt uirtus oculi oculum integrum efficit, οἷον ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετὴ τόν τε ὀφθαλμὸν σπουδαῖον ποιεῖ. Quid Cicero sentiat de uirtute oculi, canis, & equi, licet existimare ex illo loco 1. lib. de legibus, Nam nec arboris, nec equi uirtus quæ dicitur, in quo abutimur nomine, in opinione sita est. Est igitur catachresis, cũ uirtutẽ oculi & equi dicimus, σπουδαῖος quid significet perspicuum est, sed tamen non semper commode bonus dici potest latinè. Itaque qui hoc uerbum disertè interpretari uolet, necesse est in probatis auctoribus multum sit diuq; uersatus. Oculi à Cicerone dicuntur integri & ualentes in 4. Academic. quæst. ἵππος σπουδαῖος dici debet generosus, nobilis. Ex hac Græcorum phrasi intelligi potest nostra Gallica proximè accedere ad Græcam. In omnibus enim his dicendi ge-

D

generibus illud bonum usurpamus, ex quo natã eße barbariem in latina arbitror. E

Ita perspici poterit, si, ὧδε ἔσαι φανερὸν, ἐὰν.) Cicero crebro hoc dicendi genus usurpat, quod splendidiorem facit orationem. in lib. de senect. Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, si usq; ad extremum spiritum dominatur in suos. 4. Academ. quæst. Meo autem iudicio ita est maxima in sensibus ueritas, si sani sunt & ualentes, & omnia remouentur quæ obstant & impediunt. Aristoteles interdum priore loco ponit οὕτω, posteriore tollit quidem illud ἐὰν, sed facile intelligitur in participio, ut paulo pòst hoc ipso capite, εἰ δὴ πᾶσα ἐπιστήμη, οὕτω τὸ ἔργον εὖ ἐπιτελεῖ πρὸς τὸ μέσον βλέπουσα. i. Quòd si omnis scientia ita præclare munere suo fungitur, si medium intuetur, &c. Aliquando οὕτω, in priore mẽbro, & εἰ in posteriore ponitur, ut apud eundem in Categorijs, οὕτω δὲ ῥᾷστα ἂν ἴσως τις λαμβάνοι οἷς μὴ κεῖται ὀνόματα, εἰ ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ τοῖς πρὸς αὐτὰ ἀντιστρέφουσι τιθείη τὰ ὀνόματα. Quæ uerba paulo post interpretabor. Cicero autem in hoc genere nunquam utitur in priore loco illo, sic. F

In omni natura cohærẽte & cõtinuata, ἐν παντὶ δὴ συνεχεῖ.) συνεχὲς philosophi hodie dicunt continuum. Cic. in 1. Acad. quæst. uertit, naturam cohærẽtem & continuatam, Et cũ ita moueatur illa uis quam qualitatem eße dicimus, & cum sic ultro citróque uersetur, & materiam ipsam totam penitus commutari putant, & illa effici, quæ appellant qualia, e quibus in omni natura cohærente & continuata cum omnibus suis partibus effectum esse mundum.

In quibus & nimium est & parum & mediocritas, ἐν δὲ τούτοις ἐστὶν ὑπερβολὴ, καὶ ἔλλειψις, καὶ τὸ μέσον.) Hæc propria sunt philosophorum uocabula, quæ G quemadmodum latine dicerentur, multum diúque dubitaui. Neque enim probabã usitata illa & trita, exuperationem & defectionem. Tandem aliquando non solũ multa lectione, sed diuturna cogitatione & collatione in ipso libro de officijs quod uolebam sum consecutus. uerba ipsa subieci, Prohibenda autem maxime est ira in puniendo. nunquam enim iratus qui accedit ad pœnam, mediocritatem illam seruabit, quæ est inter nimium & parum, quæ placet Peripateitcis. In Oratore etiã ad Brutum ijsdem uerbis utitur, nisi quòd pro mediocritate dicit modũ, In omnibúsque rebus uidendum est quatenus. & si enim suus cuique modus, tamen magis offendit nimium quàm parum. Neminẽ iam dubitare arbitror, quin hæc tria uerba, nimium, parum, & mediocritas illis tribus græcis respondeant, ὑπερβολὴ, ἔλλειψις, μέσον siue μεσότης. Nec uero his duobus, priora duo semper exprimo, H partim quod alia occurrerint, partim ne minus usitata offenderent. Itaq; ὑπερβολὴν dico interdum exuperantiam, ut Cicero fecit 5. Tusc. quæst. Nonne omnẽ exuperantiam uirtutis oderunt? i. ὑπερβολὴν τῆς ἀρετῆς. ἔλλειψιν autem appello defectionem, quod melius aliud non repperi, & quod eo Cic. sit usus. Scribit

A enim 4. Tusc. quæst. his ferè uerbis, Omnium autem perturbationum fontem eße dicunt intemperantiam, quæ est à tota mente etiã à recta ratione defectio. Quanquam mihi defectio uidetur potius ἔκλειψιν significare. Sed usu terendum est, ut sit mollius. Est autem ἐλλείπειν deesse propriè & latinè, quemadmodum ὑπερβάλλειν redundare. quod interdum dicitur πλεονάζειν. Dicam igitur ἐλλείπειν τοῦ ἔργου, deesse officio & muneri. quo genere usus est Cic. 3. Tusc. quæst. quod supra protuli. Et quemadmodum oculus conturbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum, & reliquæ partes totúmue corpus à statu motum, officio suo & muneri deest, &c. Ita ἐλλείπειν τοῦ δέοντος est, discedere, recedere, deficere à decoro. & πλεονάζειν τοῦ δέοντος ultra modum progredi. His generibus duobus usus est hoc ipso cap. Aristoteles, πρὸς ἡμᾶς δὲ, ὃ μήτε πλεονάζει
B μήτε ἐλλείπει τοῦ δέοντος. Quod autem hic appellat ἔλλειψιν, supra uocauit ἔνδειαν. 2. cap. huius 2. πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο θεωρητέον, ὅτι τὰ τοιαῦτα πέφυκεν ὑπὸ ἐνδείας καὶ ὑπερβολῆς φθείρεσθαι, id est, Primum hoc quidem intelligendum est, hæc talia ab eo quod parum est & nimium labefactari solere. Illud autem ὑπερβάλλειν in hoc genere Cicero disertè interpretatur, transire modum. 4. Tusc. quæst. Aegre tulisse P. Rutilium fratris repulsam consulatus, scriptum apud Fannium est: sed tamẽ transisse modum uidetur, quippe qui ob eam causam à uita recesit. Idem genus sic etiam exprimit, prodire extra modum. 1. lib. de officijs, Cauendum est etiam, præsertim si ipse ædifices, ne extra modũ sumptu & magnificentia prodeas. Ita Aristot. qua in re modum quis transeat, indicat
C interdum. ut in quarto ὑπερβάλλειν τῇ δόσει, de prodigo loquens. i. modum transire largitionibus, seu largiẽdo. & ὑπερβάλλειν τῷ παρὰ τὸ δέον ἀναλίσκειν, id est, extra modum sumptu prodire. quod supra Cicero dixit, ὑπερβάλλειν etiam excellere significat.

Sed nõ omni actioni & perturbationi modus adhiberi apponiq; potest, οὐ πᾶσα δ' ἐπιδέχεται πρᾶξις, οὐδὲ πᾶν πάθος τὴν μεσότητα.) Si ad uerbum exprimatur, non uideatur latina oratio, Non recipit omnis actio mediocritatem. Itaque malui hoc interpretari audacius, ut Ciceronis orationẽ imitarer. Quod si cui minus probetur, probet illud potius, inuenit modum, aut tenet.

Sunt enim quædam, quæ nomine suo uitiosa declarari uidentur, ἔνια γὰρ εὐ-
D θὺς ὠνόμασται συνειλημμένα μετὰ τῆς φαυλότητος.) Cicero 3. de finibus, At illi dicunt πάθος. Sit igitur perturbatio, quæ nomine ipso uitiosa declarari uidetur. His uerbis mihi hunc locum uidetur attigisse. εὐθὺς ὠνόμασται, nomine ipso disertè dixit uerbũ è uerbo, ut primũ nominata sunt. ὅμοιον οὖν τὸ ἀξιοῦν περὶ τὸ ἀδικεῖν καὶ δειλαίνειν, καὶ ἀκολασταίνειν εἶναι μεσότητα, καὶ ὑπερβολὴν, καὶ ἔλλειψιν. Cic. cuius uerba posui, disertißimè hũc locum interpretatus

est 4.Tusc. quæst. Quamobrem nihil interest, utrum moderatas perturbationes E approbent, an moderatam iniustitiam, moderatam ignauiam, moderatam intemperantiam. Videre licet quàm feliciter casuum fecerit mutationẽ. Paulò antè idem expeßit magis ad uerbum. Qui modum igitur uitio quærit, similiter facit, ut &c. Quo loco eleganter dixit, ἀξιοῦν περὶ τὴν κακίαν μεσότητα, quærere modum uitio. Itaq; eodem modo licet dicere, ἀξιοῦν μεσότητα περὶ τὸ ἀδικεῖν, καὶ δειλαίνειν, καὶ ἀκολασταίνειν, quærere modum iniustitiæ, ignauiæ, & intemperantiæ.

CAP. VII.

LATISSIME patent, κοινότεροι.) Cicero hoc dicẽdi genere sæpe utitur cum alijs libris, tum in ijs quos de officijs scripsit. ut in 1. De tribus autem reliquis latißime patet ea ratio, qua societas hominum inter ipsos & uitæ quasi F communitas continetur. Et 2. de finibus. Hoc dictum in una re latißimè patet, ut in omnibus factis re nõ teste moueamur, ἐπὶ πλέον etiam dicitur quod patet latius. Aristot. 3. lib. huius operis cap. 2. ἡ προαίρεσις δὲ ἑκούσιον μὲν φαίνεται, οὐ ταὐτὸν δὲ, ἀλλ᾽ ἐπὶ πλέον τὸ ἑκούσιον.

Timoris uacuitate, τῇ ἀφοβίᾳ.) Duobus uerbis cogimur dicere. Hoc Cicero dicit aliter, ut 1. de officijs, Vacuitas ab angoribus. Quocirca non sine causa maiores motus animorum concitantur, maioráque efficienda Rẽp. gerentibus q̃ quietis, quo magis his & magnitudo animi adhibenda est & uacuitas ab angoribus. Idem quarto de finibus, Appetere uacuitatem doloris dicit, quod uno uerbo dicit multis locis, indolentiam, Græci ἀλυπίαν.

Nomine uacat, ἀνώνυμος.) Cicero uocabula Græcorum cõposita ex α præ- G positione priuante, ea quæ latine uno uerbo commodè dici nõ possunt, duobus solet dicere, quorũ alterum est uacans, uel uaco, uel careo. Sic dixit τὸ ἀνώνυμον, uacans nomine, primo lib. quæst. Tusc. Quintum genus adhibet uacans uomine, & sic ipsum animum Endelechiam appellat nouo nomine, quasi quandã continuatam motionem & perennem. Aliàs hoc dicit, habere aut non habere nomen, ut 4. lib. earundem, In multis etiam uitijs apparet, sed nomen res non habet. Quod ego genus illi magis Græcorum, ἔχειν ὄνομα, quàm superiori respondere arbitror Aristot. Idem etiam τυγχάνειν ὀνόματος hoc capite dixit, cui generi haud scio an ullum par habeamus. Neq; enim unquam legi tale genus, hoc uitium, uel illud hoc H uel illud nomen optinuit aut adeptũ est; in hoc dũtaxat genere. Hæc sunt eius uerba, διόπερ οὐδ᾽ οὗτοι ὀνόματος τετυχήκασι. Hoc etiã dicit, ἀποδιδόναι τοὔνομα, ut 6. cap. 4. huius operis, ὄνομα δ᾽ οὐκ ἀποδίδοται αὐτῇ. Quod latine non possumus recte dicere, uerbum è uerbo. Nam illud quod Aristoteles appellat hoc cap. ὀνοματοποιεῖν, πειρατέον δ᾽ ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων αὐτοὺς ὀνοματοποιεῖν. Cicero dicit construere uerba, 4. de finibus, Quod quidem nemo medio-

A *criter doctus mirabitur, cogitãs, in omni arte, cuius usus uulgaris communisq; non sit, multã nouitatem nominum esse, cum construantur earum rerum uocabula quæ in quaque arte uersentur.* Illud idem uerbum è uerbo dicit, facere nomina, in pri. Academ. quæst, *Aut enim noua sunt rerum nouarum faciẽda nomina, aut ex alijs transferenda.* Cicero hoc idem dicit nominare. 3. lib. de finibus, *Quanquam ex omnibus Philosophis Stoici plurima nominauerunt.* Hoc à Græcis mutuatus est, qui hoc dicunt ὀνομάζειν. Aristo. 4. lib. huius operis cap. 4. ἀντικεῖσθαι δὲ ἐνταῦθ' οἱ ἄκροι φαίνονται, διὰ τὸ μὴ ὠνομάσθαι τὸ μέσον, id est, *Hic autem inter se oppositi extremi uidentur, quoniam non est nominata mediocritas.* Nam illud quod crebro usurpat in Categorijs κεῖσθαι & τιθέναι ὀνόματα & τίθεσθαι. Cicero dicit imponere nomina. οὕτω δὲ ῥᾷστα ἂν ἴσως τις λαμβάνοι οἷς μὴ
B κεῖται ὀνόματα, εἰ ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ τοῖς πρὸς αὐτὰ ἀναστρέφουσι τιθείη τὰ ὀνόματα. i. *Ita autem profecto facilimè quisq; ea omnia quibus nomina nulla imposita sunt, intelliget si à primis rebus etiã ijs quæ illis ex contraria parte respondent, imponet nomina.* Cic. 3. de finib. *Quare attẽdo te studiose, & quæcũq; rebus ijs de quibus hic sermo est, nomina imponis, memoriæ commendo.* Idem initio eiusdem libri, *Idque cum Græcis, tum magis nobis, quibus etiam uerba parienda, sunt imponenda noua nouis rebus nomina.* Plato in Cratylo præter superiora genera, hoc etiam usurpat, ἐπιθεῖναι ὀνόματα, quod unum uerbum è uerbo exprimens Cicero dicit, Imponere nomina. Nam ponere nomina, quod superioribus respondet, nunquam dicit, nec latine puto dici.

C Quod nimium est ἀπειροκαλία καὶ βαναυσία, & quod parũ, μικροπρέπεια.) Hæc uocabula quoniam in latinum cõmode & aptè ad res quæ his subiectæ sunt declarandas conuerti non poterant, integra coactus sum relinquere. Nam ἀπειροκαλία apud Græcos tritum est uerbum, philosophorum proprium in hoc genere, quod disserendi causa fecerunt usitatum. Si mihi facere nomen concedatur id uitium nimium splendorem appellauero. Et ei contrarium, sordes.

Magnitudo animi, μεγαλοψυχία.) Cicero sic semper nunquam magnanimitatem dicit, itaque barbarum esse existimo. Magnanimi tamen uocabulum apud eum usitatum est, in 1. de officijs, *Vt quisque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime uult princeps omnium, uel potius solus esse.* Et paulo post, *Vera autẽ*
D *& sapiens animi magnitudo, honestum illud quod maxime natura sequitur in factis positum, non in gloria iudicat.* Idem paulo antè, *Fortes igitur & magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam.*

Sunt etiam tres aliæ mediocritates finitimæ omnino, sed tamen differunt aliquid, εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τρεῖς μεσότητες ἔχουσαι μέν τινα ὁμοιότητα πρὸς ἄλληλα διαφέρουσι δὲ πρὸς ἀλλήλων.) Cic. 2. Tusc. quæst. *Interest aliquid inter laborem & dolorem, sunt finitima omnino, sed tamen differunt aliquid.*

In omnibus ferè rebus mediocritatem eße laudabilem, ὅτι ἐν πᾶσιν ἡ μεσότης E
ἐπαινετόν.) Cic. in 4. lib. Tusc. quæst. de mediocritate hac Peripateticorum disserens, non laudabilem eam, sed optimam eos dicere confirmat, quod nusquam legi, nisi forte hoc uerbo quod idem ualet, utatur pro altero. Hæc sunt uerba eius, Hæc tamen ita disputant, ut resecanda eße fateantur, euelli penitus dicant, nec posse, nec opus esse, ut in omnibus ferè rebus mediocritatem esse optimã existimẽt.

Qui enim indignatur, is dolet illorum rebus secundis, qui ijs iniuria fruuntur, ὁ μὲν γὰρ νεμεσητικὸς λυπεῖται ἐπὶ τοῖς ἀναξίως εὖ πράττουσι.) Multi mirabuntur, quod ἀναξίως dixerim iniuria. Sed profectò me Cicero ipse defendet. Hæc sunt eius uerba ex 4. quæst. Tusc. Misericordia est ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis. Arist. 2. lib. Rhetoricorum, δεῖ γὰρ ἐπὶ τοῖς ἀναξίως πράττουσι κακῶς, συνάχθεσθαι. Sed definitionem quam dat melius est ascribi. ἔστω F
δὴ ἔλεος, λύπη τις ἐπὶ τῷ φαινομένῳ κακῷ φθαρτικῷ καὶ λυπηρῷ τοῦ ἀναξίου τυγχάνειν. Hæc mihi definitio uidetur par illi Ciceronis, ut hanc ab eo mutuatus esse uideatur. Illa autem phrasis, λυπεῖσθαι ἐπὶ τοῖς ἀναξίως εὖ πράττουσι, non potest rectè exprimi ad uerbum. Est enim hoc genus dicendi non latinũ sed gallicum, Doleo ex hominibus qui utuntur secunda fortuna. Latini enim rei nõ fortunæ casum his uerbis dare solent. Ita dixit Cicero ibidem, Nam si quis doleat eius rebus secundis, à quo ipse lædatur, non rectè dicitur inuidere: quod Græci etiã dicunt, λυπεῖσθαι ἐπὶ τοῖς εὐπραγίαις, in quo sunt nobis superiores. Aristoteles eodem lib. Rhetoricorum, τὸ γὰρ λυπεῖσθαι ἐπὶ ταῖς ἀναξίαις κακοπραγίαις ἀντικείμενόν ἐστι τρόπον τινά, τῷ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἤθους τὸ λυπεῖσθαι G
ἐπὶ ταῖς ἀναξίαις εὐπραγίαις, id est, Nam dolere eius rebus aduersis qui iniuria laboret, & ab eodem animi habitu gaudere, eius secundis rebus, qui ijs iniuria fruitur, sunt contraria. Cic. etiam dicit interdum λυπεῖσθαι ἐπί τινι, nomine personæ, percipere dolorem & luctum ex patre, in epistolis.

CAP. VIII.

CVM autem tres sint affectiones, τριῶν δὲ διαθέσεων οὐσῶν.) Supra docui τὴν διάθεσιν dici debere affectionem, nõ dispositionem: quod ex hoc loco facilè percipitur. In categorijs distinguit τὴν διάθεσιν ἀπὸ τῆς ἕξεως. ex eo quod illa breuis est, hæc permanentior. His libris altero utitur pro altero.

Sunt illæ omnes inter se contrariæ quodammodo, πᾶσαι πάσαις ἀντικεῖνταί πως.) Cicero nunquam dicit ἀντικείμενον oppositum, sed contrarium. Itaq; H
in topicis tractans illum locum Aristotelis qui est in categorijs positus, facit quatuor genera contrariorum .i. ἀντικειμένων. Et quoniam hoc capite Aristoteles de contrarijs disserit, libet de his quid apud Ciceronem repererim, exponere. Hæc sunt eius uerba ex eo libro, Contrariorum autem genera sunt plura. unum eorum quæ eodem genere plurimum differunt, ut sapientia & stultitia. & paulo

A pòst, Hæc quæ ex eodem genere contraria sunt, appellantur aduersa. Deinceps reliqua tria genera explicat, ut priuantia, quæ barbari dicunt priuatiue opposita, græcè dicuntur στερητικά. Vt ea quæ cum aliquo conferuntur, Græci τὰ πρός τι nuncupant, barbari ad aliquid. ut negantia, quæ Græci ἀποφατικὰ, barbari contradictoria. Ergo si latine loqui uolumus, illa ἀντικείμενα dicemus contraria: & illa quæ contraria uulgo dicuntur, aduersa, græcè ἐναντία. Itaque ἐναντιοῦσθαι dicemus & repugnare & contrarium esse, & ἐναντιότης quo uerbo hoc capite utitur Aristot. non contrarietas (est enim barbarum) sed repugnantia dicetur. & ἀντιτίθεσθαι contrarium ponere, & opponere. Quod ut intelligatur, cōferam duos hic locos Aristotelis atque Ciceronis. Aristoteles hoc ipso capite τῷ B γὰρ ἐγγύτερον εἶναι καὶ ὁμοιότερον τὸ ἕτερον ἄκρον τῷ μέσῳ, οὐ τοῦτο ἀλλὰ τοὐναντίον ἀντιτίθεμεν μᾶλλον. Proxima oratione sic loquitur. Cicero 3. de finibus hoc dicit, ponere contraria uitia uirtutibus & opponere. Verba hæc sunt eius, Virtutibus igitur rectißime mihi uideris & ad consuetudinem nostræ orationis uitia posuisse contraria. Paulo pòst, Hoc omni uirtuti uitium contrario nomine opponitur. Definiuit Cicero in Topicis, contrariorum genus quæ aduersa nominauit, Græci ἐναντία quæ in eodem genere plurimum differunt. Aristot. eodem modo, eodem hoc cap. definit, τὰ δὲ πλεῖστον ἀπέχοντα ἀλλήλων, ἐναντία ὁρίζονται. ἐναντιότης autem dici debet repugnantia, ut dixi.

Nam quas ad res sumus procliuiores, πρὸς ἃ καὶ αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμεν.) Paulo pòst idem dicit, εὐκατάφοροι ἐσμὲν πρὸς ἀκολασίαν. 4. libro C huius operis dicit, ἐγκλίνειν πρὸς τὰς ἡδονάς. 10. capite 1. ῥέπειν πρὸς τὰς ἡδονάς. Cicero 4. Tuscu. quæst. extremo, Ergo ut optima quisque ualetudine affectus potest uideri alius, ut natura ad aliquem morbum procliuior: sic animus alius ad alia uitia propensior. Hoc solet dicere in malis semper, in bonis aptior. Simpliciter natus & aptus ad aliquid, & in bonis facilitatem, & in malis procliuitatem nominat. Eodem lib. Sed hæc in bonis rebus, quòd alij ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur, in malis procliuitas. Aristot. postremo cap. huius secundi, ἄλλοι γὰρ πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν. Ex illo loco quem hic protulimus, facile percipitur, illud φύειν, in bonis & malis rebus dici. Itaque cum requirerem quod uerbum græcum par eßet illi nostro aptus, repperi tandem, εὐφυής. ut Aristoteles dixit sexto libro huius operis, εὐφυὴς πρὸς τὰς ἀρετάς, id est, aptus D & natus ad uirtutes.

CAP. IX.

QVOCIRCA difficile est in quaq; re excellere, διὸ καὶ ἔργον ἐστὶ σπουδαῖον εἶναι ἐν ἑκάστῳ.) bonus & probus dicitur, quæ hic non conueniet interpretatio, propter ἐν ἑκάστῳ. Porro si uerbū è uerbo exprimamus, gallica uideatur, nō latina oratio. Neq; enim Latini sic loqui solent, Difficilè est esse probū,

Difficile est esse magnanimum. Hoc Cicero à persona in rē transferre solet. ut de amicitia, *Itaque uere amici difficillime reperiuntur in ijs qui in honoribus réque publica uersantur .i. Difficillimum est eos esse ueros amicos qui &c.* Ita transtuli aliquot locis, quod idem censeo esse faciendum omnibus. E

Nec enim quicquā difficilius, quàm reperire in omni re quod sit omni ex parte perfectum, ἐν ἑκάστῳ γὰρ τὸ μέσον λαβεῖν, ἔργον.) τὸ μέσον uerbum è uerbo medium dicitur, quo uerbo utitur Cicero in libro de Vniuersitate, transferens locum Platonis ex Timæo, in quo est μεσότητας, quas se dicit nō audere appellare medietates. Interdum τὸ μέσον decorum, & modum appellat, ut in 1. lib. de officijs. *His enim rebus quæ tractantur in uita modum quendam adhibentes, & ordinem, & honestatem & decus conseruabimus.* Quod idem interdum solet dicere Tenere modum, & seruare. Verg. 10 AEneid. F

Nescia mens hominum fati, sortisq́; futuræ
Et seruare modum rebus sublata secundis.

Hoc Aristot. dicit hoc capite, τυγχάνειν τοῦ μέσου. ἐπεὶ οὖν τοῦ μέσου τυχεῖν ἄκρως χαλεπόν. &c.i. *Quoniam igitur difficillimum est tenere modum, &c.* Et quoniam quod cuiusque rei medium est, id difficile est reperire, fit ut τὸ μέσον accipiatur pro uirtute, quæ mediocritas est inter nimiū & parum. Quoniámque, uirtus omnis perfecta absolutáque est, τὸ μέσον etiam rectè perfectio dici potest, pro quo τὸ εὖ paulo pòst usurpat. Itaque hunc locum expreßum à Cicerone arbitror in lib. de amicitia, *Rarū istud genus, & quidem omnia præclara rara, nec quicquam difficilius, quàm reperire quod sit omni ex parte perfectum.* Nam paulo pòst Aristot. hoc capite addit, διόπερ ἐστὶ τὸ εὖ σπάνιον καὶ ἐπαινετὸν καὶ καλόν. Facilè est intelligere à Cicerone hos duos locos conclusos esse in unum. Eundem locum etiam attigit in 2. libro de finibus, *In omni enim arte uel studio, uel quauis scientia, uel in ipsa uirtute optimum quicque rarißimum.* In quo illud τὸ εὖ quoniam si ad uerbum dixisset, non satis commodè fecisset, maluit optimum appellare, ut esset splendidæ orationi locus. Animaduerti etiam τὸ εὖ ab eo dici præstantiam & laudem. Nam Græci quicquid in quáque arte excellit, & præstat, id solent τὸ εὖ nominare. Velut Aristot. ne ab eo quem mihi proposui discedam, 4. ca. huius 2. lib. τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν τεχνῶν γινόμενα, τὸ εὖ ἔχει ἐν ἑαυτοῖς. Cic. 3. de finib. *Vt si cothurni laus illa esset, ad pedem aptè cōuenire, neq; multi cothurni paucis anteponerentur, nec maiores minoribus: sic quorū omne bonum &c.* Idem 4. quæst. Tuscula. *De quibus est etiam merita melius, q̀ corporum adiumenta adhibentur extrinsecus, animorum salus inclusa in his ipsis est. Sed quo maior est in eis præstantia & diuinior, eo maiore indigent diligentia.* in quo quoniam superius exemplum Aristot. uidetur adumbrasse, mihi etiam uidetur τὸ εὖ dicere salutem, & præstantiam, τὸ εὖ ψυχῆς, salus animi. Idem G H

A 2. de natura Deorum τὸ εὖ dicit absolutum & perfectum, Vt enim in uite, ut in pecude, nisi quæ uis obstitit, uidemus naturam suo quodā itinere ad ultimum peruenire. Atq; ut pictura & fabrica cæteræq; artes habent causam absoluti operis effectū: sic in omni natura ac multo etiā magis, necesse est absolui aliquid & perfici. Proferā locum unū Arist. ex quo τὸ εὖ idem ualere intelligemus, Scribit enim in hoc secundo cap. ὅθεν εἰώθασιν ἐπιλέγειν τοῖς εὖ ἔχουσιν ἔργοις, ὅτι οὔτ' ἀφελεῖν ἔστιν, οὔτε προσθεῖναι. ὡς τῆς μὲν ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως φθειρούσης τὸ εὖ, τῆς δὲ μεσότητος σωζούσης, id est, Vnde solent de operibus undique perfectis & absolutis prædicare, nihil nec ijs adimi posse, nec addi, quòd nimiū & parum operis præstantiam & laudem corrumpat, conseruétq; mediocritas. Quid B autem intersit inter τὸ μέσον, & τὸ εὖ si à me requirat aliquis, mihi quidem uenit in mentem quod Cice. de honesto & decoro dicit, respondere. Hæc sunt eius uerba ex 1. lib. de officijs, Qualis autem sit differentia honesti & decori, facilius intelligi quàm explicari potest. Quicquid enim est quod deceat, id tum apparet, cum antegressa est honestas. Et paulo post, Quare pertinet quidem ad omnem honestatem hoc quod dico decorū, & ita pertinet, ut non recondita quadam ratione cernatur, sed sit in promptu. Est enim quiddam quod intelligitur in omni uirtute quod deceat, quod cogitatione magis à uirtute potest q̃ re separari. Nec uero hoc decorū uult ex sola uirtute existere. Nā & poëtas decorū sequi dicit. Itaq; τὸ μέσον honestati, & τὸ εὖ decoro comparare licet. Quocirca utrunque coniungit interdum Aristoteles, ut postrema huius quod interpretamur capitis oratione.
C οὕτω γὰρ ῥᾷστα τοῦ μέσου καὶ τοῦ εὖ τευξόμεθα, id est, Sic enim facillimè quod perfectum rectúmque sit, consequemur.

Quocirca quo animo senes illi erga Helenen affecti fuerunt, ὅπερ οὖν οἱ δημογέροντες ἔπαθον πρὸς τὴν Ἑλένην.) πάσχειν enim πρός τινα, affectum esse animo erga aliquem, uel in re aliqua, rectè dicimus.

Ad omnémque rationem illorum uox accommodari debet, καὶ ἐν πᾶσι τὴν ἐκείνων ἐπιλέγειν φωνήν.) Hunc mihi locum uidetur tacite imitatus esse Cicero 3. quæst. Tusc. Itaque ad omnem rationem Teucri uox accommodari potest. Est autem ἐπιλέγειν concludere. Hinc ἐπίλογος conclusio & peroratio. Interdum hoc uerbum habet casum præpositionis, id est, datiuum. Vt ex loco quem superio-
D re annotatione protuli, perspici potest. ἐπιλέγειν τοῖς εὖ ἔχουσιν ἔργοις, id est prædicare de ijs operibus quæ suis numeris omnibus perfecta sunt.

ANNOTATIONES IN LIBRVM TERTIVM. CAP. I. E



VNT igitur ea non uoluntaria facta, ἀκούσια.) Vt
ἑκούσια non uoluntaria. His raro utitur Cicero in neu-
tro. Illud autem ἀκούσια, non dicit inuoluntaria, sed non
uoluntaria. Idem 4. Tusc. quæst. Mihi quidem in tota
ratione ea quæ pertinet ad animi perturbationem, una
res uidetur causam continere, omnes eas esse in nostra po
testate, omnes iudicio susceptas, omnes uoluntarias. Arist. F
5. ca. huius 3. lib. ἑκούσιοι εἰσιν αἱ ἀρεταί. quo loco plura de hoc genere dicemus.

Vel imprudētia, ἢ δι' ἄγνοιαν.) ἡ ἄγνοια si sine genitiuo casu ponatur, impru
dentia appellatur latine. & ἀγνοῶν imprudens, ut εἰδὼς sciens. Sin cum eo casu
iungatur, ignoratio à Cicerone dicitur, nunquam ignorantia, nisi semel, nisi forte
locus deprauatus sit. ut in 1. Academ. quæst. extremo, Errorem autem & temeri-
tatem, & ignorantiam, & opinationem & suspitionem: & uno nomine omnia quæ
eßent aliena firmæ & constantis assensionis, à uirtute sapientiáque remouebat.
Idem 1. de finibus, Nam cum ignoratione rerum bonarum maxime hominum uita
uexetur, ob eúmque errorem & uoluptatibus maximis sæpe priuētur, & prauis-
simis animi doloribus torqueantur, sapientia est adhibenda, &c. Aliàs quod Græ
ci ἄγνοιαν dicunt, appellat imprudentiam. Idque uel ex ea diuisione intelligitur, G
quã & alij Rhetores faciunt, & ipse locis pluribus. ut 2. Rhetoricæ quam uete-
rem dicunt, Purgatio est per quam eius qui accusatur, non factum ipsum, sed uo-
luntas defenditur. ea habet partes tres, imprudentiam, casum, neceßitudinem. Im-
prudentia est, cum scisse aliquid is qui arguitur negat. Vt autem illud ἄγνοια in-
terdum commodê latine ignoratio, ut dixi, appelletur, at certe ἀγνοῶν non po-
test rectè dici ignorans sine accusandi casu. Itaque hoc quod Aristot. hoc cap. di-
cit, ἀγνοῶν πράττει, non ignorans facit, dici debet, sed imprudens. Hoc quan-
quam mediocriter doctis persuasum sit, tamen locos aliquot proferam, ne quis ope
ram nostram desideret. Cic. 2. de finibus, Si scieris, inquit Carneades, aspidem oc-
culte latere uspiam, & uelle imprudentem super eum aßidere, cuius mors tibi emo
lumentum factura sit, improbe feceris, nisi admonueris ne aßideat. Tertio de of- H
ficijs, Quæritur etiam, si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro
bonis, cum id rescierit, soluturus ne sit eos si cui debeat, pro bonis. Hoc autē diffe
rimus à Græcis in hoc genere, quod aliud dicunt esse ἀγνοοῦντα ποιεῖν, aliud
δι' ἄγνοιαν: nos utrunque genus idem ualere dicimus. Verba hæc sunt Aristotelis,
quæ in hoc capite posita sunt, ἕτερον δὲ ἔοικε καὶ τὸ δι' ἄγνοιαν πράττειν τοῦ

A ἀγνοοῦντος.i. Aliud autem est imprudentia facere aliquid, aliud imprudentem. Quid autem differat, deinceps explicat. Nam ait ebrios & animo commotos homines imprudentes quæ faciant facere omnia, non imprudentia. Ex quo facile est intellectu, eos solum qui imprudētia faciant aliquid, nunquā peccare. eos qui imprudētes, peccare in ijs rebus quæ ad mores pertinēt. Quod autē hoc cap. dicit δι᾽ ἄγνοιαν, dicimus in ablatiuo, imprudentia. Vt Cic. 2. lib. Rhetoricæ ad Herenniū. Si autē imprudētia reus se peccasse dicet, primū quæretur, utrū potuerit scire an nō potuerit. Illud etiā cognitione & animaduersione dignū est, Cic. illi imprudens cōiungere genit. casum. Vt 2. lib. ueteris Rhet. quā uocant. Imprudētes legis cum existerent, uitulum immolauerunt. Quod interdū usurpabo, ut explicando eo loco 6. cap. huius libri. ὁ τῶν ἀγνοοῦντάς τι τῶν ἐν τοῖς νόμοις ἃ δεῖ ἐπίστασθαι

B καὶ μὴ χαλεπά ἐστι, κολάζουσι .i. Imprudentesq; alicuius eorum quæ legibus continentur, quæ & sciri æquum est, nec difficilia sunt, puniunt. Illud autem quod pauloante Ciceronē ostendi dicere, Imprudentia peccare, Aristoteles quinto libro huius operis, appellat, ἁμαρτάνειν δι᾽ ἄγνοιαν. ὅσα μὲν γὰρ μὴ μόνον ἀγνοοῦντες, ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἄγνοιαν ἁμαρτάνουσι συγγνωμονικά.

Vi autem id fit, βίαιον δέ.) uerbum è uerbo, uiolentum est, quo uerbo utitur Cicero, 5. de finibus. Atque hæc ut uere dicitur parua esse ad beate uiuendum momēta ista corporis cōmodorum, sic nimis uiolentū est, nulla esse dicere. Terēt. existimo in Adelphis sic exposuisse τὸ βίαιον, ut hic interpretor, hæc sunt eius uerba.

Et errat longe, mea quidem sententia,

C Qui imperium credat grauius esse aut stabilius

Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.

Βίαιον autē à βία ductum est. Hinc supra dixit βίᾳ γιγνόμενα.i. quæ ui & necessitate fiunt, ut idem sit βίᾳ γίγνεσθαι, & βίαιον. Hunc locum cum tractant Rhetores & oratores, necessitudinem, seu necessitatem nominant, ut ex hac Ciceronis quæ in secūdo ueteris Rhetoricæ posita est, definitione intelligi licet. Necessitudo autem infertur, cum ui quadam reus id quod fecerit fecisse defenditur. Sequitur eiusmodi oratio quæ pertinet ad exemplum quod hic affert Aristoteles. οἷον εἰ πνεῦμα κομίσαι ποι, ἢ ἄνθρωποι κύριοι. uerba hæc sunt Ciceronis. Lex est apud Rhodios, ut si qua rostrata in porta nauis deprehensa sit, publicetur. Cū

D magna in alto tempestas esset, uis uentorum inuitis nautis, Rhodiorum in portum nauim coegit. Paulo post sequitur, Vi & necessario sumus in partum coacti, uidetur hic Cicero dicere, cogi, ἀναγκάζεσθαι. Nam illud κομίσαι & κομίζειν multis locis transfert deferre. Vt uis uentorum nos in portum detulit. Hoc idem dicit, Conijcere in portum eodem libro ueteris Rhetoricæ, Cum rostratam nauim in portu deprehensam lex publicarit, cunque hæc nauis inuitis nautis ui tempestatis in portum coniecta sit, oporteat ne eam publcari?

ἀναγκάζειν autem & βιάζεσθαι idem ferè ualent.i. necessitatem & uim infer- E re, cogere. Hoc in loco diutius quàm uellem commoror; quòd nihil sit prope tota in philosophia quod magis illoto, ut ita dicam, sermone tractetur. Hinc uerba illa barbara inuenta & trita sunt, Necessitari, uiolentari, ut illa duo superiora græca in nostram linguā transferri possent, quæ apud Aristotelem legebantur. Nec hoc modo factum est; sed illa inter se differre, usurpatum est: & illud cogi, quòd par est illis Græcis duobus, cœptum est in aliam rem transferri. Atque hoc satis non fuit; sed Aristotelis sententia suam confirmare conantur, quasi enim hæc ille uerba excogitarit aut fabricatus sit; illi definitiones suorum uerborum se ab eo mutuatos esse prædicant. Sed ut tandem hunc locū concludamus, intelligi par est, illa uerba idem apud Græcos efficere, iisque paria nostra esse, uim & necessitatem inferre, cogere, & impellere, uim adhibere. Cicero pro Roscio Amerino, Nulla res F tanta existat iudices, ut possit uim mihi maiorem adhibere metus, quàm fides. Ibidem, Luxuries igitur hominem nimirum, & æris alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates, ad hòc scelus impulerunt. Aristot. hoc ipso cap. καὶ γὰρ τὸν Εὐριπίδου Ἀλκμαίωνα γελοῖα φαίνεται τὰ ἀναγκάσαντα μητροκτονῆσαι. Ita hunc locum transtuli. Et enim ridicula uidentur ea quæ ad cædem maternam Almæonem Euripidis impulerunt. Si Latini hoc uerbo utātur, solent ipsum iungere uel cum accusandi casu & ad præpositione, uel cum ut. Idem eadem oratione. Quæ me igitur res præter cæteros impulit, ut causam Sexti Roscij reciperem? Græci autem τῷ ἀναγκάζειν dant uerbum infinitum, ut ex superiore exemplo perspicere possumus. Noua autem est illa oratio qua hoc cap. utitur, ἔνια δ' G ἴσως οὐκ ἔστιν ἀναγκασθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποθανατέον παθόντα τὰ δεινότατα. Nam cum illud ἔστιν licet exponatur eo loco propter uerbum infinitum, illud ἔνια mirū est esse positum uel in accusandi uel in nominandi casu. Hunc autem locum Ciceronem secutus sic trāstuli. Sunt autem quædam certè partim ita fœda partim ita flagitiosa, nemo ut ad ea impelli ulla ratione iure possit, potiúsque oppetenda mors est, grauissimis toleratis cruciatibus. In quo ἀλλὰ conuerti, q;, ut facit Cicero multis locis, transferens locos Platonis & aliorum. Vt illum Platonis ad Archytam, ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι. Cicero 1. lib. de officijs, Sed quo- H niam, ut præclare scriptum est à Platone, non nobis solum nati sumus, ortúsque nostri partem patria uendicat, partem parentes, partem amici. &c. Quocirca Laurētius Valla uehemēter errauit, qui illud q;, in eo loco Ciceronis significare nam, seu nanque confirmat. Multos ego alios locos proferre possum, quos Cicero conuertens, ἀλλὰ dicit q;.

Expetendæ enim sunt tum cū geruntur, αἱρεταὶ γάρ εἰσι τότε, ὅτε πράτ-

A τουται.) τότε, ὅτε, tum, cum. Plato solet dicere τότε ὅταν, ὅταν non differt ab ὅτε nisi quòd subiūctiuum modum sibi asciscit, & ὅτε indicatiuum. Græci has duas quasi particulas nūc coniungunt in oratione, nunc separant, nos interdum eas quæ illis pares sunt etiam separamus. Quod ut intelligi poßit, proferam locū Platonis ex Timæo, & Ciceronis interpretationem. ἔστι δ' ὅμως οὐδὲν ἧττον κατανοῆσαι δυνατὸν, ὡς ὅ γε τέλεος ἀριθμὸς χρόνου, τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε, ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων, τὰ πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα τάχη σχῇ κεφαλὴν, τῷ τοῦ ταὐτῷ καὶ ὁμοίως ἰόντος ἀναμετρηθέντα κύκλῳ. Hunc locum sic conuertit Cicero in lib. de Vniuersitate: Attamē illud perspici & intelligi potest, absoluto perfectoq; numero tēporis absolutum perfectūq; annum tunc compleri denique, cum se octo ambitus confectis suis cursibus ad idem
B caput retulerunt, cumq; eos permensus est idē & semper sui similis orbis. Ex quo licet intelligi, Ciceronem addere illud denique quod non est in Græco, idque facere solet sæpißimè. Alterum eius locum, ut res intelligatur, non erit alienū apponere. In 3. de finibus extrema pagella. Nec expectet ullū tempus ætatis, ut tum deniq; iudicetur beatus ne fuerit, cum extremum uitæ diem morte confecerit. Separant Græci has duas particulas interdum, ut Aristoteles in primo, τῶν μετὰ τὰ φυσικά. τότε γὰρ εἰδέναι φαμὲν ἕκαστον, ὅταν τὴν πρώτην αἰτίαν οἰώμεθα γνωρίζειν, id est, Tum enim quid intelligere nos prædicamus, cum primam eius causam nobis cognitam esse arbitramur.

Stare in eo quod sit iudicatum, τὸ ἐμμεῖναι τοῖς γνωσθεῖσι.) Cicero hunc lo
C cum 1. lib. de finibus transtulit, Nec enim satis est iudicare quid faciendum, non faciendúmue sit, sed stare etiam oportet in eo quod sit iudicatum. Ita pluralem numerum transtulit in singularem, quod interdum si non necessario, at certe ad ornatum orationis faciendum est. Illud autem ἐμμεῖναι interdū permanere dicit, ut hic locus sic rectè conuerti poßit, permanere in sententia. Nā & γνώμη sententia dicitur, & γνῶναι sentire. De hoc genere in 7. lib. plura Deo iuuante dicemus.

Genere non uoluntaria sunt, tēpore uolūtaria, καθ' αὑτὰ μὲν ἀκούσια ἐστὶ, νῦν δὲ καὶ ἀντὶ τῶνδε ἑκούσια.) Cicero lib. de officijs 2. Tota igitur ratio taliū largitionū genere uitiosa est, tempore necessaria. Omnibus licebit existimare, utrū illud καθ' αὑτὰ quod uerbum è uerbo exprimentes, per se dicimus, rectè uer-
D terim genere. Quod ut facerem me hic admonuit Ciceronis locus. Nec uero adeo ignarus sum græci sermonis, quin sciam τῷ γένει dici genere, ut Aristot. idem 7. huius operis cap. 4. ἐπεὶ δὲ τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ τῶν ἡδονῶν, αἱ μέν εἰσι τῷ γένει καλῶν καὶ σπουδαίων, &c. i. Quoniam autem cupiditatum & uoluptatum aliæ sunt genere honestæ & bonæ, &c.

Sed non alienum est, quæ quótque sint exponere, ἴσως δ' οὐ χεῖρον διελέσθαι αὐτὰ, τίνα καὶ πόσα ἐστί.) Cicero 3. de finib. Sed non alienum est, quo facilius

uis uerbi intelligatur, huius uerbi rationem faciendi Zenonis exponere. Ex quo E
loco perspicuum est διοίσαι exponere uertendum esse, quod supra ostendimus.
οὐ dixi sed, quoniam hoc loco mihi magis uidetur cõgruere, quàm igitur uel aliud eiusdẽ generis. Aristoteles illud quod hic dicit χεῖρον alio loco appellat ἄτοπον, ut primo lib. huius operis cap. 10. ἄτοπον δὲ ἴσως τὸ μηδὲν μηδ' ἐπὶ τινα χρόνον συμβαίνειν τοῖς τῶν ἐκγόνων τοῖς γενομένοις. Hoc autem cap. quod explicamus bis idem uerbũ usurpat. hoc Cicero dicit absurdum est. 5. de finibus, Atq; etiam illud si quis dicere uelit perabsurdũ sit, ita diligi à sese quẽq;, ut ea uis diligendi ad aliam rem quampiam referatur, non ad eum ipsum qui sese diligat. Hoc idem dicit incommodum est.

CAP. II

SEQVITVR, ut de consilio dicẽdum sit, περὶ προαιρέσεως ἑπεται διελθεῖν.) Sic Cic. lib. 1. de offi. Sequitur ut de una reliqua parte honestatis dicẽdũ F sit. Hoc loco institui dicere quibus modis quod Græci dicunt προαίρεσιν, Latini, præsertim Cicero quem potissimũ in hoc genere sequimur, soleat conuertere. In quo ingenue fateor nullum mihi uerbum plus exhibuisse negotij, nullũ plus solicitudinis attulisse. Ferè omnes reperio electionẽ προαίρεσιν dicere, quàm rectè, alij indicabunt. Ego multis uarijsq; modis transtuli, aliàs consilium, aliàs propositum, modo institutum, modo delectum, nunc animum, nũc iudicium, nunc uoluntatem, & primam animi susceptionem. Ac cũ eam appello consilium, non sic intelligo, ut cum dicimus dare consilum, nam hoc græcè dicitur βουλή, sed ut definitur à Cicerone 2. lib. ueteris Rethoricæ, Consilium est aliquid faciendi non faciendíue excogitata ratio. Quæ mihi definitio cum ea congruere uidetur, quam Aristot. proximo capite conficit, ὄντος δὲ τοῦ προαιρετοῦ, βουλευτοῦ, ὀρεκτοῦ τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἡ προαίρεσις ἂν εἴη βουλευτικὴ ὄρεξις τῶν ἐφ' ἡμῖν. Quod his ferè uerbis transtuli. G Quoniam autem quod sub delectum cadit, omne cadit sub deliberationem & appetitionem eorum quæ in nostra sunt potestate: efficitur, ut consilium sit appetitio eorum quæ in nobis sita sunt, cum est antegressa deliberatio. Quanquam Eustratij definitio propius ad illam Ciceronis accedit. προαίρεσις δὲ ἡ δυοῖν προκειμένοιν κρίσις ἀνθρώπου, τόδε προτιθεῖσα πρὸ τοῦδε καθ' ὁρμήν τε καὶ ἕξιν, id est, Propositum seu consilium, iudicium est hominis quo duobus propositis hoc illi conueniẽnter suæ appetitioni anteponit. Nam quanuis Cicero non faciat mentionem duorum propositorum, tamen facilè intelligitur. Nam cum ait Cicero, excogitatã rationem, eam excogitatam & inuẽtam deliberando existimare debemus. H Eodem pertinet quod in fine huius secundi capitis ait Aristot. ἡ δὲ προαίρεσις, μετὰ λόγου καὶ διανοίας. i. Consilium coniunctum est cũ ratione & animo. Scio electionem dici προαίρεσιν à cæteris, sed quoniam id uerbum apud Ciceronem nõ est tritum nec usitatum, hic quæro uerbum Ciceronis quod illi sit par omnino. Ac me quidem fateor nullum aliud quærendo reperisse, quàm consilium, in hoc

A duntaxat genere. Nam quicquid his duobus capitibus tradit Aristo. eo pertinet, ut tandem aliquando id esse προαίρεσιν doceat, quod cum antegressa est delibera=tio sequi solemus. Id alij ut dixi electionem appellant, ego consilium nomino. Est enim hæc omnis non rerum sed nominum controuersia. Nõ est opus proferre mul=tos locos ex epistolis Ciceronis, quibus sententia nostra comprobetur. Hoc tantum dico, omnes qui aliquid operæ in Ciceronis libris posuerunt, sæpe hoc genus dicen di legere potuisse, Consilium profectionis meæ tibi omne perscribam. Quibus locis quid cõsilium significet, nisi quod hic appellat Aristo. προαίρεσιν, prorsus ignoro. Nam inter hoc & illud alterum consilium quod Græci uocant seu βουλὴν, seu λογισμὸν, hoc interest, quod illud potest non probari ei cui datur, hoc non potest

B non probari, quippe cum id iam sequatur. Itaque Cicero 2. lib. epistolarum fami=liarium, scribens ad M. Cælium, se de prouincia decedentẽ Cælium ei præposuisse, tandẽ de hoc suo facto sic loquitur, Hoc tu meũ cõsilium laudes necesse est, mutari enim non potest. Quis adeo ignarus est quin intelligat id ipsum secutum esse cùm diu multumq; deliberasset? Atqui hoc uocat Arist. τὸ προαίρετον & προαίρεσιν. Addam etiam illud Ciceronis, quod hanc sententiam non minus indicat. Scribit his ferè uerbis ad Seruium Sulp. 4. lib. epistolarum familiarium. Nam statueram nõ mehercule inertia, sed desiderio pristinæ dignitatis in perpetuũ tacere. Fregit hoc consiliũ meum & Cæsaris magnitudo animi, & senatus officium Cic. eligere hoc dicit quod Græci προαιρεῖσθαι, uel αἱρεῖσθαι ut 1. lib. de offic. Quod tempus à natura ad eligendum quam quisque uiam uiuendi sit ingressurus datum est. Et in

C epistola ad Octauium, In duobus autẽ malis cum fugiendũ maius sit, leuius est eli=gendum. Quem locum ab Aristotele mutuatus est. Scribit enim 5. lib: huius operis, his ferè uerbis, δεῖ τῶν ἁπλῶς κακῶν, τὸ ἔλαττον αἱρεῖσθαι δεῖ. Ego nisi græca cum latinis coniunxißem, ex duobus malis, non in duobus, dicendum putaßem. Itaque hoc genus dicendi ut nouum notandum est. Sic multis alijs locis loquitur, Quòd si quis analogiam sequi uelit, sic concludet, ut à προαιρεῖσθαι προαίρεσις deducta est, sic ex eligo sibi electionem duci uideri. Et tamen Cicero nunquam di=cit electionem. In 4. quidem de finibus legitur electio, sed si quis diligenter illum locum considerarit, deeße, s, intelliget, ut sit uerbũ Stoicorũ, qui selectionẽ uocabãt προαίρετον Cicero dicit præpositũ, Exponens locũ Aristot. qui in fine huius cap.

D positus est, ὑποσημαίνειν δ' ἔοικε καὶ τοὔνομα, ὡς ὂν πρὸ ἑτέρων αἱρετόν. 4. de finib. Nam bonum ex quo appellatũ sit, nescio, præpositũ ex eo credo, q̃ præ=ponatur alijs. Nam αἱρεῖσθαι interdum anteponere, præponere, & anteferre dici=tur, præsertim si præpositio ἀντὶ præponatur cum genitiuo. Vt Aristot. 1. cap. hu ius lib. ποῖα δ' ἀντὶ ποίων αἱρετέον, οὐ ῥᾴδιον ἀποδοῦναι. i. Quæ autẽ qui=bus anteponenda sint, non est facile explicare oratione. προαιρεῖσθαι etiã deligere, sequi, constituere & proponere dicitur, ut Aristoteteles primo libro huius operis.

οἱ μὲν οὖν πολλοὶ παντελῶς ἀνδραποδώδεις φαίνονται βοσκημάτων βίον E
προαιρούμενοι. illud autem προαιρεῖσθαι τὸν βίον Cicero interdum dicit delige-
re genus uitæ, ut 1. lib. de officijs, Ad hanc autem rationem quoniam maximã uim
natura habet, fortuna proximam, utriusque omnino habenda est ratio in deligen-
do genere uitæ, sed naturæ magis. Interdum cõstituere uitam. ut ibidem, Nam cum
in omnibus quæ aguntur, & eo modo quo quisque natus est, ut supra dictum est,
quid deceat exquirimus, tum in tota uita cõstituenda multo est rei cura maior ad-
hibenda. Aliàs sequi, ut ibidem, Nonnulli tamen siue felicitate quadam, siue boni-
tate naturæ, siue parentum disciplina, rectam uitæ secuti sunt uiam. Ibidem Cic.
uocat προαίρεσιν consilium, & institutum, & studium. Qui igitur ad naturæ suæ
non uitiosæ genus, consilium uiuendi omne contulerit, is constantiam teneat. Ac ne
quis putet consilium accipi aliter, attendat studiose quæ sequuntur. Id enim maxi- F
me decet, nisi forte se intellexerit errasse in deligendo genere uitæ. Hæc ille ec. quis
dubitat, quin si consiliũ uiuẽdi sic diceretur illic, ut cũ dicimus, dare consiliũ uiuen
di, post male addidisset, in deligendo genere uitæ? cũ præsertim post addat, cõstan
tiam teneat, quod perinde ualet ac si diceret, Qui institutum uiuendi ad naturam
suã nõ uitiosam accõmodatum secutus sit, is in eo permaneat. Itaq; addit deinceps,
Quod si acciderit (potest autem accidere) facienda morum institutorúmq; muta-
tio est. Facile est intellectu, hic institutum appellari quod dicũt Græci προαίρεσιν.
Nonnunquam coniungit hæc duo uerba pro uno, studium & institutum. ut eodem
loco. Hoc Herculi Iouis satu edito potuit fortasse contingere, nobis non item, qui
imitamur quos cuique uisum est, atque ad eorũ studia institutaq; impellimur. Ita- G
que hæc duo etiam coniunxi cum in prima huius operis oratione conuerterẽ προ-
αίρεσιν. Sed ad alia ueniamus. Dicitur interdũ προαίρεσις propositum. Non est
alienum quo res magis intelligatur, aliquot Demosthenis locos proferre. Hæc sunt
eius uerba ex oratione περὶ στεφάνου. τότε τοίνυν τὰ μὲν ἔμελλεν ὡς ἐδόκει
τῶν δεινῶν. τὰ δ᾽ ἤδη παρῆν ἐν οἷς τὴν προαίρεσίν μου σκόπει τῆς πολι-
τείας, μὴ τὰ συμβαίνοντα συκοφάντει. Tum quidem alia futura erant, ut
uidebantur, misera & acerba, alia iam aderant. His temporibus quid mihi in Rep.
administranda fuerit propositum, considerare, non quæ euenerint calumniari de-
bes. Sic Cicero pro Sextio. Sed ut reuertar ad illud, quod mihi in hac omni est o-
ratione propositum. Itaq; προαιρεῖσθαι proponere & suscipere dicitur. ut apud
eundem in eadem oratione, καὶ μὴν καὶ κατ᾽ αὐτὸ τοῦτο ἄξιός εἰμι ἐπαίνου τυ- H
χεῖν, ὅτι πάντα τὰ τοιαῦτα προῃρούμην πολιτεύματα, ἀφ᾽ ὧν ἅμα δό-
ξαι καὶ τιμαὶ καὶ δυνάμεις συνέβαινον τῇ πόλει, id est, Atqui ob eam etiam
rem laudibus ornari debeo, quod eam mihi partem Reip. proposuerim uel susce-
perim, uel ad eam partem Reip. accesserim, quæ huic ciuitati simul & gloriam pe-
perit, & honorem, & opes. προαίρεσις interdum animus & uoluntas dicitur, ut

A distingunt philosophi ab effectu uoluntatem, quam Cicero ut magis exprimat, uocat primam susceptionem 3. de finibus his uerbis, Nam ut peccatum est patriam prodere, parentes uiolare, fana depeculari quæ sunt in effectu: sic in libidine esse, peccatũ est etiam sine effectu. Verũ ut hæc non in posteris & in consequẽtibus, sed in primis continuo peccata sunt: sic ea quæ proficiscũtur à uirtute, susceptione prima, non perfectione rectè sunt iudicanda. Ex quo perspici potest, susceptionẽ primam ab eo uocari uoluntatem, & perfectionem executionem quam uocant, & actum exteriorem. Hinc Cicero sæpe dicit, suscipere facinus, & perficere. Ego ne cui uidear aliter ac sunt, hæc Ciceronis uerba intelligere & interpretari, proferã locum Aristotelis ex 10. libro huius operis, qui huic Ciceronis accommodatus est.

B ζητεῖται δὲ πότερον κυριώτερον τῆς ἀρετῆς ἡ προαίρεσις, ἢ αἱ πράξεις, ὡς ἐν ἀμφοῖν οὔσης. τὸ δὴ τέλειον δῆλον ὡς ἐν ἀμφοῖν ἂν εἴη. Alij quoniam nullum aliud uerbum habent, hic προαίρεσιν conuertunt electionem. Sed cui dubium est, quin conferat hoc loco Arist. uoluntatem in uirtute & actionẽ, utra plus possit ad uirtutem? Sed uolo eiusmodi exemplum & locum proferre, in quo cũ προαίρεσιν alij transferant electionem, omnes intelligent quàm id inscite faciant, & ad consuetudinem nostræ orationis imperite. Scribit Aristo. 8. huius operis libro, his ferè uerbis, ἐν δὲ ταῖς κατ' ἀρετὴν, ἐγκλήματα μὲν οὐκ ἔστι, μέτρῳ δ' ἔοικεν ἡ τοῦ δράσαντος προαίρεσις. τῆς ἀρετῆς γὰρ καὶ τοῦ ἤθους ἐν τῇ προαιρέσει τὸ κύριον. Si quis superiora cum his coniunxerit, facilè in nostram descẽdet sententiam. Nam paulo antè quæsiuit, utrum in his amicitijs quæ fructibus & emolumentis diriguntur, ex utilitate quam is qui beneficium accipit, ex beneficio ipso

C consecutus est, referendæ gratiæ officium ponderandum sit, an ex eius beneficio qui ipsum dedit. Itaque in his quærelas dixit existere, cum ij qui contulerunt beneficium, se prædicant ea in alterũ beneficia contulisse, quæ summa sunt, quæq; ab alio non potuissent consequi. Hi contra extenuantes, & exigua se accepisse ab illis, & quæ ab alijs ferre potuissent. Cõcludit deinceps ita hunc locũ, ut dicat reddendum esse tantum beneficium quantũ quisq; acceperit, aut etiam maius: quoniam præclarius. Tum uerba quæ supra protuli, addit, quibus quid in amicitia quàm uirtus cõciliauerit, tenendum sit ac seruandum tradit. Quæ sic interpretor, In ijs autem amicitijs quas uirtus conciliat, nullæ querelæ existunt, nullæ obiurgationes: in ijsq;

D ex animo eius qui dedit, beneficiũ est omne põderandum. Virtutis enim & morum laus omnis in animi iudicio & uolũtate consistit. Quis quæso sensus erit, si sic dicas, Mensura autem est eius electio qui beneficium contulit? aut quis sic unqnam locutus est nisi plane latini sermonis ignarus? Proferam ex primo de officijs Ciceronis locum, qui meam confirmabit sententiam. Acceptorum autem beneficiorũ sunt delectus habendi, nec dubium quin maximo cuiq; plurimum debeatur. In quo tamen in primis quo quisque animo, studio, beneuolentia fecerit, ponderandum est.

Multi enim faciunt multa temeritate quadam sine iudicio uel modo in omnes, uel E
repentino quodam quasi uento, impetu animi incitati, quæ beneficia æquæ magna
non sunt habenda, atque ea quæ iudicio, considerate, constanterq; delata sunt. In his
locis illud animo & iudicio interpretor, ἕξει, & προαιρέσει, εὖ ποιεῖ. *Cicero pau*
antè eodem lib. προαίρεσιν *dicit uoluntatem. Videre etiam licet plerosque nõ tam*
natura liberales q̃ quadã gloria ductos ut beneficia uideantur facere multa, quæ
uidentur magis proficisci ab ostentatione, q̃ à uoluntate. pro quo tamen ἕξιν *li-*
cet dicere. ut Aristot. 1. cap. lib. 4. huius operis, κατὰ τὴν οὐσίαν δ' ἡ ἐλευθεριότης
λέγεται. οὐ γὰρ ἐν τῷ πλήθει τῶν διδομένων τὸ ἐλευθέριον, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ δι-
δόντος ἕξει. *Cui enim dubium est, quin hoc* ἐν τῇ τοῦ διδόντος ἕξει, *idem ualeat*
atque illud quod supra protulit, ἡ τοῦ δρῶντος προαίρεσις. *Hunc itaque lo-*
cum sic exposui. Sed ad facultates omnis referenda est liberalitas. Non enim ex F
numero beneficiorum quæ dantur, sed ex animo & uolũtate dantis omnis est libe-
ralitas iudicanda, uel sic. Nõ enim in multitudine beneficiorum quæ dantur, libe-
ralitas posita est, sed in dantis animo & uoluntate. Ita ἡ ἕξις *intelligenda est*
in eo etiam loco 3. huius. διὸ καὶ ἀνδρειότερον δοκεῖ εἶναι τὸ ἐν τοῖς αἰφνι-
δίοις φόβοις ἄφοβον καὶ ἀτάραχον εἶναι, ἢ ἐν τοῖς προδήλοις. ἀπὸ ἕξεως γὰρ
μᾶλλον ἢ καὶ ὅτι ἧττον ἐκ τῆς παρασκευῆς. τὰ προφανῆ μὲν γὰρ, κἂν ἐκ λο-
γισμοῦ καὶ λόγου τις προέλοιτο, τὰ δ' ἐξαίφνης κατὰ τὴν ἕξιν. *Quæ ita transtu-*
li. Quocirca fortioris maiorísque animi est potius in subitis repentinísque terrori-
bus & casibus omni animi perturbatione metuq; uacare, q̃ in prouisis & manife-
stis, q; ea magis ab animi habitu proficiscantur, sintq; minus præparata. Nam quæ G
præmeditata sunt & prouisa, consilio & ratione sequi quilibet potest. At uero
repentina & improuisa animi potius iudicio & uoluntate. Nam illud προαιρεῖ-
σθαι *dicendum esse sequi & approbare, ex illo loco Aristot. qui in 8. libro huius*
operis positus est, intelligi potest, τοῦτο δὲ συμβαίνει, διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν πάντας
ἢ τοὺς πλείστους τὰ καλὰ, προαιρεῖσθαι δὲ τὰ ὠφέλιμα, *id est, hoc ita contin*
git, propterea quòd omnes uel certè plurimi honesti illi quidem studio ducuntur,
attamen quæ utilia sunt sequuntur & approbant. Sed ut ad nostram προαίρεσιν
reuertamur, alium locum etiam proferam, in quo pro animo & uolũtate dicitur.
Hæc sunt Aristot. posita in 9. lib. huius operis cap. 1. ἐν οἷς δὲ μὴ γίγνηται διομο-
λογία τῆς ὑπουργίας, οἱ μὲν δι' αὐτοὺς προϊέμενοι, εἴρηται ὅτι ἀνέγκλη-
τοί εἰσι, τοιαύτη γὰρ ἡ κατ' ἀρετὴν φιλία. τὴν ἀμοιβήν τε ποιητέον κατὰ τὴν
προαίρεσιν. αὕτη γὰρ τοῦ φίλου καὶ τῆς ἀρετῆς. *i. Quis enim sensus erit, si κατὰ* H
προαίρεσιν ποιητέον τὴν ἀμοιβὴν *dicas, electione facienda est remuneratio? &*
tamen sic Argyrophylus trãstulit, & hunc locum & superiorem. Nunc animi iu-
dicium dici προαίρεσιν, *doceo Aristot. sententia, quam Cic. transtulit. Scribit in 7.*
lib. huius operis his uerbis, διὸ καὶ τὰ θηρία οὔτε σώφρονα, οὔτε ἀκόλαστα λέγο-

A μὲν, ἀλλ' ἢ κατὰ μεταφοράν. καὶ εἴ τινι ὅλως ἄλλο πρὸς ἄλλο διαφέρει γένος τῶν ζώων ὕβρει καὶ σινομωρείᾳ καὶ τῷ πάμφαγον εἶναι. οὐ γὰρ ἔχει προαίρεσιν οὐδὲ λογισμόν, ἀλλ' ἐξέστηκε τῆς φύσεως ὥσπερ οἱ μαινόμενοι τῶν ἀνθρώπων. Coactus sum hunc locum altius repetere, ut res intelligeretur. Hunc locum Cicero 2. lib. de finibus sic adumbrauit, ut facilè quod uolo intelligi poßit. Bestiarum uerò nullum iudicium puto. Quanuis enim deprauatæ non sint, prauæ tamen esse possunt. Vt bacillum aliud est inflexum & incuruatum de industria, aliud ita natum: sic ferarum natura non est illa quidem deprauata mala disciplina, sed natura sua. Illud, οὐκ ἔχει προαίρεσιν τὰ θηρία, dicit, Bestiarum nullum iudicium puto. Et illud, ἐξέστηκε τῆς φύσεως, deprauatæ sunt natura sua. Illud autem quod postremò ait, ὥσπερ οἱ μαινόμενοι τῶν ἀνθρώπων ἐξέστηκαν, dicit in oratione pro

B Roscio Amerino, Exuere hominem ex homine. & multis alijs locis discedere à natura. Illud autem quod ipse Cicero dixit, de industria, Aristot. dicit ἐκ προαιρέσεως, 5. lib. huius operis, ἂν δ' ἐκ προαιρέσεως βλάψῃ, ἀδικεῖ. Hoc facilè intelligi potest ex illo eiusdem Ciceronis loco, qui in 1. de offic. positus est. Atq; illæ quidem iniuriæ quæ nocendi causa de industria inferuntur, sæpe à metu proficiscuntur. Nam ἀδικεῖν non est aliud quàm inferre uel facere iniuriam, βλάπτειν ergo ἐκ προαιρέσεως, est nocere de industria. Quò inscitius interpretati eum locum uidentur omnes qui adhuc hos de moribus libros in nostrum sermonem è Græco transtulerunt. Omnes enim dicũt, Nocere ex electione. quo quid potest fingi dicique ineptius? De his autem generibus dicendi, De industria, consultò, cogi-

C tatò inferre uel facere iniuriam, uel nocere, uel uiolare, dicam in quinto lib. itemq; de contrarijs eorũ. Restat, ut ostendam προαίρεσιν dici propositum. Primum mihi uideor ita hoc facilè posse demonstrare, si eum doceã σκοπὸν & προαίρεσιν pro eodem dicere. Scriptũ est apud eum in 6. lib. huius operis, ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθόν, ἡ δὲ φρόνησις τὰ πρὸς τοῦτον. Eodem cap. id est 12. paulopòst ita est, τὴν μὲν οὖν προαίρεσιν, ὀρθὴν ποιεῖ ἡ ἀρετή. τὸ δ' ὅσα ἐκείνης ἕνεκα πέφυκε πράττεσθαι, οὐκ ἔστι τῆς ἀρετῆς, ἀλλ' ἑτέρας δυνάμεως. Ac ne quis iudicet, quæso, antequam ea quæ deinceps tradit ille, intellexerit. Quænam ergo sit illa uis, ita deinceps explicat, ἔστι δέ τις δύναμις, ἣν καλοῦσι δεινότητα. αὕτη δ' ἐστὶ τοιαύτη, ὥστε τὰ πρὸς τὸν ὑποτεθέντα σκοπὸν συντείνοντα,

D δύνασθαι ταῦτα πράττειν καὶ τυγχάνειν αὐτῶν. Quis non uidet quod prius dixerat τὴν προαίρεσιν, post σκοπὸν eum dicere? Ergo aliter illo sexto libro, atque hoc secundo τῇ προαιρέσει utitur. Nam hoc secundo inter βούλησιν & προαίρεσιν interesse dicit, quòd uoluntas est finis propria, προαίρεσις in ijs cernitur quæ ad σκοπὸν finémque referuntur. Non est autem dubium quin σκοπὸν pro fine superiore loco dixerit, pro quo cum ibidem προαίρεσιν usurpet, fit ut tantum intersit inter hanc & illam προαίρεσιν, quantum inter finem &

ea quæ ad finem spectant, interest. Quocirca in septimo libro pro σκοπῷ dicit E
τὸ οὗ ἕνεκα his uerbis, ἡ γὰρ ἀρετὴ καὶ μοχθηρία τὴν ἀρχὴν, ἡ μὲν φθείρει, ἡ δὲ σώζει. ἐν δὲ ταῖς πράξεσι τὸ οὗ ἕνεκα ἀρχή. Finis autem eo dicitur principium agendi, quòd ab eo rerum agendarū ratio proficiscatur. Neq; enim quisquā qui modo est sana mente, agit quicquam, nisi finē sibi proponat. Quod idem multo declarat apertius extrema pagna 6. lib. huius operis, δῆλον δὲ, κἂν εἰ μὴ πρακτικὴ ἦν ὅτι ἐδεῖτο ἂν αὐτῆς διὰ τὸ τοῦ μορίου ἀρετὴν εἶναι, καὶ ὅτι οὐκ ἔσται ἡ προαίρεσις ὀρθὴ ἄνευ φρονήσεως οὐδ' ἄνευ ἀρετῆς. ἡ μὲν γὰρ τὸ τέλος, ἡ δὲ τὰ πρὸς τέλος ποιεῖ πράττειν. Ex hoc loco perspici potest, quod ante σκοπὸν dixerat, eum hic τέλος nominare. Cic. in 3. de finibus, de proposito sic loquitur, Vt enim si cui propositū sit collineare hastam aliquò aut sagittā, sicut nos ultimum F
in bonis diximus, sic ille faciet omnia quæ possit, ut collineet, & tantum nitatur ut omnia faciat quo propositum assequatur.

CAP. III.

VTRVM in deliberationem cadant omnia, πότερα περὶ πάντων καὶ πᾶν βουλευτόν ἐστι.) βουλευτὸν quod in deliberationem cadit. Ita Cicero in primo de officijs, Nam honestum ne factu sit an turpe, id quod in deliberationē cadit, dubitant. in quo considerando sæpe animi in contrarias sententias distrahuntur. Alij quàm ineptè id dicant Consultabile, existimare licet. Ego de uerbis sic exeuntibus, quemadmodum recte dici, & disertè exponi debeant, in sexto disseram.

Ad res autem magnas eligendas, homines in consilium adhibemus, συμβούλους
δὲ παραλαμβάνομεν εἰς τὰ μεγάλα.) Hunc locum attigit Cicero in primo G
de officijs libro, Nec uero alienum est ad ea eligenda quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, uel etiam usu peritos, & quid his de unoquoq; genere officij placeat exquirere. Hoc igitur non dubitabo dicere, παραλαμβάνειν συμβούλους, id esse quod Latini dicunt, Adhibere in consilium. Neq; enim latine potest commode, assumere consultores. Plato quidem initio libri qui Laches inscriptus est, quod dicimus adhibere in consilium, uerbum è uerbo dicit, παραλαμβάνειν εἰς τὴν συμβουλήν. ὑμᾶς δὲ ἡμεῖς ἡγησάμενοι καὶ ἱκανοὺς γνῶναι, καὶ γνόντας ἁπλῶς ἂν εἰπεῖν ἃ δοκεῖ ὑμῖν, οὕτω παρελάβομεν εἰς τὴν συμβουλὴν περὶ ὧν ἐμέλλομεν ἀνακοινοῦσθαι. Eodem lib. hæc etiam ita exprimit, H
παρακαλεῖν εἰς συμβουλὴν, & παρακαλεῖν συμβούλους.

Sed omnes propositum sibi finē quemadmodū & quibus rebus assequātur inquirūt, ἀλλὰ θέμενοι τέλος τι, πῶς καὶ διὰ τίνων ἔσται σκοποῦσι.) θέσθαι τέλος. Cicero dicit proponere finem: & Aristot. hæc etiam dicit, ἀποκεῖσθαι τὸν σκοπὸν, & τυγχάνειν σκοποῦ. ut paulò antè ostendi. Illud autem quod hic usurpat, διὰ τίνων ἔσται τὸ τέλος Græcorum est proprium genus.

A CAP. IIII.

ATQVI cõsequens est, ut qui bonum sub uoluntatẽ cadere dicũt, συμβαίνει δὲ, τοῖς μὲν βουλητὸν τἀγαθὸν λέγουσι.) βουλητόν, quod sub uoluntatem & appetitonem cadit, uel quod uoluntate appetitur. Sic enim Cicero solet transferre nomina ea quæ in τὸν exeunt. quod in sexto docebo. Alij dicunt affectabile uoluntate, alij multo ineptius, uolibile.

Sed quod cuiq; uisum est, ἀλλ' ἑκάστῳ τὸ δοκοῦν.) τὸ δοκοῦν, & τὸ φαινόμενον. Cicero dicit, quod est uisum, & quod uidetur, ut 4. lib. Academ. quæst. Nam aliter appetitio (eam enim esse uolumus ὁρμὴν) qua ad agendum impellimur, & id appetimus quod est uisum, moueri nõ potest. Et paulo pòst, Quomodo autẽ moueri animus ad appetẽdum potest, si id quod uidetur percipi nõ po-

B test, accommodatúm ne naturæ sit an alienum?

Quod occurrit, τὸ τυχόν.) Ita Cicero eodem lib. Quod si aliquid aliquando acturus est, necesse est id ei uerum quod occurrit uideri. Aliàs τὸ τυχὸν, appellat quiduis.

Quæ in morbis sunt, τοῖς δ' ἐν νόσοις,) Hoc genus mutuati sumus à Græcis, τὸ σῶμα ἐν νόσῳ ἐστί. Nam ita Cicero loquitur 3. lib. quæst. Tusc. Qui enim animus est in aliquo morbo (morbos autem hos perturbatos motus, ut modo dixi, philosophi appellant) non magis est sanus, quàm id corpus, quod in morbo est. Hoc etiã habemus à Græcis, εἶναι ἐν τοῖς πάθεσι. Aristoteles septimo libro huius operis capite secundo, καὶ γὰρ οἱ ἐν τοῖς πάθεσι τούτοις ὄντες, ἀποδείξεις καὶ

C ἔπη λέγουσι Ἐμπεδοκλέους.

Excellítque profectò sapiens plurimum in perspiciendo quid in re quaq; uerũ sit, καὶ διαφέρει πλεῖστον ἴσως ὁ σπουδαῖος τῷ τἀληθὲς ἐν ἑκάστοις ὁρᾶν.) Sic Cicero in 1. libro de officijs, Vt enim quisque perspicit quid in re quaq; uerissimum sit, quiq; & acutissimè & celerrimè potest & uidere & explicare rationẽ, ita prudentissimus & sapientissimus rite haberi solet. In secundo, illud ὁρᾶν dicit inspicere, & ἐν ἑκάστοις, in una quaque re. Etenim uirtus omnis ferè in tribus rebus uertitur, quarum una est in inspiciendo quid in unaquaque re uerum synserúmque sit.

At uero animis multitudinis tenduntur insidiæ à uoluptate, τοῖς πολλοῖς δὲ

D ἡ ἀπάτη διὰ τὴν ἡδονὴν ἔοικε γίνεσθαι.) Ciceronem arbitror hunc attigisse locum & alium secundi huius operis in 1. lib. de legibus, At uero animis omnium tenduntur insidiæ, uel ab ijs quos modo enumeraui, qui teneros & rudes cum acceperunt, inficiũt, & flectunt ut uolunt, uel ab ea quæ penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni uoluptas, malorum autem mater omnium.

Itaque pleriq; uoluptatem appetunt ut bonum, dolorem aspernantur ut malum, αἱροῦνται οὖν τὸ ἡδὺ ὡς ἀγαθὸν, τὴν δὲ λύπην ὡς κακὸν φεύγουσι.) Hũc

locum Cic. expreßit ad uerbum in lib. 2. de finibus, A primo, ut opinor, animan- E
tium orta petitur origo summi boni. simul atq; natum animal est, gaudet uoluptate,
& eam appetit ut bonum, aspernatur dolorem ut malum.

CAP. V.

EFFICITVR *ut actiones quæ in illis uersabuntur, omnes iudicio suscipiā-*
tur, omnes sint uoluntariæ, αἱ περὶ ταῦτα πράξεις κατὰ προαίρεσιν εἶεν ἂν
καὶ ἑκούσιοι.) *Libera sunt iudicia omnium. Itaq; licebit existimare omnibus an illud*
κατὰ προαίρεσιν εἶεν *rectè dixerim. Iudicio suscipi. Mihi quidem Cicero ita uidetur*
dixisse in 4. Tusc. quæst. Mihi quidem in tota ratione ea quæ pertinet ad animi
perturbationem, una res uidetur causam continere, omnes eas eße in nostra pote- F
state, omnes iudicio susceptas, omneis uoluntarias. Hæc enim tria in hoc capite A-
ristoteles usurpat, duo quæ iam exposui, & illud ἐφ' ἡμῖν εἶναι, *quod deinceps*
explicabimus.

Quas enim res in nobis situm est ut agamus, eas etiam in nobis situm est, ut ne
agamus, οἷς γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὸ πράττειν, καὶ τὸ μὴ πράττειν.) *Græci dicunt*
hoc genus, ἐφ' ἡμῖν. *Cicero, In nostra est potestate, In nobis situ͂ est, In nobis est.*
Græci addunt infinitum uerbum, Latini ut Cicero, ut, cum optandi modo. Quod
facilè sequentes loci indicabunt. In libro de fato sic loquitur, ut hoc capite Aristo.
ἐφ' ἡμῖν δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ ὁμοίως δὲ καὶ ἡ κακία. *At si causa appetitus nō est*
sita in nobis, ne ipse quidem appetitus est in nostra potestate. Quod si ita est, ne illa
quidem quæ appetitu efficiuntur, sunt sita in nobis. Non sunt igitur neq; assensio- G
nes, neq; actiones, in nostra potestate. Ex quo efficitur, ut neque laudationes iustæ
sint, nec uituperationes, nec honores, nec supplicia. Si quis hunc locum cum capite
quod ipsi interpretamur, cōtulerit, penè eadem reperiet. nūc doceo Ciceronē his in
generibus addere ut particulā. Ibidem extrema pagina, Omninóq; cum hæc sit di-
stinctio, ut quibusdam in rebus uere dici poßit, cum hæ causæ antegreſſæ sint, non
esse in nostra potestate, quin illa eueniant quorum causæ fuerint, quibusdam autem
in rebus, causis antegreßis, in nostra tamen esse potestate, ut illud aliter eueniat:
hanc distinctionem utriq; approbant, sed alteri censent quibus in rebus cum causæ
antecesserint, non sit in nostra potestate ut aliter illa eueniant, eas fato fieri: quæ au
tem in nostra potestate sint, ab his fatum abesse. Eadem est ratio illius, esse situm in H
nobis. Idem in 1. lib. de finibus, Est autem situm in nobis, ut & aduersa quasi per-
petua obliuione obruamus, & secunda iucundè ac suauiter meminerimus. Hoc ge-
nus Cicero uerbum è uerbo exprimens dicit, eße in nobis, in eodem libro de fato,
Nam tum nihil esset in nostra potestate, si res ita se haberet. nunc uero fatemur,
acuti hebetésne, ualentes imbecilline simus, non esse id in nobis. Ibidem hoc ita ex-
primit, uoluntatis est, ut. Qui autem ex eo cogi putat, ne ut sedeamus quidem, aut

A ambulemus, nostræ uoluntatis esse, is non uidet quæ quamque rem res consequatur. Hæc quatuor dicendi genera hoc capite usurpaui, in quo Aristoteles toties repetit illud ἐφ' ἡμῖν, ut nisi uarietate quadam orationem distinxissem, satietatem non facilè uitaßem. Et Cicero quidem, ut intelligi potuit, illa omnia genera nunquam cum uerbo infinito exprimit, sed cum, ut, particula. At uerò hi omnes qui ante me hunc locum tractarunt, quasi uerò latina in hoc par sit græcæ, ita infinitum uerbum adiungunt more Græcorum. Græci etiam hoc dicunt uno uerbo, κύριος cum infinito modo, ut Aristo. hoc capite, κύριος γὰρ τοῦ μὴ μεθυσθῆναι, id est, Erat in eius potestate, ut uino ne obrueretur.

Nec si uelit quidem cohibere se poßit, aut iniustus esse desinat, sitque iustus. οὐ μὴν ἐάν γε βούληται, ἄδικος ἀναπαύσεται, καὶ ἔσται δίκαιος.) Hunc
B locum Cicero tractat multis uerbis in quarto Tusculanarum quæstionum, Qui modum igitur uitio quærit, similiter facit, ut si posse putet, eum qui se è Leucade præcipitauerit, sustinere se, cum uelit. Vt enim id non potest, sic animus perturbatus & incitatus nec cohibere se potest, nec quo loco uult insistere omnino. Et paulo post, Quod cum ipsum per se odiosum est, tum eo molestius, quia sunt in lubrico, incitatáque semel in procliue labuntur, sustinerique nullo modo possunt.

Nam quæ à natura hominibus tributæ sunt deformitates, eas nemo uituperat, & cæt. τοῖς μὲν γὰρ διὰ φύσιν αἰσχροῖς, οὐδεὶς ἐπιτιμᾷ. &c.) Hoc loco docet Aristoteles eas deformitates & uitia quæ uel à natura comparantur, uel
C casu eueniunt, non solere uituperari, hominésque potius his commoueri misericordia. Hunc eundem locum tractat Plato in illo libro qui inscribitur Protagoras, faciens ipsum Protagoram loquentem, ὅσα γὰρ ἡγοῦνται ἀλλήλοις κακὰ ἔχειν ἄνθρωποι φύσει ἢ τύχῃ, οὐδεὶς θυμοῦται, οὐδὲ νουθετεῖ, οὐ δὲ διδάσκει, οὐδὲ κολάζει τοὺς ταῦτα ἔχοντας, ἵνα μὴ τοιοῦτοι ὦσιν, ἀλλ' ἐλεοῦσιν. οἷον τοὺς αἰσχροὺς, ἢ σμικροὺς, ἢ ἀσθενεῖς. τίς οὕτως ἀνόητος, ὥστε τι τούτων ἐπιχειρεῖν ποιεῖν; ταῦτα μὲν γὰρ ἴσασιν οἶμαι, ὅτι φύσει τε καὶ τύχῃ τοῖς ἀνθρώποις γίγνεται τὰ κακὰ καὶ τὰ ἐναντία τούτοις. ὅσα δὲ ἐξ ἐπιμελείας καὶ ἀσκήσεως καὶ διδαχῆς οἴονται γίγνεσθαι ἀγαθὰ ἀνθρώποις ἐάν τις ταῦτα μὴ ἔχῃ ἀλλὰ τἀναντία τούτων κακὰ, ἐπὶ τούτοις που οἵ τε θυμοὶ
D γίγνονται καὶ αἱ κολάσεις, καὶ αἱ νουθετήσεις, &c. Hunc locũ studiosorum causa trãstuli. Quæ .n. mala & uitia sibi homines existimãt uel à natura tributa esse, uel casu suscepta, ea nemo in ijs in quibus insunt, nec odio digna nec admonitiõe, nec doctrina, nec deniq; supplicio, ut ne tales sint iudicat, sed misericordia potius, quales sunt deformes, uel breues, uel imbecilli, & infirmi. Quis .n. adeo amẽs est, ut aliqd eorũ facere conetur? cũ præsertĩ sciat uel natura cõparata uel casu ut hæc quæ p=

nitiosa sunt, sic ea quæ his sunt contraria. At uero quæ disciplina, quæ exercitatione, quæ doctrina comparari putant, ea si bona sint, nec in aliquo esse animaduertant, sed contraria potius, tum eos odio dignos ducunt, eos admonent, & supplicio coercent. Si quis & hæc & alia quæ eodem in libro posita sunt, attendat & perpēdat, intelliget eadem illic à Platone, & hic ab Aristotele tractari.

Ingenium, εὐφυΐα.) de huius ui uocabuli in sexto libro proprius erit disserendi locus, quo loco ostendam ἀφυῆ à Platone dici eum, quem Latini tardum appellant.

Causas adiuuamus habituum, τῶν ἕξεων συναίτιοί πω αὐτοί ἐσμεν.) αἴτια causa, συναίτιος ut dicatur concausa, non hoc patitur latina oratio. Ego συναίτια dico quæ causas rerum adiuuāt & adiuuantia causarum, Ciceronis auctoritatem secutus, qui in libro de Vniuersitate transferens locum Platonis qui positus est E
in Timæo, ita conuertit. Locum utrunque coniungam, ut omnes intelligant, me libēter quæ didicerim, ei accepta referre unde hauserim. Hoc etiam conducet omnibus ad libros ex græca in nostram orationem trāsferendos. Verba Ciceronis hæc sunt, Atqui hæc omnia ex eo genere sunt, quæ rerum adiuuant causas, quibus utitur ministris Deus cùm optimi speciem quoad fieri potest, effecit. Sed æstimāt pleriq; non hæc adiuuantia causarũ, sed has ipsas esse omnium causas, quæ uim habeāt frigoris & caloris, cōcretionis & liquoris. Plato in Timæo, ταῦτ' οὖν πάντ' ἔστι τῶν συναιτίων, οἷς θεὸς ὑπηρετοῦσι χρῆται, τὴν τοῦ ἀρίστου κατὰ τὸ δυνατὸν ἰδέαν ἀποτελῶν. δοξάζεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων, οὐ συναίτια ἀλλ' αἴτια εἶναι τῶν πάντων ψύχοντα, καὶ θερμαίνοντα, πηγνύντα τε καὶ διαχέοντα. G
Qui locus Ciceronis me ut alia doceā, admonet. ψύχοντα & θερμαίνοντα, disertè ab eo exponi uidemus, quæ uim habent frigoris, & caloris, pro quibus barbara uocabula in philosophia inueterata sunt, frigefactiua & calefactiua. de quo genere supra satis multa dixi. κατὰ τὸ δυνατόν, quoad fieri potest. Ex ijsdē etiam locis facilè intelligi potest, interdum quæ exprimunt Græci uerbo quod Grammatici passiuum appellāt, in uerbum āctiuum esse transferēda. Nam quod Plato dicit, δοξάζεται δὲ ἀπὸ τῶν πλείστων, Cicero dicit, Sed æstimant pleriq;. quanquam puto legendum existimant. Codices alij etiam emendandi sunt, in quibus Ministerijs positum est pro, Ministris, Nam apud Platonē est ὑπηρετοῦσι. Hoc etiam notandum est, ab eo, δὲ, uersum esse, sed, quod plerisq; locis faciēdum est. Hoc etiam addam. illud συναίτια dici etiā à Cicerone causas adiuuantes, & αἴτια causas prin- H
cipales & perfectas, idque in libro de fato, Causarum enim, inquit, aliæ sunt perfectæ & principales, aliæ adiuuantes & proximæ.

CAP. VI.

TIMEMVS autem res eas omnes quæ formidolosæ sunt, φοβούμεθα δὲ δηλονότι τὰ φοβερά.) Græci ferè neutris adiectiuorum utuntur. Latini

A nunc neutris etiam utuntur, nūc fœmineis, adiecto rei nomine. φοβεῖσθαι quidem & timere dicitur, & metuere & reformidare, & uereri interdum, ex quo uerbo φοβερὸς ductum est, quod nomen aliàs alijs uerbis ex superioribus exprimi licet. Cicero 4. quæst. Tusc. fortitudo est igitur animi affectio legi summæ in perpetiēdis rebus obtemperans, uel conseruatio stabilis iudicij in eis rebus quæ formidolosæ uidentur, subeundis & repellendis, uel scientia rerum formidolosarum. Hic uocat τὰ φοβερὰ res formidolosas. Alio loco uocat terribiles res. Paradoxo secundo, Mors terribilis est ijs, quorum cum uita omnia extinguuntur, non ijs quorum laus emori non potest. Itaque Aristo. hoc ipso capite dicit, φοβερώτατον δ' ὁ θάνατος, quod sic transtuli, Omnium autem rerum nihil morte terribilius est, nihil acerbius.
B Nonnunquam τὸ φοβερὸν dicit horribile, & pertimescendum. ut epistola penul. primi lib. epistolarū famil. Tibíq; persuade præter culpam & peccatum homini accidere nihil posse, quod sit horribile aut pertimescendum. i. nihil homines debere pertimescere, præter culpam atque peccatum. Quibus uerbis adumbratum locum qui in hoc capite positus est, arbitror, πενίαν δ' ἴσως οὐ δεῖ φοβεῖσθαι οὐδὲ νόσον, οὐδ' ὅλως ὅσα μὴ ἀπὸ κακίας, μηδὲ δι' αὐτόν. i. ut ego interpretatus sum, Nec uero paupertas horribilis est aut pertimescēda, nec morbus, nec omnino quicquam præter culpam & quæ præstare poßimus. Audacius fortasse uidebor hæc transtulisse, οὐδ' ὅσα μὴ ἀπὸ κακίας, μηδὲ δι' αὐτόν. Sed tamen idē ualent quæ uerbum è uerbo exprimens, dicat aliquis. Nec omnino ea omnia, quæ non uitio & culpa eueniunt, nec quæ in aliquo sita sunt. Sed in alijs etiā perspiciamus quod di-
C ximus. τὰ δεινὰ, Cicero dicit ea quæ acerba sunt. & τὰ καλὰ, ea quæ præclara. I. de officijs, Nam & ea quæ eximia plerísq; & præclara uidentur, parua ducere, eáq; ratione stabili firmáq; contemnere, fortis animi magníque est. & ea quæ uidentur acerba, quæ multa & uaria in hominum uita fortunáq; uersantur, ita ferre ut nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapientis, robusti animi est magnæq; constantiæ. Idem dicit τὰ μεγάλα, res magnas, χαλεπὰ res arduas, συμφέροντα, res utiles, ἐπίπονα, res plenas laborum. eodem libro de officijs, Altera est res, ut cum ita sis affectus animo ut supra dixi, res geras magnas illas quidem & maximè utiles, sed uehementer arduas plenásq; laborum & periculorum. Aristotelis est penè idem locus in. 6. lib. huius operis. διὸ Ἀναξαγόραν
D καὶ Θαλῶ καὶ τοὺς τοιούτους σοφοὺς μὲν, φρονίμους δ' οὔ φασιν εἶναι, ὅταν ἴδωσιν ἀγνοοῦντας τὰ συμφέρονθ' αὑτοῖς, καὶ περιττὰ μὲν καὶ θαυμαστὰ καὶ χαλεπὰ, καὶ δαιμόνια εἰδέναι αὐτούς φασιν, ἄχρηστα δ' ὅτι οὐ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ ζητοῦσιν. id est, Quocirca Anaxagorā, Thalem cæterósq; tales sapientes nominant, prudentes non item. cum eos cernant, eas res quæ ipsis utiles sint, ignorare. Quos eosdem tenere ac scire aiunt res minus neceßarias illas quidē & admirabiles, uehementer arduas & diuinas, sed inutiles, q̃ ea non quærāt, quæ

hominum uitæ conducant. Ac ne longior ponatur oratio in re minime fortaſſe dubia, hunc locum tandem ſic concludamus, ut intelligamus neutra adiectiuorum, quibus Græci utuntur ſæpiſſimè, duobus his modis exprimenda eſſe, nunquam neutris ſimpliciter. i ſine adiunctione, niſi forte adiectiuum nomen omnia addatur: ut Cic. fecit cum plæriſq; alijs locis tũ in lib. de Vniuerſitate, Sed cum ſoliditas mũdo quæreretur, ſolida autem omnia uno medio nunquam duobus ſemper copulentur, ita contigit, ut inter ignẽ & terram, aquam Deus aëremq; poneret. Nam apud Platonem eſt tantũmodo στερεὰ, id eſt ſolida. hæc enim ſunt eius uerba ex Timæo, quæ Cicero hic conuertit. νῦν δὲ στερεὸν γὰρ αὐτὸ προσῆκεν εἶν, τὰ δὲ στερεὰ, μία μὲν οὐδέποτε, δύο δὲ ἀεὶ μεσότητες συναρμόττουσι. οὕτω δὴ πυρός τε καὶ γῆς ὕδωρ ἀέρα τε ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θείς. Illud addam, φοβεῖσθαι ὕβριν καὶ φθόνον περὶ παῖδας καὶ γυναῖκα, eſſe id quod dicimus, Timere liberis & uxori uim & inuidiam. Ariſtot. hoc cap. οὐδ' εἴ τις ὕβριν περὶ παῖδας καὶ γυναῖκα φοβεῖται, ἢ φθόνον, ἤ τι τῶν τοιούτων, δειλός ἐστι, id eſt, Nec ſi quis liberis & uxori uim timeat, uel inuidiam, uel aliquid eiuſdem generis, timidus & ignauus putandus eſt. E F

Itaq; metum definiunt, mali expectationem, διὸ καὶ τὸν φόβον ὁρίζονται προσδοκίαν κακοῦ. Sic definit Cicero 4. lib. Tuſc. quæſt. Et ſi ſpes eſt expectatio boni, mali expectationem eſſe neceſſe eſt metum. προσδοκία expectatio dicitur. quibuſdam etiam locis ἐλπὶς debet dici expectatio, præſertim ſi ponatur in plurali numero.

Sunt enim qui in periculis bellicis ignaui ſint ac timidi, ijdem liberales & ad largiendum paratiſſimi. ἔνιοι γὰρ ἐν τοῖς πολεμικοῖς κινδύνοις δειλοὶ ὄντες, ἐλευθέριοί εἰσι καὶ πρὸς χρημάτων ἀποβολὴν εὐθαρσῶς ἔχουσι. Hunc locũ Cic. attingit obſcurius in 1. de officijs, Sunt enim qui in rebus contrarijs parum ſibi conſtant: uoluptatem ſeueriſſime contemnant, in dolore ſint molliores. gloriam negligant, frangantur infamia. G

Præſertim cum omnium rerum ſit extremum, quod ultra iam nullo in malo aut bono ſunt mortui, πέρας γὰρ, καὶ οὐδὲν ἔτι τῷ τεθνεῶτι δοκεῖ οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν εἶναι.) Cic. lib. 6. epiſtolarum familiarium ad Toranũ, Nunc uerò euerſis omnibus rebus cum conſilio proficí nihil poſſit, una ratio uidebitur quicquid euenerit, ferre moderatè, præſertim cum omnium rerum mors ſit extremum. Idem 1. quæſt. lib. Tuſc. Conceſſeras enim nullo in malo mortuos eſſe. Quanquam hoc Ciceronis græce poteſt dici ἔχειν τι κακόν. Itaq; proferam locũ Platonis ex apologia Socratis quem Cicero conuertit primo lib. Tuſc. quæſt. ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν οὔτε ζῶντι οὔτε τελευτήσαντι. Nõ eſt dubium quin eadem ſit ratio dicendi, qua utitur Plato, & qua Ariſtoteles, Nam alter dicit, οὐκ ἔστιν κακὸν οὐδὲν τελευτήσαντι, Ariſtoteles τεθνεῶτι. Nunc quemadmodũ hunc Platonis H

A locum Cicero cōuerterit, uideamus. Hæc sunt uerba eius. Nec enim unquam bono
quicquam mali euenire potest, nec uiuo nec mortuo. Quare pro eo quod posui,
hoc licet dicere.

Illos mortem non timere docuit exercitatio, οἱ δὲ εὐέλπιδές εἰσι παρὰ τὴν
ἐμπειρίαν.) εὐέλπιδας εἶναι πρὸς τὸν θάνατον; Cicero conuertit non timere
mortem. 1.lib. Tusc. quæst. Ne uos quidem iudices, ij qui me absoluistis, mortem ti=
mueritis. Platonis uerba transtulit ex apologia Socratis, ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς χρή, ὦ ἄν
δρες δικασταί, εὐέλπιδας εἶναι πρὸς τὸν θάνατον. Qui me locus admonuit, ut
ita conuerterem. Cicero, ni fallor, etiam hoc dicit, Fidenti esse animo. eodem lib.
Quorum similitudinem aliquam qui arripuerit, non eam fama populari, sed uera
bonorum laude metiēs, fidenti animo, si ita res fert, gradietur ad mortem. Illud au
B tem quod Cicero dicit in eo loco, quem modo protuli, Si ita res fert, Græci dicunt,
εἰ οὕτως ἔτυχε. Vt Aristot. hoc 3. libro cap. 4. ἄλλῳ δὲ ἄλλως φαίνεται, καὶ εἰ οὕ=
τως ἔτυχε, τἀναντία. id est, Alij autem aliud uidetur, & si ita res fert, etiam
contraria. Contrarium autem illius εὔελπις, est δύσελπις. i. qui diffidit, & de=
sperat. Aristot. proximo capite δύσελπις δή τις ὁ δειλός. Affectio superioris
dicitur εὐελπιστία, id est, confidentia.

Qui autē nimis confidit ijs in rebus quæ terrorem afferunt, ὁ δὲ τῷ θαῤῥεῖ
ὑπερβάλλων περὶ τὰ φοβερά.) θαῤῥεῖν cōfidere, fidere. Idē ualet θαρ=
σύνεσθαι, quo utitur hoc ipso cap. éstque contrarium eius φοβεῖσθαι. Quod Cic.
docet 3. Tusc. quæst. Qui fortis est, idem est fidens, quoniam confidens mala con
C suetudine loquendi in uitio ponitur, ductum uerbum à confidendo quod laudis est.
Qui autē est fidens, is profecto nō extimescit. Discrepat enim à timendo confide=
re. Illud enim discrepat, dicit pro contrariū est, aliter enim nō probaret sumptionē,
Qui est fidens, is non extimescit.

CAP. VII.

APVD quos ignaui inglorij sunt, fortes honorati, παρ' οἷς οἱ δειλοὶ ἄτι
μοι, οἱ δὲ ἀνδρεῖοι, ἔντιμοι.) hoc genus supra docui à Cice. conuerti, apud
quos in honore & precio, apud quos dedecori est. quod etiam, hic libenter po=
suissem, nisi hæc duo uerb, aquæ aliquot locis apud Ciceronem usitata sunt, reuo=
canda, & quasi postliminio latinæ linguæ restituenda censuissem. Longa est ora=
tio Ciceronis in 1. de legibus, cuius hoc est principium, Nam & uoluptate capiun
D tur omnes. in cuius extrema hæc leguntur, Proptérque honestatis & gloriæ simi=
litudinem, beati qui honorati sunt, uidētur: miseri autē qui sunt inglorij. In lib. de
senect. Nusquam enim tantum tribuitur ætati, nusquam est senectus honoratior. In
neutro autem genere paulo antè quæ Græci dicunt τὰ ἔντιμα, appellat honora=
bilia. Hæc enim ipsa sunt honorabilia quæ uidentur leuia atq; communia, salutari,
appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consuli.

Quales Homerus facit Diomedem & Hectorem, τοιούτους δὲ καὶ ὅμηρος

ποιεῖ, οἷον τὸ Διομήδη καὶ τὸ Ἕκτορα.) Hoc genus dicendi etiam à Græcis mu- E tuati sumus. Cic. 1. Tusc. quæst. Quæ est igitur eius oratio qua facit eum Plato usum apud iudices iam morte mulctatum.

Eorũ in numerũ ascribere licet, τάξαι δ' ἄν τις εἰς ταυτό.) τάττειν εἰς ταὐτὸ id esse arbitror quod Cice. dicit ascribere in eorum numerum. ut 2. Philip. Tu uerò ascribe me talem in numerum. i. εἰς τοιοῦτο τάξον. Illud etiam eodẽ pertinet, quo in hoc cap. utitur Arist. καὶ τὸν θυμὸν ἐπὶ τὴν ἀνδρείαν ἐπιφέρουσι. Cice. mihi uidetur hoc genus expressisse, 1. de finib. Vt enim æquè doleamus animo cum corpore dolemus, fieri tamen permagna accessio potest, si aliquod æternum & infinitum impendêre malũ nobis opinemur, quod idem licet transferre in uoluptatẽ.

Non fortissimo quisque & maximo animo maximè ad bellum idoneus est: οὐχ F οἱ ἀνδρειότατοι μαχιμώτατοι εἰσί.) De hoc genere dicendi supra diximus.

Cum periculum impendet, ὅταν ὑπερτείνῃ ὁ κίνδυνος.)

Et mors tali saluti anteponenda, καὶ ὁ θάνατος τῆς τοιαύτης σωτηρίας αἱρετώτερος.

Se periculis obijciebant. ἐκινδύνευον.) Superiore cap. dixit, βουλόμενοι πρὸ τῶν κινδύνων κινδυνεύειν. Ita κινδυνεύειν est quod Cicero dicit alias obijcere, aliàs offerre se periculis, primo de offic. Sed fugiendum etiam illud est, ne offeramus nos periculis sine causa, quo nihil stultius esse potest. Cui simile est quod hoc cap. Aristot. dicit, ὁρμᾶν πρὸς τὸν κίνδυνον, οὐ δή ἐστιν ἀνδρεία διὰ τὸ ἀλγηδόνος ἢ θυμοῦ ἐξελαυνόμενα πρὸς τὸν κίνδυνον ὁρμᾶν.

Qui ira incitati tanquã belluæ toto impetu in eos feruntur, qui uulnerarint, G οἱ διὰ θυμὸν ὥσπερ τὰ θηρία ἐπὶ τοὺς τρώσαντας φερόμενοι.) φέρεσθαι διὰ θυμὸν ἐπί τινα, dico ferri toto impetu ira incitatum in aliquem. Nam illud φέρεσθαι nunquam simpliciter dicitur ferri in hoc genere. Quod idem dicit facere impetum in aliquem ira incitatũ, in 1. de officijs, Nam qui iniustè impetum in quẽpiam facit, aut ira aut alia perturbatione incitatus, is quasi manus uiolenter uidetur afferre socio. Quod etiam Aristoteles hoc cap. dicit, προσέρχεσθαι. ἐπεὶ ἄν γ' ἐν ὕλῃ ᾖ ἢ ἐν ἕλει ᾖ, οὐ προσέρχονται. loquitur de belluis. i. Nam si sint in pastu occupatæ uel in lustris, iam non faciunt impetũ in quenquam. Sed quoniam de illa ratione dicendi quæ apud Græcos est usitatissima, hic mentionẽ feci, quam accusandi casu exprimunt adiecta διὰ præpositione, hic non est alienũ quibus modis H Cicero hoc genus transferre soleat, exponere. ergo διὰ θυμὸν, & διὰ πάθος, ira incitatum dicitur, quæ nostra est ratio dicendi. Nam Græci illud διὰ θυμὸν solum dicunt. Itaq; in alijs nominibus idẽ licet dicere, ut διὰ φόβον ποιεῖν τι. i. metu inductum facere quippiã, uel ductũ, uel impulsum. In hoc genere Latini sæpe uerbum è uerbo exprimẽtes, dicũt propter metum, propter auaritiã, & alia eiusdem generis. Cic. 3. Tusc. quæst. Sed quia nec qui propter metum præsidiũ, quod

A est ignauiæ, nec qui propter auaritiam clam depositũ non reddidit, quod est iniu=stitiæ, nec qui propter temeritatem male rem gesit, quod est stultitiæ, frugi appel=lari solet. eas tres uirtutes, fortitudinem, iustitiam, prudẽtiam, frugalitas est cõple=xa. Aristot 5. huius operis, cap. 2. κατὰ μὲν γοῦν τὰς ἄλλας μοχθηρίας ὁ ἐνερ=γῶν, ἀδικεῖ μὲν, πλεονεκτεῖ δ' οὐδέν. οἷον ὁ ῥίψας τὴν ἀσπίδα διὰ δειλίαν, ἢ ὁ κακῶς εἰπὼν διὰ χαλεπότητα, ἢ οὐ βοηθήσας χρήμασι δι' ἀνελευθερίαν. Interdum illud διὰ Cicero dicit per, nec nisi semel inuenire potui, idq; in 4. Tu=scul. quæst. extremo. Quomodo autẽ si naturalis esset ira, alius alio magis iracũdus esset? aut finem haberet prius q̃ esset ulla ulciscendi libido, aut quenquam pœni=teret, quod fecisset per iram? Quod uerbum è uerbo dicit Aristot. ποιεῖν διὰ θυ=μόν. Cicero alio etiam modo hoc genus transfert auferendi casu, nullo addito par

B ticipio. ut 1, lib. de offic. Sed in omni iniustitia permultum interest, utrum pertur=batione aliqua animi, quæ plerunque breuis est & ad tempus, an consulto & cogi=tato fiat iniuria. Paulo post, Sunt etiam qui aut studio rei familiaris tuendæ, aut odio quodam hominum suum se negotium agere dicant, ne facere cuiquam uidean=tur iniuriam. Quanquam Græci per datiuum etiã hoc genus exprimunt. Aristot. enim dicit, θυμῷ & ὀργῇ ποιεῖν, quod supra ostendi eum dicere, διὰ θυμὸν ποιεῖν. ut 5. lib. huius operis, cap. 8. οὐ γὰρ ἄρχει ὁ θυμῷ ποιῶν, ἀλλ' ὁ ὀρ=γίσας. & in 7. lib cap. 6. ἔτι οὐδεὶς ὑβρίζει λυπούμενος, ὁ δ' ὀργῇ ποιῶν, πᾶς ποιεῖ λυπούμενος. Ibidem ultimo cap. 10. huius operis, οἱ γὰρ πολλοὶ ἀνάγκῃ μᾶλλον, ἢ λόγῳ, πειθαρχοῦσι, καὶ ζημίαις ἢ τῷ καλῷ. Ibidem,

C οὐ γὰρ πεφύκασιν αἰδοῖ πειθαρχεῖν ἀλλὰ φόβῳ. Quapropter hoc postre=mum transferendi genus quo Ciceronẽ usum paulo ante demonstraui, ad hoc Græ=corum accomodandum est.

Concitationem animi & impetum, τὴν τοῦ θυμοῦ ἔγερσιν καὶ ὁρμήν.) ἐγεί=ρω, excito, & concito. Cic. 3. Tusc. quæst. Magna uis est in uirtutibus, eas excita si forte dormiunt. In 2. Ira exardescit, libido excitatur, in eandẽ arcem confugiendũ est, eadem sunt arma sumẽda. hinc ἔγερσις θυμοῦ, animi cõcitatio. Idẽ in 4. Cum autem hic feruor cõcitatióq; animi inueterauerit, & tanq̃ in uenis medullísq; in=sederit, tum existit & morbus & ægrotatio. ὁρμὴ autẽ uerbum Stoicorũ à Cice. multis locis appetitus & appetitio nominatur. Aristot. quantum equidem intelli=

D gere & consequi potui, nunquam eo uerbo in eam rem utitur, sed pro eo dicit mo=do ὄρεξιν, modo ἐπιθυμίαν, modo ἔφεσιν. ὁρμὴν autem hic appellat impe=tum animi, Cicero secundo libro quæstionum Tusculan. Ex hoc cursu atque im=petu animorum ad ueram laudem atque honestatem, illa pericula adeuntur in prælijs, non sentiunt uiri fortes in acie uulnera. Itaq; ὁρμᾶν uocat concitari, im=pelli, cæco quodam quasi impetu ruere, ferri, & rapi. ut in 7. huius operis, cap. 6. οὕτως ὁ θυμὸς διὰ θερμότητα καὶ ταχύτητα τῆς φύσεως ἀκούσας μὲν,

οὐκ ἐπίταγμα δὲ ἀκούσας ὁρμᾷ πρὸς τὴν τιμωρίαν. i. Sic ita feruore & festinatione inflammata, audit illa quidem rationẽ, sed præscriptione non intellecta rapitur ad ultionem. Cic. 1. de offic. lib. Itaque illa tria quæ proposita sunt ad gloriam, omnia iusticia conficit, & beneuolentiã, quòd prodesse uult plurimis, & ob eãdem causam fidem & admiratione habet, quòd eas res spernit & negligit, ad quas plæriq; inflammati auiditate rapiuntur.

Non igitur quidem fortitudo est, dolore & iracundia inflammatum, sese temerè offerre periculis, nihil eorum quæ molesta & aspera interueniunt, prouidẽtem. Nam isto modo quidem licet dicere fortes asinos cũ esuriũt, quòd ne uerberibus quidem à pastu deterrẽtur: & adulteri multa faciũt audacius, οὐ δή ἐστιν ἀνδρεία διὰ τὸ ἀλγηδόνος καὶ θυμοῦ ἐξελαυνόμενα πρὸς τὸν κίνδυνον ὁρμᾶν, οὐθὲν τῶν δεινῶν προορῶντα. ἐπεὶ οὕτω γε κἂν οἱ ὄνοι ἀνδρεῖοι εἶεν πεινῶντες. τυπτόμενοι γὰρ οὐκ ἀφίστανται τῆς νομῆς, καὶ οἱ μοιχοὶ δὲ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν, τολμηρὰ πολλὰ δρῶσι.) Hunc locum expressit Cicero lib. 4. Tusc. quæst. Nõ igitur quidem desiderat fortitudo aduocatam iracundiam. satis est instructa, parata, armata per sese. Nam isto modo quidem licet dicere utilem uinolentiam ad fortitudinem, utilem etiam dementiã, quòd & insani & ebrij multa faciunt uehementius. Illud autem τυπτόμενοι γὰρ &c. Exposuit ferè totum in 5. de finib. Videmúsne ut pueri ne uerberibus quidem à contemplandis rebus perquirendísque deterreantur? Quam transferendi rationem diligenter notare debemus. Ita ἀφίστασθαι cum genitiuo, par est nostro illi generi quod tam crebro Cicero usurpat, Deterreri ab aliqua re. Quo modo conuerti interdum debet ἀπέχεσθαι, ut Cicero fecit in 1. lib. de legibus, Quòd si pœna, si metus supplicij, non ipsa turpitudo deterreret ab iniuriosa facinorosaq; uita, nemo est iniustus, at incauti potius habendi sunt improbi. Aristot. extremo cap. 10. lib. huius operis, οὐ γὰρ πεφύκασιν αἰδοῖ πειθαρχεῖν, ἀλλὰ φόβῳ, οὐδ᾽ ἀπέχεσθαι τῶν φαύλων διὰ τὸ αἰσχρὸν, ἀλλὰ διὰ τὰς τιμωρίας. Idem uerbum etiam arcere significat. Cice. 1. de legib. Quòd si homines ab iniuria, pœna non natura arcere deberet, quænam solicitudo uexaret impios sublato suppliciorũ metu? Nã id ipsum significare idem quod abstinere, notius est quàm ut probatione egeat. Cicero 2. lib. de finib. Nam nec uir bonus ac iustus haberi debet, qui ne malum habeat, abstinet se ab iniuria. Illud autẽ ἀφίστασθαι etiam remouere se & discedere & recedere dicitur. Cicero 1. lib. de officijs, Multi autem & sunt & fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatem expetentes, à negotijs publicis se remouerunt, ad ociúmque profugerunt. Qui Cicero, locũ hunc qui sequitur Aristotelis magna ex parte exprimit. Scribit enim cap. 3. quarti huius operis, his ferè uerbis, ἀφίστανται δὲ ὑπὸ τῶν πράξεων τῶν καλῶν ἢ ἐπιτηδευμάτων, ὡς ἀνάξιοι ὄντες. Cicero eodẽ libro paulo post locum eũ quem modò protulimus, Quapropter & his forsitan concedendum sit Rempub. non ca

E F G H

A pessentibus, qui excellenti ingenio, ocio doctrinæq; sese dediderunt, & ijs qui aut ualetudinis imbecillitate, aut aliqua grauiore causa impediti, à Rep. recesserunt. Hoc loco tradi est melius genus dicendi, quod & Cicero, ut pleraq; alia, est mutuatus à Græcis, & ego his libris sum persecutus. Locos igitur Ciceronis aliquot proferam, quò facilius genus hoc quod dico, intelligatur. Scribit in 3, de officijs his ferè uerbis, Quæ quidem cōtemnere & pro nihilo ducere, cōparantem cum utilitate cōmuni, magni animi est & excelsi. Paulo post, Itémq; magis est secundum naturam pro omnibus gentibus, si fieri posset, cōseruandis ac iuuandis maximos labores molestiasq; suscipere, imitantes Herculem illum, quē hominum fama beneficiorum memor in concilio cælestium collocauit, quàm uiuere in solitudine, non modo
B sine ullis molestijs, sed etiam in maximis uoluptatibus, abundantem omnibus copijs, ut excellas etiam pulchritudine & uiribus. De natura deorum lib. 3. Miserum est enim nihil proficiētem angi, nec habere ne spei quidem extremum. Nunc quo facilius omnes perspiciant quemadmodum hoc Græci dicant, græca conferamus cum latinis. In fine eius capitis quod nunc exponimus, ita loquitur Aristot. διὸ καὶ ἀνδρειότερον δοκεῖ εἶναι, τὸ ἐν τοῖς αἰφνιδίοις φόβοις, ἄφοβον καὶ ἀτάραχον εἶναι, ἢ ἐν τοῖς προδήλοις. Eodem pertinet locus quem hic interpretamur, qui me ut hoc genus hic potissimum tractarem, admonuit. Idem 1. cap. huius 3. lib. ἔνια δ' ἴσως οὐκ ἔστιν ἀναγκασθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποθανατέον παθόντα τὰ δεινότατα. Cicero sæpius hoc genere utitur, cum in oratione ponitur licet, quod par est uerbo Græcorū ἔστι, cum infinito modo. In libro de amicit. Deinde non so-
C lū ab aliquo oblatas criminationes depellere, sed ne ipsum quidē esse suspiciosum, semper aliquid existimantem ab amico esse uiolatū, id est boni uiri s. Hæc sunt eius uerba posita in 1. de offic. lib. Hæc præscripta seruantē, licet magnificè, grauiter, animoséq; uiuere. In hoc loco unus solum accusandi casus ponitur. In eo qui sequitur quatuor, ut genus dicendi alienius esse uideatur. Est autem apud eūdem in 2. de officijs, Cum autem non poßint ne multi quidem aut iurisperiti eße aut diserti, licet tamen opera prodeße multis, beneficia petentem, cōmendantem iudicibus, magistratibus inuigilantem, pro re alterius, eos ipsos qui aut consulunt, aut defendūt, rogantem. Aristot. 1. cap. lib. 4. huius operis, sic quatuor casus quos accusatiuos uocant, adhibet, πλουτεῖν δ' οὐ ῥᾴδιον τὸν ἐλευθέριον, μήτε ληπτικὸν ὄντα μήτε
D φυλακτικόν, προετικὸν δὲ, καὶ μὴ τιμῶντα δι' αὑτὰ τὰ χρήματα, ἀλλ' ἕνεκα τῆς δόσεως. hos casus seruaui in eo transferendo loco. Difficile est autem liberalem locupletem esse, nec accipientem aliunde, nec sua custodientē, quin etiā largientē pecuniamq; nō propter se amantem, sed ad beneficentiam liberalitatéq; conferentem.

CAP. VIII.

NAM quiijs in rebus animi perturbatione uacat. ὁ γὰρ ἐν τούτοις ἀτάρα-
χος.) ταραχὴ pertubatio, ἀτάραχος, qui uacat perturbatione. Itaque in
fine superioris cap. dixit ἀτάραχον εἶναι. i. animi perturbatione uacare. hæc oīa
nomina quibus, α, priuãs præponitur, ut ἄφοβος, ἀδεής, & alia eiusdem generis
sic exponuntur à Cicerone, uacuus, uel qui uacat, uel qui caret, uel liber. Quomo
do etiam exponi debet illud genus dicẽdi, ἄνευ φόβου εἶναι, & alia generis eius-
dem. Cicero de Vniuersitate, Nihil porro igni uacuũ uideri potest, nec uero tan-
gi quod careat solido, solidum autẽ nihil quod terræ sit expers. Platonis uerba ex
Timæo proferam quæ his Cicero cõuertit, ut res intelligatur, χωρισθὲν δέ τε πυ-
ρὸς οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο, οὐδὲ ἁπτὸν ἄνευ τινὸς στερεοῦ, στερεὸν δὲ οὐκ
ἄνευ γῆς. Nam alia genera adeo usitata & crebra sunt apud eundẽ, ut res pro- F
batione non egeat. Sed tamen non erit alienum eiusmodi proferre, in quo uerbum
græcum eius generis interpretatur, lib. 5. de finibus, & sæpe ἀθαμβίαν appellat. i.
animum terrore uacuum.

CAP. IX.

NISI fortuitu, πλὴν κατὰ συμβεβηκός.) Equidem fateor diu multũq; me in
Ciceronis libris uersatum esse, ut hoc genus, κατὰ συμβεβηκὸς quod alij inscite
interpretantur, per accidens, possem ab eo expositum inuenire. Tribus ergo modis
reperi ab eo esse id dictum, temere, casu, fortuito seu fortuitu. In 4. Academic.
quæst. Non enim fortuito hunc artificem dicemus esse, illum negabimus, sed cum al-
terum percepta & cõprehensa tenere uidemus, alterum non item. Illud fortuito
dico τύχῃ siue διὰ τύχην, & κατὰ συμβεβηκός. G

Quôd ex his redeant in memoriã cupiditatum, ὅτι διὰ τούτων ἀνάμνησις
γίνεται αὐτοῖς τῶν ἐπιθυμιῶν.) Hunc locũ ut sic interpretarer, me admo-
nuit Cic. ille locus positus in lib. de senect. Nec sepulcra legens uereor (quod aiũt)
ne perdam memoriam, His enim legendis redeo in memoriã mortuorum. Nam si
uerbum è uerbo exprimens dicam, Quod propter eas recordatio fit uel oritur cu
piditatũ, & inepta oratio, nec satis latina uidebitur. Itaq; malim dicere, subit eos
recordatio. Nam ἀνάμνησις recordatio dicitur à Cicerone, non reminiscentia,
quanquam ἀναμιμνήσκεσθαι dicat & recordari & reminisci. Quod quo fa-
cilius intelligi possit, proferam locum Platonis qui positus est in lib. qui inscribitur
Phædon & in eo qui Menon, quẽ ipse Cicero cõuertit. Primùm ex Menone, ὥστε
οὐδὲν θαυμαστὸν καὶ περὶ ἀρετῆς καὶ περὶ ἄλλων οἷόν τε εἶναι αὐτὴν ἀναμνη- H
σθῆναι, ἅ γε καὶ πρότερον ἠπίστατο. Paulo post, τὸ γὰρ ζητεῖν ἄρα καὶ τὸ
μανθάνειν, ἀνάμνησις ὅλον ἐστί. Paulo etiam infrà; Ναί, ὦ Σώκρατες, ἀλλ'
ἁπλῶς λέγεις τοῦτο, ὅτι οὐ μανθάνομεν, ἀλλὰ ἣν καλοῦμεν μάθησιν,
ἀνάμνησίς ἐστι. In Phædone, καὶ μὴν ἔφη ὁ Κέβης, ὑπολαβών, καὶ κατ'
ἐκεῖνόν γε τὸν λόγον, ὦ Σώκρατες, εἰ ἀληθής ἐστιν, ὃν σὺ εἴωθας θαμὰ λέ-

A γειν, ὅτι ἡμῖν ἡ μάθησις οὐκ ἄλλο τι, ἢ ἀνάμνησις τυγχάνει οὖσα, καὶ κατὰ τοῦτον ἀνάγκη που ἡμᾶς ἐν προτέρῳ τινὶ χρόνῳ μεμαθηκέναι ἃ νῦν ἀναμιμνησκόμεθα. τοῦτο δὲ ἀδύνατον, εἰ μὴ ἦν που ἡμῶν ἡ ψυχὴ, πρὶν ἐν τῷδε τῷ ἀνθρωπίνῳ εἴδει γενέσθαι. Paulo post, ἑνὶ μὲν λόγῳ, ἔφη ὁ Κέβης καλλίστῳ, ὅτι ἐρωτώμενοι οἱ ἄνθρωποι ἐάν τις καλῶς ἐρωτᾷ, αὐτοὶ λέγουσι πάντα, ᾗ ἔχει. καίτοι εἰ μὴ ἐτύγχανεν αὐτοῖς ἐπιστήμη ἐνοῦσα καὶ ὀρθὸς λόγος, οὐκ ἂν οἷοί τ' ἦσαν τοῦτο ποιεῖν. Cicero in 1. lib. Tuscul. quæst. hos duos Platonis locos tractat. Habet primum memoriam & eam infinitam rerũ innumerabilium. quam quidẽ Plato recordationem esse uult uitæ superioris. Nam in illo lib. qui inscribitur Menon, pusionẽ quendã Socrates interrogat quædã geometrica
B de dimensione quadrati. Ad ea sic ille respondit ut puer, & tamẽ ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eo perueniat, quasi geometrica didicisset, ex quo effici uult Socrates, ut discere nihil aliud sit, quàm recordari. Quem locũ multo etiam accuratius explicat in eo sermone quem habuit eo ipso die, quo excessit è uita. Docet enim quenuis, qui omnium rerum rudis esse uideatur, bene interroganti respondentem, declarare, se non tũ illa discere, sed reminiscendo recognoscere. Et paulo post, Ita nihil aliud est discere, nisi recordari. In lib. de senect. Magnóq; esse argumento, homines scire pleraq; anteq̃ nati sint, q; iam pueri cum artes difficiles discant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eas non tum primum accipere uideãtur, sed reminisci & recordari. Quod autem dixit supra, Recognoscere, Plato in Phædone appellat ἀναλαμβάνειν. Ex his locis perspici po-
C test, quod Plato nominandi casu dicit, Ciceronem infinitis uerbis explicare. id quod eo fecit q; μάθησιν in hoc genere non rectè disciplinã dici putauit.

Est enim in gustatu saporum iudicium, τῆς γὰρ γεύσεώς ἐστιν ἡ κρίσις τῶν χυλῶν.) Cic. 4. lib. Academ. quæst. Quid de tactu & eo quidem quẽ philosophi interiorem uocant, aut doloris aut uoluptatis, in quo Cyrenaici solo putant ueri esse iudicium, quia sentiatur? Cic. sæpius dicit gustatũ q̃ gustum. Ibidem paulo ante, Nihil necesse est de gustatu & odoratu loqui, in quibus intelligẽtia & si uitiosa, est quædam tamen. Idem 2. de nat. Deorum, Gustatus præclare septus est, ore enim continetur & ad usum apte & ad incolumitatis custodiam.

Quæ iure ut maximũ probrum obiectatur, καὶ δόξειεν ἂν δικαίως ἐπονείδιστος.) ὀνειδίζειν enim ferè solet Cic. conuertere ut probrum & uitium obijcere &
D obiectare, uel uitio dare. Nam ὄνειδος ex quo ductum est ὀνειδίζειν, probrũ dicitur, & crimen, & uitium. Cic. in Salustium, Quid enim mentiri turpe duces, qui ausus sis eloquentiam ut uitium obijcere? Paulo post, Quæ si tu mihi ut uitia obijcis, temeritas tua reprehendetur, non mea uitia culpabuntur.

Neq; enim libidinosorum tactus toto corpore æquabiliter fusus est, οὐ γὰρ περὶ πᾶν τὸ σῶμα ἡ τοῦ ἀκολάστου ἁφή.) uerba sunt Ciceronis quæ in 2. de natura Deorum posita sunt, Tactus autem toto corpore æquabiliter fusus est.

eiusdem naturæ detorsit à latere in dextram partem, hanc autem citimam à media E
linea direxit ad leuam. Nō possum silentio præterire genus dicēdi elegantissimum, quod ex Timæo Platonis Cicero disertissimè interpretatus est. Quod enim ille dicit, κατὰ νοῦν γίγνεσθαι, hic interpretatur, ex mente gignere. Vtriusque uerba subijciam, & primum Platonis, ἐπεὶ δὲ κατὰ νοῦν τῷ ξυνιστάντι πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς ξύστασις ἐγεγένητο, μετὰ τοῦτο πᾶν τὸ σωματοειδὲς ἐντὸς αὐτῆς ἐτεκταίνετο, καὶ μέσον μέσῃ ξυναγαγὼν προσήρμοττεν. Cicero autem hunc conuertēs locum, passiuum ita in actiuum trāstulit. Animū igitur cum ille procreator mundi Deus ex sua mēte & diuinitate genuisset, tum deniq; omne quod erat concretum atque corporeū substernebat animo, interiúsq; faciebat, atque ita mediæ mediam accommodās copulabat. Ibidem quod ille dicit, καθ' ὅσον ἂν ἐθέλωσι. hic exponit, eátenus, quoad ipsi uolunt, addens scilicet eátenus, quod par est græco εἰς τοσοῦτον. F
Verba Platonis hæc sunt, ἐπεὶ δ' οὖν πάντες ὅσοι τε περιπολοῦσι φανερῶς καὶ ὅσοι φαίνονται καθ' ὅσον ἂν ἐθέλωσι θεοὶ γένεσιν ἔσχον, λέγει πρὸς αὐτοὺς, ὁ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας, τάδε. Cicero sic, Quando igitur omnes & qui mouentur palamq; ostenduntur, & qui eátenus nobis declarantur, quoad ipsi uolunt, creati sunt, tum ad eos is Deus qui omnia genuit, fatur hæc. In omnibus codicibus deprauatè legitur, quo pro quoad. ego enim collatione Græcorum & Latinorum, plures locos & Græcos Platonis emendaui, & Ciceronis Latinos. Nam illud κατὰ nōnunquam idem ualere quod quoad, facilè hinc intelligi potest, quod Platonis illud κατὰ τὸ δυνατὸν transfert quoad fieri potest, cui generi interdum addit, eius, ut dicat, quoad eius fieri potest. Verba Platonis & Ciceronis alio loco protuli, quo G
συναίτιος quomodo transferri oporteret, explicaui. κατὰ etiam pro efficit & ualet, ut in hoc dicendi genere Græcorum κατ' ἀξίαν. i. pro dignitate.

Expletio enim, ἀναπλήρωσις γάρ.) Cæteri dicunt ἀναπλήρωσιν repletionem, & ἀναπληροῦν replere, quæ duo, barbara sunt uocabula. pro his Cicero dicit, expletionem, completionem, cōplere, explere. Paradoxo 1. Neq; enim unquā expletur nec satiatur cupiditatis sitis. In 1. de finibus, Quæ enim cupiditates à natura proficiscuntur, facile explentur sine ulla iniuria. In 5. Quod si non sensus ei modo sit datus, uerum etiam animus hominis, non necesse est & illa pristina manere & tuenda, & inter hæc multo esse chariora quæ accesserint, animique optimam quāq; partem charissimam, in eaq; expletione naturæ summi boni finem con H
sistere, cum longè multumq; præstet mens atq; ratio?

CAP. XI.

Ac dolor quidem naturam eius in quo est ex sua sede & statu dimouet, ac labefactat, καὶ ἡ μὲν λύπη ἐξίστησι καὶ φθείρει τὴν τοῦ ἔχοντος φύσιν.) De hoc dicendi genere supra diximus. Hoc tantū addam, τὴν φύσιν mihi uideri posse dici mentem, ut νοῦν naturam.

A Est inter hæc enim quædam similitudo, ἔχουσι γάρ τινα ὁμοιότητα.) Verba sunt Ciceronis, ex secundo Tusculanarum quæstionum.

Nimiúmque exultat ac luxuriat, καὶ πολλὴν αὔξησιν ἔχει.) Ita hoc mihi uidetur exponendum, nisi fortè uelimus dicere, quod amplificatum est. ut Cicero 4. Tusculan. quæst. dicit, Aegritudo autem cæteræq; perturbationes amplificatæ certè pestiferæ sunt.

Longius euagabuntur, ἐπὶ πλεῖον ἥξει.) Ita me transtulisse secutum Ciceronem, alio loco docui.

Quo sunt maiores & uehementiores, &c. κἂν μεγάλαι καὶ σφοδραὶ ὦσι.) hunc etiam supra locum tractaui.

B Vt enim puer ex præscriptione pædagogi debet uiuere, &c. ὥσπερ γὰρ τὸν παῖδα δεῖ κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ,) Hunc locum abunde tractauimus cum de his generibus diceremus, uiuere ex uirtute, uiuere è natura.

ANNOTATIONES IN LIBRVM QVARTVM CAP. I.



C AESTIMATIO, ἡ ἀξία.) Sic Cicero τὴν ἀξίαν interpretatur in 3. de finibus. Nam cum æstimatio, quæ ἀξία dicitur, neque in bonis numerata sit, nec rursus in malis, quantūcunq; eò addideris, in suo genere manebit.

Qui sumptus faciunt & profundunt pecunias in eas res quæ sunt intemperantiæ, εἰς ἀκολασίαν δαπανηρούς.) Cicero appellat uno uerbo sumptuosos in 6. paradoxo, Venio enim iam ad sumptuosos, relinquo istum quæstuosum. & ita libenter transtulissem, si aut simpliciter dixisset, δαπανηρούς, aut hanc orationem consuetudo nostri sermonis passa esset, & in sumptuosos ad libidinem. Quæ autem dixi, sunt Ciceronis etiam.

D Facultatum effusio, ἡ τῆς οὐσίας φθορά.) τὴν οὐσίαν Cicero in hoc genere facultates appellat, quod ex eo facile intelligi potest, quia quod hoc cap. Aristot. dicit, κατὰ τὴν οὐσίαν διδόναι, hic dicit in secūdo de officijs pro facultatibus. φθορὰν autem dixi effusionem, quòd φθείρειν τὴν οὐσίαν id esse patem quod Cicero dicit, Effundere patrimonia, in 2. de officijs, Multi enim effuderunt patrimonia inconsultè largiendo. Hoc etiam dicit hoc cap. ἀναλίσκειν τὰ ὑπάρχοντα. Galli nostri finitimi sunt Græcis. Nam hoc dicunt, Gaster ses biens.

Largitio, δόσις.) Sic Cicero in secūdo de officijs, Causa igitur largitionis est, si aut necesse est aut utile. Alij inscitè dationem δόσιν nominant, cum sit plane barbarum uocabulum. Atq; utinam ut hoc uerbum apud Ciceronem usitatum est, sic tritum aliquod & usitatum inuenire potuissem quod par esset græco λῆψις. Quod quoniam non potui, malui uerbo uti pro nomine, quàm nomen usurpare quod cæteri, acceptionem. Quanquam semel eo usus est, idq; in Topicis. E

Non est autem dubiū, quin) οὐκ ἄδηλον δ' ὅτι.) Genus hoc dicendi apud Aristotelem usitatissimum est, idq; Cicero ab eo ut plæraq;, habuit. Quod quoniam excellens est magnumq; affert orationi ornamentum, nec à quoquam, quod sciam, adhuc tractatum, non alienum erit aliquot locos utriusque coniungere. Hunc ergo quem hic tractamus primum proferam, οὐκ ἄδηλον δ' ὅτι τῇ μὲν δόσει ἕπεται τὸ εὖ ποιεῖν καὶ τὸ καλὰ πράττειν, τῇ δὲ λήψει τὸ εὖ πάσχειν. i. Non est autem dubium, quin dantem beneficium datum honestaq; actio comitetur, accipientem uerò beneficium acceptum. Idem 10. lib. huius operis, cap. 8. ὅτι δὲ ταῦτα πάντα τῷ σοφῷ μάλιστα ὑπάρχει, οὐκ ἄδηλον. hoc ergo genus Aristot. duobus modis tractat, & præponendo οὐκ ἄδηλον & postponendo. Cicero autem semper præponit. Scribit enim in 2. de officijs his ferè uerbis. Quamobrem id quidem non est dubium, quin illa benignitas quæ constat ex opera & industria, & honestior sit & latius pateat, & possit prodesse pluribus. In 1. de legib. Nec est dubium, quin is qui liberalis benignúsue dicitur, officiū non fructū sequatur. Cic. hoc ita interpretatur cum nulla est negatio, nec dictio priuans. Nam nemini est dubium, quin hæc duo idem ualeant, οὐκ ἄδηλον ὅτι, & δῆλον ὅτι. Proferam ergo Platonis locum ex Timæo, quem Cicero transtulit in lib. de Vniuersitate, παντὶ δὴ σαφὲς, ὅτι πρὸς τὸ ἀΐδιον. Cic. sic, Nō igitur dubium, quin æternitatē maluerit exequi. F G

Non grauate, ἀλύπως.) Nam si dicas, nō moleste, non patietur latina oratio. Nam dicere illud quo hic utitur, διδόναι ἡδέως ἢ ἀλύπως, Dare seu largiri libenter seu ultrò, aut nō moleste certè, alienū sit à nostra consuetudine. Nullū autem uerbum scio quod par sit illi græco, nisi hoc, Non grauatè, quo Cicero utitur.

Ad petendum procliuis, αἰτητικός. Nam αἰτεῖν poscere est, & rogare, & petere. Itaq; Cic. ἀπαιτεῖν è græco uertit repetere.

Vt ad largiendum suppetant copiæ, ὅπως ἔχῃ διδόναι.) Cic. 1. de offic. Inest autem in tali liberalitate cupiditas plerunque rapiendi, & auferendi per iniuriam, ut ad largiendum suppetant copiæ. H

Sed ex facultatibus omnis pōderanda liberalitas est, κατὰ τὴν οὐσίαν δ' ἡ ἐλευθεριότης λέγεται.) Aliorum liberum sit iudicium, an hoc rectius dicatur, Sed ad facultates omnis est liberalitas referenda & reuocanda. an uerò, Sed ex facultatibus omnis nominanda liberalitas est.

Quamobrē, ὅθεν.) Quoniam hæ particulæ quæ ualent ad conficiendū & concludendū quod ex oratione effici uolumus, usitatæ sunt apud Græcos & Latinos, hic libet quæ nostræ græcis pares sint, exponere. Cic. quidem illud ὅθεν exponens

A locũ Platonis ex Timæo, in lib. de Vniuersitate, interpretatur, Quãobrem. utrũq; locũ proferã & primũ Platonis. ὅθεν ἐκ πυρὸς καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς ἀρχόμενος συνιστάναι σῶμα ὁ θεὸς ἐποίει. Sic Cic. Quamobrẽ mũdum efficere moliẽs Deus, terrã primũ ignemq; iũgebat. Aliquãdo illud idẽ uertit, unde in 1. de offic. Vnde præclare in epistola quadam Alexandrũ filium Philippus accusat, quòd largitione beneuolentiã Macedonum consectetur. Omnes ita cõuertunt. Aristo. Sed ad alia ueniamus. Quoniã autem Cic. sæpe Quocirca usurpat, nec illud multis notũ est, cui græco uerbo respõdeat, id primũ consideremus. Tribus quidẽ locis eo uerbo Cic. utitur in lib de Vniuersitate, quẽ ex Platonis Timæo totũ transtulit. Itaq; omnes facilè quod uerbũ pro eo græci dicant, intelligent. καὶ δὴ semel conuertit B Quocirca. Verba Cic. hæc sunt, Quocirca nobis sic cerno esse faciendũ, ut de utroq; nos quidem dicamus genere causarũ. Platonis uerba quæ trãstulit, scripsi, δὴ καὶ ταῦτα ἡμῖν λεκτέα μὲν ἀμφότερα τὰ τῶν αἰτίων γένη. καὶ δὴ etiã Quamobrẽ Cic. dicit, transferẽs in 1. Tusc. quæst. locũ Apologiæ Socratis. Vtriusque uerba proferam, Ciceronis primũ, Quamobrẽ siue sensus extinguitur, morsq; ei somno similis est qui nõnunquam etiã sine uisis somniorũ placatissimam quietem affert: Dij boni quid lucri est emori? Plato sic, καὶ εἴτε δὴ μηδεμία αἴσθησίς ἐστιν, ἀλλ' οἷον ὕπνος, ἐπειδάν τις καθεύδων μηδ' ὄναρ μηδὲν ὁρᾷ, θαυμάσιον κέρδος ἂν εἴη ὁ θάνατος. quem locum cum à se dicat conuersum Cicero, in eóque quod simpliciter à Platone prolatum est, ipse ad interrogationem reuocarit, cui dubium est quin nobis idem facere liceat? Bis οὖν dixit Quocirca. Verba Ciceronis & Platonis supra protuli & coniunxi, cum de hoc genere diximus, C περιέχεσθαι τῷ παραδείγματι. Illud ipsum δὴ transfert aliàs ergo, aliàs igitur, modo itaque, modo ideoque quod semel usurpat, atque iterum. Igitur quidem hoc loco, Omne igitur cælum, siue mundus siue quo alio uocabulo gaudet, hoc à nobis nũcupatus sit. Plato sic, ὁ δὴ πᾶς οὐρανός, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο ὅτι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὀνομάσθω. Ibidem plus septies ita cõuertit,. Alium locũ ex Phædro proferam quẽ Cic. 1. lib. Tusc. quæst. & in 6. de Rep. trãstulit, μόνον δὴ τὸ αὑτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον. Cic. hoc sic, Solũ igitur quod se ipsum mouet, quia nunq̃ deseritur à se, nunquã ne moueri quidẽ desinit. Δὴ Itaq;. Cic. in lib. de Vniuersitate, Itaq; illi in flumen immersi, neq; tenebant, neq; tenebãtur, sed ui magna tũ fere-D bant tũ ferebãtur. Plato, αἱ δὴ εἰς ποταμὸν ἐνδεθεῖσαι πολύν, οὔτ' ἐκράτουν, οὔτ' ἐκρατοῦντο, βίᾳ δ' ἐφέροντο καὶ ἔφερον. Δὴ Ideoq;. Plat. eodẽ lib. oratio lõga est, tantum id dicam, Ciceronem ex longa oratione fecisse duas, in quarum posteriorem ex principio prolixæ Platonis, illud δὴ ideoque transtulit. hæc sunt eius uerba. Ideoque ex inordinato in ordinem adduxit. Δὴ ergo. Cicero sic transtulit eodem libro multis locis. Sed ne longior sim in re minimè fortasse dubia, tantum hoc addam, me locos Ciceronis & Platonis coniunxisse

paulo antè cum de hoc genere καθ᾽ ἓν, & κατὰ γένη dissererem. Illud etiam E
addam illud ipsum δὴ, sæpe uacare in oratione non solum apud Platonem,
sed etiam apud Aristotelem aliósque complures. Locos Ciceronis & Platonis su-
pra cõiunxi, cum docerẽ κατὰ ualere, à, præpositionem. Valet etiam Δὴ Atqui
uel certè μὲν δὴ præsertim quoties εἰ uel aliud eiusdẽ generis præponitur. Cicero,
Atqui si pulcher est hic mundus, si probus eius artifex, profectò speciem æternita-
tis imitari maluit. Plato, εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος, ὅ τε δημιουργὸς
ἀγαθὸς, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν. Sic Aristot. illud, εἰ δή τι τέλος
ἐστὶ τῶν πρακτῶν, &c. quod positum est in 1. lib. huius operis, cap. 2. & trans-
tuli ipse, & transferendum ita prolato Ciceronis loco demonstraui. Sed alia tra-
ctemus. Supra docuimus Ciceronem dixisse οὖν Quocirca, nunc quemadmodum
aliàs transferat, uideamus. Locos Ciceronis & Platonis supra protuli & coniun- F
xi cum de hoc genere κατ᾽ ἐκείνους dicerem. οὖν, Atqui, Ciceronis & Platonis lo
cos contuli, cum de uerbo συναίτιος dicerem. οὖν itaque. Cicero, Itaque cum de
re stabili & mutabili disputatur, oratio talis sit, qualis illa quæ neq; redargui ne-
que conuinci potest, τοῦ μὲν οὖν μονίμου καὶ βεβαίου καὶ μετὰ νοῦ καταφανοῦς μο
νίμους καὶ ἀμεταπτώτους, καθ᾽ ὅσον τε ἀνελέγκτοις προσήκει λόγοις εἶναι καὶ
ἀκινήτοις Quo in loco transferendo perspicere licet Ciceronem suũ esse uoluisse,
& tamen orationẽ Platonis obscurissimam ita tractasse, ut facillimè intelligi pos-
sit. Nonnũquam illud ipsum οὖν adiungitur illi μὲν, & tum, ualet illud μὲν qui-
dem, ipsum autem οὖν atque, seu ac. De hoc genere satis multa dixi, cum idem ge-
nus tractarem, tumq; locos duos Platonis Ciceronisque coniunxi. Illud idem μὲν G
οὖν Cicero uertit, atque ita. Cicero eodem lib. Atque ita cum alterũ esset exterio-
rem amplexus orbem, illum eiusdẽ naturæ, hunc alterius notauit. Plato, τὴν μὲν
οὖν ἔξω φορὰν ἐπεφήμισεν εἶναι τῆς ταὐτοῦ φύσεως, τὴν δ᾽ εἴσω, τῆς θατέρου.
Interdum illud μὲν non exponit quasi redundet, ac tum deniq; illud οὖν interpreta
tur itaque. quod intelligi potest ex ijs locis quos contulimus, cum ipsum οὖν itaque
efficere diceremus. ὥστε interdum itaque transfert. ut ibidem, Itaque nesciunt hos
syderum errores, id ipsum esse, quod rite dicitur tempus multitudine infinita, ua-
rietate admirabili præditos. Plato sic, ὥστε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐκ ἴσασι χρόνον ὄν-
τα τὰς τούτων πλάνας, πλήθει μὲν ἀμηχάνῳ χρωμένας, πεποικιλμέ-
νας δὲ θαυμαστῶς. Interdum è græco ita. Nam illud ita sæpè ad concludendum
ualet. Cicero ibidem. Ita totum animal mouebatur illud quidem, sed immoderatè H
& fortuitu. Plato, ὥστε τὸ μὲν ὅλον κινεῖσθαι ζῷον, ἀτάκτως μὲν ὅπῃ τύ-
χοι προϊέναι καὶ ἀλόγως. Quo loco intelligi licet & notari par est, μὲν ualere
illud quidem, sed, quo de genere dixi alio loco. Hoc etiam intelligendum est & ob-
seruandum, id ipsum ὥστε in priore loco iunctum esse cum modo indicandi, in po-
steriore cum infinito, quod cum sit potius ualet ut. Aristot. 1. lib. huius operis capite

A 2.πρόεισι γὰρ οὕτως εἰς ἄπειρον, ὥστ᾽ εἶναι κενὴν καὶ ματαίαν τὴν ὄρεξιν, id
est, Progredietur enim sic in infinitum, ut inanis sit & frustra appetitus futurus.
Itaque hic Cicero adiungit superiori orationi, Vt sex motibus ueheretur, quod
Plato dicit, τὰς ἓξ ἁπάσας κινήσεις ἔχων, quasi uim illius ὥστε, in eum locum
transferens. Illud autem etiam notabimus, εὖ ἀτάκτως diserte expoſuiſſe, immo=
deratè. ἀτάκτως κινεῖσθαι, immoderate moueri. Itaque εὐτάκτως moderatè
licebit dicere. Quocirca in 1. de offic. εὐταξίαν uocat modeſtiam & moderatio=
ne.n.i. uirtutem quæ, ut ipſe explicat, ſit ſciētia rerum earum quæ aguntur aut di=
cuntur, loco ſuo collocandarum. ἀταξίαν autem idē exponens locū Platonis ex
Timæo, appellat inordinatum, reformidans nimirū inordinationis, quod barbarū
B eſt, uocabulum. τάξιν uero ordinem. Vtriuſq; locum proferam ut res intelligatur.
Cicero in lib. de Vniuerſitate, Ideoq; ex inordinato in ordinem adduxit. εἰς τάξιν
αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας. Sed ad propoſitum reuertamur, διὸ δὴ, expo=
nit ergo, quod uerbum quoniam apud Græcos initijs orationis uſitatum eſt, hoc
etiam quod illud explicat, toti præponit orationi. Plato ſic, διὸ δὴ σφαιροειδὲς
ἐκ μέσου πάντῃ, πρὸς τὰς τελευτὰς ἴσον ἀπέχον. Cicero, Ergo globoſus eſt
fabricatus, quod ſphæroeiden Græci uocant, cuius omnis extremitas paribus à me=
dio radijs attingitur. In omnibus libris quos quidem legere potui, &, poſitum eſt,
uitioſe mea quidem ſententia. Itaque quoniam falſum eum puto qui primus hunc
Ciceronis librum impreſſit, quòd exeſis, ut conijcio, aliqua ex parte literis non
potuerit aliud aſſequi, Ergo reſtituendum putaui. Quanquam διὸ δὴ mihi ma=
C gis uidetur dici itaque. In quo etiam falli ille potuit. Ἄρα Cicerò conuertit ergo
in interrogatione argumētando. Vertit enim locum Platonis qui poſitus eſt in Gor
gia idq; in 5. libro Tuſc. quæſt. Tantum quod ad hunc locum pertinet, proferam.
Ἄθλιος ἄρα οὗτός ἐστιν ὁ Ἀρχέλαος κατὰ τὸν σὸν λόγον; Cicero paucis uerbis
hunc tractauit locum. Miſer ergo Archelaus? Omittit κατὰ τὸν σὸν λόγον, quod idē
facit in libro de Vniuerſitate, Itaque proprium genus puto eſſe Græcorum, quod
in noſtra lingua gallica retinemus. In hoc enim genere dicimus, Secundum tuū di=
ctum. Illud etiam addam, ὡς ἔπος εἰπεῖν propriam eſſe illorum phraſim, quam
ſecutus Ciceronem qui eam omiſit in libro de Vniuerſitate, ferè prætermiſi in his
transferendis libris. Locos Platonis & Ciceronis protuli paulo ante, cū ὥστε ex=
D ponerem. Quāobrem qui libros ex græca uel alia lingua inſtituit uertere in aliā,
is neceſſe eſt & quid illa ferat ex qua transfert, & hæc in quam conuertit, diligē
ter animaduertat. τοίνυν ſæpè ergo ualet. Cicero conuertens in libro de ſenectute
locū Xenophontis qui poſitus eſt in Oeconomico, illud τοίνυν dicit atqui. Vtriuſ=
que locos coniunxi alio loco, cum de his particulis dicerem in 1. lib. εἰ δή. εἰ μὴ δή.
καὶ, Cicero itaque dicit, in libro de Vniuerſitate, Longa eſt & Ciceronis interpre
tis, & Platonis oratio. Itaque tantūmodo locum indicabo. Cicero, Itaq; cum acce=

pissent immortale principium mortalis animantis &c. Plato, καὶ λαβόντες ἀ= E
θάνατον ἀρχὴν θνητοῦ ζώου &c. Cicero etiam δὲ interdum uertit igitur. atq; haud scio, an culpa id cōtingat librariorū, qui uerbi similitudine fallūtur. Δὴ enim & δὲ, finitima sunt. Ciceronis uerba sunt hæc ex lib. de Vniuersit. Toto igitur omnino cōstituto, syderibus parem numerū distribuit animorum & singulorum adiunxit ad singula &c. Plato, συστήσας δὲ τὸ πᾶν, διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, ἔνειμέ θ' ἑκάστην πρὸς ἕκαστον &c. Sic δὲ positum in multis locis in eodem libro, Cicero igitur conuertit.

Pecuniamq; non propter se amantem, sed ad beneficentiam liberalitatemq; conferentem, καὶ μὴ τιμῶντα δι' αὑτὰ τὰ χρήματα, ἀλλ' ἕνεκα τῆς δόσεως.) Alijs iudicare licebit, rectène illum Ciceronis locum qui in 1. de officijs positus est, imitatus sim. Nihil enim est tam angusti animi tamq; parui q̄ amare diuitias, nihil F
honestius magnificentiúsq;, q̄ pecuniam contemnere si non habeas, si habeas ad beneficentiam liberalitatemq; conferre, τιμᾶν τὰ χρήματα ἕνεκα τῆς δόσεως.

Quas in res si profuderit pecunias, ὃ εἰς ταῦτα ἀναλώσας.) Cic. 2. de offic. Omnino duo genera sunt largorum, quorū alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & uiscerationibus, & gladiatorum muneribus ludorū uenationúmq; apparatu pecunias profundūt in eas res quarum memoriam aut breuem aut nullam sunt relicturi omnino, ἀναλίσκειν εἰς ταῦτα, hic dicit, proximo cap. dicit δαπανᾶν περὶ ταῦτα, ὅσα μὴ πολυχρόνια τῶν ἔργων, quæ uerba Cic. exposuit, pecunias profundunt in eas res quarum memoriam &c.

Opportunus est iniuriæ, δύναται ἀδικεῖσθαι.) G

Deprauatis corruptísque moribus præditus, δοκεῖ οὐκ εἶναι φαῦλος τὸ ἦθος,) Paulo post dicit, μέτριοι τὰ ἤθη, Cicero appellat homines qui cōmodis sunt moribus in lib. de amicit. Atq; hoc quidem uidere licet, eos qui anteà commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari.

Cum enim dando egere cœperunt, alienis bonis manus afferre coguntur, ταχὺ γὰρ ἐπιλείπει αὐτοὺς τὰ ὑπάρχοντα, ἀναγκάζονται οὖν ἑτέρωθεν πορίζειν.) Verba sunt Ciceronis posita in 2. de officijs quibus hunc locum explicaui Neque enim necesse est uerbum pro uerbo reddere.

Quare huiusmodi largitio non debet liberalis uideri, διόπερ οὐδ' ἐλευθέριοι αἱ δόσεις αὐτῶν εἰσι.) Cicero hunc locum in 1. de offic. magna ex parte trāstulit. Quare L. Syllæ, & C. Cæsaris pecuniarum translatio à iustis dominis ad alienos, H
non debet liberalis uideri.

Eos potißimum locupletant, τούτους πλουσίους ποιοῦσι.) Cicero etiam dicit uerbum è uerbo exprimens, opulentos & copiosos efficere, 3. de natura Deorum extremo, Iouémque Opt. Max. ob eas res appellant, nō quòd nos iustos, temperatos, sapientes efficiat, sed quod saluos, incolumes, opulentos, copiosos.

A Quas copias his suppeditari æquius est & relinqui, eas lucro auferunt, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν φίλων κερδαίνουσιν, οἷς δεῖ διδόναι.) Cicero primo de offic. Quas enim copias ijs suppeditari æquius est & relinqui, eas transferunt ad alienos.

CAP. II.

NEC solum ijs opus, sed is etiam qui efficit, honestandus est, καὶ μὴ μόνον τῷ ἔργῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ ποιοῦντι πρέπειν δεῖ.) Cicero hunc locum in primo de officijs adumbrauit, Ornanda est enim dignitas domo, at non ex domo tota dignitas quærenda: nec domo dominus, sed domino domus honestanda est.

Est etiam magnifici & honorati uiri, domum ædificare, cuius modus & dignitas ad diuitias & opes accommodanda est, ex quo aliqua dignitas quærenda, μεγαλοπρεποῦς δὲ καὶ οἶκον κατασκευάσασθαι πρεπόντως πλούτῳ, κόσμος

B γάρ τις καὶ οὗτος.) Cicero primo de officijs hunc mihi uidetur locum tanquam adumbrasse. Et quoniam omnia persequimur (uolumus quidem certè) dicendum est qualem hominis honorati & principis domum placeat esse, cuius finis est usus, ad quem ædificandi descriptio est accommodanda, & tamen adhibenda dignitatis cõmoditatísque diligentia. Cn. Octauio, qui primus ex illa familia consul factus est, honori fuisse accepimus, quòd præclarã ædificasset in palatio & plenam dignitatis domum. Paulo post sequitur quod paulo antè protuli, Ornanda est enim dignitas domo, at non ex domo tota dignitas quærenda. hoc quod postremũ dixit cum eo conuenit, quod ait Aristot. κόσμος γάρ τις καὶ οὗτος .i. dignitas aliqua ex domo quærenda, uel domus est honori & dignitati.

C Nec insignem habeant deformitatem, μήτε λίαν αἰσχήμονος.) αἰσχήμων deformis. Hoc autem rem ipsam transferre malui, q; idem Cicero facere soleat.

CAP. III.

ERGO is demũ magno excelsóq; animo putandus est, δοκεῖ δὲ μεγαλόψυχος εἶναι.) Alio loco Ciceronem ostendi μεγαλόψυχον dicere magnanimum. id intelligere debemus raro eum facere. Nam libentius pluribus uerbis solet dicere. Aliàs elatum animum, aliàs excelsum, modo magnum, interdum fortem & altum. túmque ferè duo ex his coniũgit. Cicero primo de officijs cum de fortitudine disserit, ne semper uno uerbo utatur necessario, his omnibus utitur. Omnino, inquit, fortis animus & magnus duabus rebus maximè cernitur. Quanquã autẽ hæc

D ipsa ad μεγαλοψυχίαν trãsferri possunt, tamẽ μεγαλόψυχον uidẽtur potius attingere. Nã ipsam μεγαλοψυχίαν tũ magnitudinẽ animi ibidem appellat, tũ elationẽ. Sed ea, inquit, animi elatio quæ cernitur in periculis & laboribus, si iustitia uacat, pugnátq; nõ pro salute cõmuni, sed pro suis cõmodis, in uitio est. Interdũ elationem & magnitudinẽ animi coniungit: Sed illud, inquit, odiosum est, q; in hac elatione & magnitudine animi facillimè pertinacia & nimia cupiditas innascitur. μικροψυχίαν aũt nunq̃ uno uerbo dicit (est enim pusilanimitas uerbũ barbarũ)

sed pluribus, itémque μικρόψυχον. Nunc enim demissum, angustum & paruū animum, modo abiectum & pusillum appellat quem dicunt μικρόψυχον, & μικροψυχίαν animi demissionem & abiectionem. 1. lib. de officijs, Nihil enim est tam angusti animi tamq; parui quàm amare diuitias, &c. E

Quorum maximum ponimus, id quod & Dijs tribuimus, & omnes expetunt ij qui in magistratu & honore sunt, & quod rerū gestarum uel præclarissimarū, quasi mercedem desiderāt, qualis est gloria. μέγιστον δὲ τοῦτ' ἂν θείημεν, ὃ τοῖς θεοῖς ἀπονέμομεν καὶ ἧ μάλιστα ἐφίενται οἱ ἐν ἀξιώματι, καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς καλλίστοις ἆθλον. τοιοῦτον δ' ἡ τιμή.) τιμὴν hic gloriam uoco, propter hūc Ciceronis locum qui est positus in 1. de officijs, Facillimè autem ad res iniustas impellitur, ut quisque est altissimo animo & gloriæ cupido. Qui locus est sanè lubricus, quòd uix inuenitur qui laboribus susceptis periculisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. Itaq; parum abfuit quin in extrema oratione, pro illis, τοιοῦτον δ' ἡ τιμὴ, gloriam tantummodo dixerim. F

Tacentibus nobis, ἄνευ λόγου.) Verbum è uerbo exprimentes si dicamus, sine uerbo, lingua latina non patietur. λόγον autem hic non rationem interpretor, sed uerbum.

Quo quisq; melior, μείζονος γὰρ ἀεὶ ὁ βελτίων ἄξιος.) Alio loco hæc multis uerbis dicendi genera tractaui.

Quid enim turpe faciat, cui nihil magnum esse uideatur? τίνος γὰρ ἕνεκα πράξει αἰσχρὰ, ᾧ οὐδὲν μέγα.) Cicero ita locum tractat in 4. Tuscul. quæst. Quid enim uideatur ei magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis, totiúsque mundi nota sit magnitudo? G

Nam & maiores eas splendidioresq; facit, μείζους γὰρ αὐτὰς ποιεῖ.) Cic. in lib. de amicit. Nam & secundas res splendidiores facit amicitia &c.

Ob eámq; causam uix in quoquā uera animi magnitudo reperitur, διὸ χαλεπὸν τῇ ἀληθείᾳ μεγαλόψυχον εἶναι.) Alio loco docui hæc genera dicēdi non esse consuetudinis nostræ, Facile est esse diuitem, Difficile est esse bonū & sapientem, Difficile est esse magnanimum. Quo loco etiam docui has phrases proprias esse Græcorū, quas nostra lingua gallica retinuisset. Ita Cicero solet dicere ut feci, Ait enim in lib. de amicit. Itaque ueræ amicitiæ difficillimè reperiuntur in ijs qui in honoribus réque publica uersantur. H

Neque prosperis rebus lætabitur nimis, neque asperis aduersisq; mœrebit, οὔτ' εὐτυχῶν περιχαρὴς ἔσται, οὔτε ἀτυχῶν περίλυπος.) Hic locus finitimus uidetur ei Platonis, qui est apud eum in epitaphio, Itaq; ijsdem eū uerbis & penè totidem sum interpretatus, quibus Cicero illum Platonis in quinto Tuscula. quæst. Verba Platonis, μάλιστα πείσεται τῇ παροιμίᾳ, οὔτε γὰρ χαίρων, οὔτε λυπούμενος ἄγαν φανήσεται διὰ τὸ αὑτῷ πεποιθέναι. Cicero sic, Parebit

A & obediet præcepto illi ueteri. Neque enim lætabitur unquam neq; mœrebit nimis, qui semper in se ipso omnem spem reponet sui. Hic diligenter notare debemus phrasim elegantißimã Ciceronis, quam nũquam plane intelligere ante potui quàm hunc locum cum græco Platonis coniunxi, πείθεσθαι αὐτῷ, omnem spem in se ipso reponere sui.

Habet autem uenerationem iustiorem quicquid excellit, διὰ δ᾽ ἀγαθῷ ὑπερέχον πᾶν ἐντιμότερον.) Cicero in 1. de natura Deorum hunc locum expreßit, Habet enim uenerationem iustam quicquid excellit.

Quanquam autẽ si uerum uolumus iudicare, solis bonis honos debetur: tamen cui utrunque adsit, is nescio quomodo maiorẽ laudem ac gloriam meretur, κατ᾽ ἀλήθειαν δὲ ὁ ἀγαθὸς μόνος τιμητέος, ᾧ δ᾽ ἄμφω ὑπάρχει, μᾶλλον ἀξιοῦ-

B ται τιμῆς.) Illud κατ᾽ ἀλήθειαν mihi uidetur Cicero dicere, uerum si uolumus iudicare. in 1. de offic. Verum autem si uolumus iudicare, multæ res extiterũt urbanæ maiores clarioresque q̃ bellicæ. κατ᾽ ἀλήθειαν Galli dicimus, secundum ueritatem, quod latinis non licet. Cicero quãdo uerbũ ex uerbo exprimit, dicit uere, reuera. Illud autem quod dixi, nescio quomodo, non est in græco. Est enim phrasis Latinorum, qua Cicero utitur, tum cum aliquid insigne in utranq; partem dicit in 1. de offic. Contráq; in laudibus, quæ magno animo & elato fortiter excellẽterq; gesta sunt, ea nescio quomodo quasi pleno ore laudamus. In eodem, Fit nescio quomodo, ut in alijs magis q̃ in nobismetipsis cernamus si quid delinquitur. Hoc genus Plato in lib. de morte dicit, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως, eiq; dat indicatiuũ ut facit Cicero.

C Difficile enim est, si à uirtute defeceris, ferre apte res secundas, ἄνευ γὰρ ἀρετῆς, οὐ ῥᾴδιον φέρειν ἐμμελῶς τὰ εὐτυχήματα.) Illud enim ἄνευ ἀρετῆς significat, si careas & uaces uirtute, aut si sis expers uirtutis. Nam supra docui Ciceronem ita uertere ἄνευ γῆς οὐδὲν, nihil quod terræ sit expers. In hac autem oratione uertenda Ciceronem imitatus sum in 1. de offic. Difficile autem est cum præstare omnibus concupiueris, seruare æquitatem.

Veritate enim ille ad iudicandum, pleriq; autem magis temeritate ducuntur, δοξάζει γὰρ ἀληθῶς. οἱ δὲ πολλοὶ τυχόντως.) Vel ex hoc loco intelligi potest, quam sordida & inculta latina futura sit oratio, si semper uerbum pro uerbo uelimus reddere.

D Idem maius beneficium reddit, quàm acceperit, ἀντευεργετικὸς πλειόνων.) ἀντὶ in compositione uicißitudinem quandam indicat eius rei quam uerbum cui adiunctum sit, significat. Vel ex hoc loco facile percipi potest, quanta sit græcorũ in componendis uerbis felicitas, Nec tamen idcirco latinã puto minus diuitem & uberem. Hoc enim nostra non patitur, quod illi per suam poßunt & faciunt, & aptißimè & disertißimè.

Opitulari ultro, εὐεργετεῖν προθύμως.) Etiam studiose dici potest & ma-

 E

gno studio.

Idem & apertè oderit necesse est, & apertè diligat, ἀναγκαῖον δὲ καὶ φανερόμισον εἶναι, καὶ φανερόφιλον. Ne hæc quidem nomina uno uerbo possumus latinè dicere. Cicero φανερόμισον εἶναι uertit, apertè odisse in libro de amicitia, Apertè enim uel odisse magis ingenuum est, quàm frontè occultare sententiam. hoc posterius, Fronte occultare sententiam Aristoteles mox dicit λανθάνειν. τὸ γὰρ λανθάνειν φοβουμένου, id est, Timidi enim est frontè occultare sententiam, ut mihi Cicero hunc locum expressisse uideatur.

Quibus de causis & contentiones uocis suscipiuntur, & in ingressu celeritates, ἡ δ᾽ ὀξυφωνία καὶ ἡ ταχυτής, διὰ τούτων.) Cicero in primo de offic. Cauendum est autem ne aut tarditatibus in ingressu utamur mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse uideamur: aut ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. F

Ac de sei psi prædicant, καὶ λέγουσι περὶ αὑτῶν.) Cicero primo de offic. Deforme etiam est de seipso prædicare, falsa præsertim. λέγειν uerbum è uerbo dicere in hoc genere dicit sæpius.

CAP. IIII.

SVCCENSERE, χαλεπαίνειν. Cicero sic dicit in primo Tusculanarum quæst. transferens locum Platonis ex apologia. Plato, ἀλλ᾽ ἔγωγε τοῖς καταψηφισαμένοις μου καὶ τοῖς κατηγόροις, οὐ πάνυ χαλεπαίνω.) Cicero sic, Nec uero ijs à quibus accusatus sum, aut à quibus cōdemnatus, habeo quod succenseam.

Lentitudo, ἀοργησία.) Cicero dicit ἀοργησίαν in 4. Tusc. quæst. reprehendēs G Peripateticorum sententiam, Virum deniq; uideri negant, qui irasci nesciat, eamq; quam nos lenitatem dicimus, uitioso lentitudinis nomine appellant. Quod hic ait Peripateticos negare uirum uideri, qui irasci nesciat, id Aristot. paulo post hoc capite dicit. uerba eius ascripsi, οἱ γὰρ μὴ ὀργιζόμενοι ἐφ᾽ οἷς δεῖ, ἠλίθιοι δοκοῦσιν εἶναι, id est, Qui autem irasci nesciunt quibus de causis decet, ij stolidi uidentur esse.

CAP. V.

AFFABILES & blandi uidentur ij qui ad uoluptatem laudant omnia, ἄρεσκοι δοκοῦσιν εἶναι, οἱ πάντα πρὸς τὴν ἡδονὴν ἐπαινοῦντες.) ἀρέσκους si dicamus placidos ut alij, quis ferat? Dicamus igitur affabiles, uel auctore Cicerone, Scribit enim in primo lib. de offic. his ferè uerbis, Quā multa passus est Vlysses in illo errore diutino, cum mulieribus (si Circe & Calypso mulieres appellandæ sint) inseruiret, & in omni sermone iucundum omnibus se & affabilem esse uellet? idē in lib. de amicit. eundē ἄρεσκον & κόλακα cōmuni nomine appellat assentatorem. Vt igitur & monere & moneri propriū est ueræ amicitiæ: sic habendum est nullam in amicitijs pestem maiorem, q̃ adulationem, blanditias, H

A assentationem. Quanuis enim multis nominibus est hoc uitium notandum, leuiũ hominum atq; fallacium, ad uoluntatem loquentiũ omnia & nihil ad ueritatem. Cum autem rerum omnium simulatio est uitiosa (tollit enim iudiciũ ueri idq; adulterat) tum amicitiæ repugnat maximè. Paulo post, Quid enim potest esse tam flexibile, tam deuium, q̃ animus eius qui ad alterius nõ modo sensum ac uoluntatem, sed etiã uultum atq; nutum conuertitur? His mihi uerbis Cicero planè uidetur describere eum, quem hoc loco Aristoteles ἄρεσκον appellat. Idq; ex eo etiam facile perspici potest q, eum dicit amicitiæ repugnare maximè, quod idem hoc loco ait Aristoteles. Vtitur propè iisdem uerbis, Loqui ad uoluntatem omnia, ἐπαινεῖν πρὸς ἡδονὴν πάντα. Qui locus certè me admonet, ut uoluptatẽ putem posse dici aptius,
B quanquam & hoc ferri potest. Mihi ergo uidetur Cicero, quos Græci appellant ἀρέσκους, uel affabiles dicere, uel nomine assentatoris duo Græca exprimere.

Nec de cuiusquam offensione & molestia ullo modo laborant, καὶ τοῦ λυπεῖν οὐδ᾽ ὁτιοῦν φροντίζοντες.) φροντίζειν uerbum è uerbo curare dicitur, quo uerbo in hac re Cicero utitur. In tertio de finibus iungit cum uerbo infinito. Neque uero hæc inter se congruere possent, ut natura & procreari uellet, & diligi procreatos non curaret. Illud etiam laborare dicit, in 4. Academ. quæst. Sed quia non laboro ualde, ea quæ dico probaturus sum, eo minus cõturbor. λυπεῖν autem & λυπεῖσθαι idem dicit offendere & offendi. contrarium superioris est συνηδύνειν, i. delectare & placere. Quod ex illo loco qui in hoc capite positus est, intelligi potest, καὶ καθ᾽ αὑτὸ μὲν αἱρούμενος τὸ συνηδύνειν, λυπεῖν δ᾽ εὐλαβούμενος.
C Quantumq; in ipso est, uel suapte natura placere uult ac gratus esse, molestus esse ueretur. Cicero primo de officijs, Nec uero criminibus falsis in odiũ aut in inuidiã quenquam uocabit, omninoq; iustitiæ honestatiq; adhærescet, ut dum eam cõseruet, quanuis grauiter offendat alios, mortem oppetat potius, q̃ deserat illa quæ dixi. Barbari dicunt, contristari alios. Illud etiam φροντίζειν, habere rationem alicuius dicitur. Aristoteles hoc ipso capite οὐ γὰρ ὁμοίως προσήκει συνήθων καὶ ὀθνείων φροντίζειν, id est, Non enim eadem habenda est ratio familiarium & alienorum. Quo loco illud φροντίζειν etiam curæ esse dicitur.

CAP. VI.

D At uero, qui moderatè utuntur dissimulatione, οἱ δὲ μετρίως χρώμενοι τῇ εἰρωνείᾳ. Cicero in quarto Academicarum quæstionum, Socrates autem de seipso detrahens in disputatione plus tribuebat iis quos uolebat refellere. Ita cum aliud agnosceret atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν uocant. εἰρωνεύεσθαι dissimulare. ἀρνεῖσθαι etiam dicitur, uel negare potius, quibus uerbis Aristoteles hoc capite utitur. εἴρων dicitur qui ita affectus est animo. Huic dispar est ἀλαζών, id est,

arrogans & uenditator. hinc ἀλαζονεύεσθαι arrogare, seu potius uenditare se. E
προσποιεῖσθαι autem id significat, quod Cicero dicit tum arrogare, tum sume-
re, tum assumere, tum tribuere, tum uendicare. Huic Græci dant solum accu-
sandi casum. Aristoteles hoc cap. οἱ μὲν οὖν δόξης χάριν ἀλαζονευόμενοι τὰ
τοιαῦτα προσποιοῦνται, ἐφ' οἷς ἔπαινος, ἢ εὐδαιμονισμός, id est, Atque
ij quidem qui gloriæ causa sibi aliquid tribuunt ea sibi sumunt omnia, quæ uel
ad laudem ualent uel ad beatam uitam. Latini his uerbis dant casus dandi & ac-
cusandi. Cicero primo de officijs, Nam philosophandi scientiam concedens multis,
quod est oratoris proprium, aptè, distinctè, ornatè dicere, quoniam in eo studio
ætatem consumpsi, si id mihi assumo, uideor id meo iure quodam modo uen-
dicare.

CAP. VII. F

RIDICVLORVM cupiditate inflammati, γλιχόμενοι τοῦ γελοίου.)
τὰ γελοῖα Cicero ridicula uocat in secundo de Oratore, Quatenus autem
inquit, sint ridicula tractanda oratori, per quam diligenter uidendum est. Dicit
etiam singulari numero, ridiculum, τὸ γελοῖον, eodem libro. In re est item ridicu
lum, quod ex quadam deprauata imitatione sumi solet. γέλωτα autem risum uo
cat, & quod hoc capite Aristoteles dicit, ποιῆσαι γέλωτα, ille risum mouere
appellat, idque multis locis. Nunc, inquit, exponamus genera ipsa summatim, quæ
risum maxime moueant. Ibidem. Quare primum genus hoc quod risum uel maxi-
me mouet, non est nostrum. Quanquam his quoque uerbis pluribus τὸ γελοῖον G
dicit. Nam ridiculum est quod risum mouet. Hoc idem uocat concitare risum, &
quod Aristoteles in septimo libro huius operis dicit, συνέχειν γέλωτα, uo-
cat, tenere risum. Atque illud primum, quid sit ipse risus, quo pacto concitetur,
ubi sit, quomodo existat, atque ita repente erumpat, ut eum cupientes tenere ne-
queamus, & quomodo simul latera, os, uenas, uultum, oculos occupet, uiderit De-
mocritus, παιδιὰν autem Cicero appellat iocum in hac re, & quod Aristoteles
capite dicit, λέγειν ἐν παιδιᾶς μέρει uocat, iocose dicere. uerba Aristotelis, ἔστι
γάρ τινα πρέποντα τῷ τοιούτῳ λέγειν ἐν παιδιᾶς μέρει καὶ ἀκούειν. Cice-
ro in eodem lib. Itaq; imbuendus est is qui iocose uolet dicere, quasi natura quadã
apta ad hæc genera & moribus.

Magna est etiam distinctio ingenij & illiberalis ioci, καὶ ἡ τοῦ ἐλευθερίου H
παιδιὰ διαφέρει τῆς τοῦ ἀνδραποδώδους.) Ego ita à personis ad rem hoc genus
transtuli, quòd hunc locum Cicero cum in primo de officijs imitaretur, fecisse ui-
deatur. Facilis est igitur distinctio ingenui & illiberalis ioci. Alter est, si tempore
fit, ac remisso animo, homine libero dignus, alter ne libero quidem si rerum turpi-
tudini adhibetur uerborum obscœnitas. & hunc locum Cicero imitatus est. Sequi-

A tur enim in hoc capite, ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐκ τῶν κωμῳδιῶν τῶν παλαιῶν καὶ τῶν καινῶν, τοῖς μὲν γὰρ ἦν γελοῖον, ἡ αἰσχρολογία. τοῖς δὲ μᾶλλον ἡ ὑπόνοια. Itaque cum hunc locum tractarem, ita transtuli, Quod in antiqua nouáque comœdia perspicere licet. Alijs enim facetum & ridiculum erat, si rerum turpitudini adhibita etiam esset uerborum obscœnitas. Quàm igitur disertè Cicero quod Aristoteles appellat αἰσχρολογίαν, uerborum obscœnitatem uocauit. αἰσχρολογίαν etiam appellat orationis obscœnitatem in eodem libro loquens de Cynicorum impudentia. Itaque nec actio rerum illarum aperta petulantia uacat, nec orationis obscœnitas. De antiqua comœdia etiam ibidem loquitur. Quo, inquit, genere non modo Plautus noster & Atticorum antiqua comœdia, B sed etiam Philosopharum Socraticorũ libri referti sunt. Quid quod illud quod dixit, homine libero dignus, apud Aristotelem est in hoc capite, & si in aliam rem trãsferatur, τοῦ δ' ἐπιδεξίου ἐστὶ τοιαῦτα λέγειν καὶ ἀκούειν, οἷα τῷ ἐπιεικεῖ καὶ ἐλευθέρῳ ἁρμόττει, id est, Est enim ingenui ea & dicere & audire omnia, quæ bono uiro, & homine libero digna sunt. ἁρμόττειν enim significat decere, conuenire. Hoc etiam Aristoteles dicit in hoc ipso capite, ἃ πρέπει ἐλευθέρῳ, id est, quæ homine libero digna sunt. In hoc genere nunquam legi ἄξιος, id est, dignus.

CAP. VIII.

SENEM autem quòd pudore afficeretur, nemo laudauit unquam, πρεσβύτερον δ' οὐδεὶς ἂν ἐπαινέσειεν, ὅτι αἰσχυντηλός.) Cicero ita locum tra-
C ctauit, in tertio de natura Deorum extremo, & si alijs uerbis, ut tractationem mihi mutuatus esse uideatur. Num quis quòd bonus uir esset, gratias Dijs egit unquam? Illud autem, ἂν ἐπαινέσειεν, laudare uelit, aut solet efficit.

ANNOTATIONES IN LIBRVM QVINTVM. CAP. I. E



IRMA corporis affectio, εὐεξία.) Supra de hoc nomine diximus.

Ob eamque causam hæc una uirtus omnium est domina & regina uirtutum, καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη.) Hunc locum uerbis Ciceronis exposui, ijs quæ in tertio de officijs posita sunt. Cum enim de iustitia dissereret, Hæc enim una uirtus, inquit, omnium est domina & regina uirtu- F
tum. Eundem locum magis ad uerbum expreßit in primo. Princépsq; est omnium uirtutum illa sapientia, quam σοφίαν Græci uocant. In quibus locis duobus illud δοκεῖ non est expressum. Itaq; phrasis est Græcorum propria, ut initio dixi. Illud autem κρατίστη cum Cicerone malui sic exponere, quòd mihi ad uerbum κρατεῖν retulisse uideatur.

Pleriq; enim in suis rebus præclare se gerere possunt, in alienis non possunt, πολλοὶ γὰρ ἐν μὲν τοῖς οἰκείοις τῇ ἀρετῇ δύνανται χρῆσθαι, ἐν δὲ τοῖς πρὸς ἕτερον ἀδυνατοῦσι.) χρῆσθαι τῇ ἀρετῇ ἐν τοῖς οἰκείοις, καὶ ἐν τοῖς πρὸς ἕτερον, genus dicendi Græcorum proprium arbitror. Nam χρῆσθαι τῇ ἀρε-
τῇ sine adiunctione, alio loco Ciceronem ostendi, uti uirtute dicere. Si addas in suis G
rebus, uel alienis, haud scio an latine dicatur. Hoc potui dicere, Qui res suas prudenter regant, adminstraent & curent.

Ex quo factum est tritum omniũ sermone prouerbium, iustitia una uirtute omnes uirtutes reliquas contineri, καὶ παροιμιαζόμενοί φαμεν, ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι.) Cic. in 2. de Oratore lib. hoc attribuit diligẽtiæ. Inter ingeniũ quidem & diligentiam, perpaulum loci reliquum est arti. Ars demonstrat tantum ubi quæras, atq; ubi sit quod studeas inuenire. Reliqua quæ sunt in cura, attentione animi, cogitatione, uigilãtia, aßiduitate, labore, cõplectar uno uerbo quo sæpe iam usi sumus diligentia, qua una uirtute omnes uirtutes reliquæ continẽtur.

Qui enim præest in Rep. is iam res curat aliorum, πρὸς ἕτερον γὰρ καὶ ἐν κοινωνίᾳ ὁ ἄρχων. Illud εἶναι πρὸς ἕτερον, quod in hoc capite sæpe positum est, H
alijs licet existimare, q̃ inscitè & indisertè cæteri interpretes interpretati sint. Omnes enim dicunt, esse ad alterum. Quis sensus est, quæso, iustitia est ad alterum, princeps est ad alterum? ut ergo latina sit oratio, hoc quod paucis uerbis Græci, nos pluribus cogimur dicere. Hoc ergo, πρὸς ἕτερον ἄρχων, Aliena commoda tuetur, Aliorum res curat. Et illud quod paulo post dicit, δικαιοσύνη πρὸς ἕτε-

A ϛὸν ἐστι. Iustitia ad aliorum commoda refertur.

Ob eámq; ipsam causam omnium uirtutũ sola iustitia in bonis alienis uidetur, διὰ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἀλλότριον ἀγαθὸν δοκεῖ εἶναι ἡ δικαιοσύνη μόνη τῶν ἀρετῶν.) Plato in primo de Rep. hunc eundem locum iisdem prope uerbis tractat, ὥστε ἀγνοεῖς ὅτι ἡ μὲν δικαιοσύνη τε καὶ τὸ δίκαιον ἀλλότριον ἀγαθὸν τῷ ὄντι τοῦ κρείττονός τε καὶ ἄρχοντος συμφέρον. Eodem libro tractat etiam locum quem in hoc capite Aristot. paulo ante tractauit, cum πλεονεκτεῖν diceret, & πλέον ἔχειν, & ἔλαττον.

Qui malitiam & uitium & ad suam & amicorum perniciem exitiúmq; conuertit, ὁ καὶ πρὸς αὑτὸν καὶ πρὸς τοὺς φίλους χρώμενος τῇ μοχθηρίᾳ.) Quoniam hoc genus dicendi aliter tractat, atque superiori loco, aliter etiam transtuli.

B Ita mihi uidetur Cicero fecisse in 2. de officijs, Nam quid est tam inhumanum, quàm eloquentiam à natura ad salutem hominum & cõseruationem datam, ad bonorum pestem perniciemq; conuertere? Illud χρήσασθαι πρὸς, alio loco dicit exercere in. Philippica 11. At Dolabella quidem tam fuit immemor humanitatis quanquã eius particeps nunquã fuerit, ut suam insatiabilem crudelitatem exercuerit non solum in uiuo sed etiam in mortuo. Ab hoc genere Demosthenes orationem exorsus est eam, qua Midiam accusauit, τὴν μὲν ἀσέλγειαν, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ τὴν ὕβριν, ᾗ πρὸς ἅπαντας ἀεὶ χρῆται Μειδίας, οὐδένα οὔθ᾽ ὑμῶν οὔτε τῶν ἄλλων πολιτῶν ἀγνοεῖν οἴομαι, id est, Neminem uestrum ignorare arbitror, iudices, nec quenquã ciuẽ, quantam in omnibus licentiam & quantam uim Midias exerceat.

C Qualis autem sit differentia uirtutis & iustitiæ, τί δὲ διαφέρει ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ δικαιοσύνη.) Verba Ciceronis sunt ex primo de officijs, Qualis autem sit differentia honesti & decori, facilius intelligi, quàm explicari potest.

CAP. II.

ALIQVAM autem esse, ex hoc facillime perspici potest. Nã qui agit eorum quippiam quæ cæterorum uitiorũ propria sunt. &c. σημεῖον δὲ ὅτι ἐστί. κατὰ μὲν τὰς ἄλλας μοχθηρίας ὁ ἐνεργῶν.) Hoc loco nõ est alienũ genus dicẽdi Græcorũ quibus modis Cic. dicat, exponere. Nec hoc mihi faciendũ putarem, nisi hic locus inscitè à multis tractaretur. Græci quidẽ duas semper orationes faciũt, cũ hoc usurpãt genus, & in priore, illud σημεῖον δὲ, uel solũ ponũt, uel

D pauca uerba adiũgunt. Cic. autẽ nunquã duas facere animaduerti, nisi in 1, de finib. quẽ, hũc locũ trãsferens, auctorẽ adhibui. Hæc sunt eius uerba, Extremũ autẽ esse bonorũ uoluptatẽ, ex hoc facillimè perspici potest. Cõstituamus aliquẽ magnis, multis, perpetuis fruentẽ & animo & corpore uoluptatibus &c. Illud autẽ σημεῖον δὲ cõiungit sæpius cũ alia oratione. & tũ σημεῖον dicit argumentũ interdum. ut 1. lib. de legib. Quod argumẽti satis est, nullã dissimilitudinẽ esse in genere, quæ si esset, nõ una omnes definitio cõtineret. Interdũ δὲ in hoc genere, quia, dicitur: tũ cum, quod

præponitur. Id ut intelligatur faciet locus sequens, qui positus est in 1. Tusc. quæst. E Quod ex eo fieri potest, quia corpora nostra terreno principiorum genere confecta ardore animi concalescunt. Neq; enim aliter hoc à Græcis dicitur quàm ita, σημεῖον δὲ &c. Aliàs cum illud quod non primum dicitur, q. Cicero dicit. Atque illud superius facit ob eam causam, ne bis q. cogatur dicere.

Stuprum inferat, μοιχεύοι.) Cicero μοιχεύειν dicit & adulterari, & stuprũ inferre. Illud prius 1. de offic. Latrocinari, fraudare, adulterari, re turpe est, sed dicitur non obscœnè: liberis dare operam, re honestum est, sed nomine obscœnum. Cum diu multumq; hoc quæsiuissem, quod uerbum græcum huic nostro par esset, quod dicit Cicero, liberis operam dare, legens primum librum Platonis de Rep. forte reperi παιδοποιεῖν. Cicero quidem uertens magna ex parte fabulam Gygis in tertio de officijs μοιχεύειν interpretatur, inferre stuprum. Locum Platonis F proferam eatenus, quoad res intelligi queat, ἐλθόντα δὲ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μοιχεύσαντα, μετ᾽ ἐκείνης ἐπιθέμενον τῷ βασιλεῖ ἀποκτεῖναι, καὶ τὴν ἀρχὴν κατασχεῖν. intelligi debet uerbum φασὶ, quod semel initio fabulæ positũ est. Hæc autẽ fabula exposita est à Platone in 2. de Rep. Cicero sic hunc locum transtulit. Itaque hac oportunitate annuli usus, reginæ stuprum intulit, eaq; adiutrice regem dominum interemit, sustulitq; quos arbitrabatur obstare, nec in his eũ facinoribus quisquam potuit uidere. Sic repente annuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Multa & in hac oratione & in alijs quibus hanc totam fabulam exponit, addit ille quidem de suo: sed tamen hoc facile intelligimus quod propositum fuit, μοιχεύειν ab eo, inferre stuprum esse cõuersum. Alio loco Cic. dicit constuprare. G

Mutuum, uadimonium, locatum, depositum, conductum, δανεισμὸς, ἐγγύη, χρῆσις, παρακαταθήκη, μίσθωσις.) Cicero hæc nomina uult in um exire, non in io, ut alij interpretes.

CAP. III.

NON enim solum numeri quo quid numeramus (qui μοναδικὸς græcè dicitur) sed ueri etiam proprijq; numeri (numeratum appellant) propria est proportio & comparatio, ἡ γὰρ ἀναλογία οὐ μόνον ἐστὶ μοναδικοῦ ἀριθμοῦ ἴδιον, ἀλλ᾽ ὅλως ἀριθμοῦ.) μοναδικὸν ἀριθμὸν appellat Eustratius eum quẽ omnino nominamus nulla re quæ numeretur adiecta, qualis est decas. Neq; enim addo rem ullam: ὅλως autem, ἀριθμὸν eum, qui rebus accommodatur, ut cum H dico tres boues, quatuor capras, quæq; sunt eius generis. Philosophi priorem numerantem nominant, posteriorem numeratum.

Est enim proportio, parilitas similitudoq; rationis, ἡ γὰρ ἀναλογία ἰσότης ἐστὶ λόγου. Cicero ἀναλογίαν dicit proportionem & comparationem. Itaque in hoc libro transferendo, aliàs hoc, aliàs illo uerbo utimur. Locus est apud Platonem in Timæo, quem in libro de Vniuersitate conuertens Cicero, hoc uerbũ quod

A tractamus, ita exposuit, ut dixi. Platonis hæc sunt, τοῦτο δὲ πέφυκεν ἀναλογία κάλλιστα ἀποτελεῖν. Cicero sic, Id optime assequitur quæ græcè ἀναλογία, latinè (audendum est enim, quoniã hæc primum à nobis nouantur) cõparatio proportióne dici potest. Et quoniam & Aristoteles hoc libro de proportione disserit, & Plato in Timæo, quoniámque apud latinos & Varro, & Cicero interpres disertus Platonis, in ea explicanda, nobis quædam quasi præcepta reliquerunt, hoc loco libet quæ omnes illi dixerunt, & græca & latina cõiungere. Aristoteles quidem duas hoc capite facit proportiones, quarum alteram geometricam appellat, arithmeticam alteram. Priorem uocat διῃρημένην. Posteriorem συνεχῆ. uerba eius sunt, ἡ μὲν οὖν διῃρημένη, ὅτι ἐν τέτταρσιν, δῆλον, ἀλλὰ καὶ ἡ συνεχής. Post quo res facilius intelligatur, de utraq; affert exemplum atq; rationem, ὡς
B ἡ τοῦ α πρὸς τὴν τοῦ β, ἡ τοῦ β, πρὸς τὴν τοῦ γ. Paulo post de geometrica loquens, ἔσται ἄρα, inquit, ὡς ὁ α ὅρος πρὸς τὸν β, οὕτως ὁ γ, πρὸς τὸν δ, ἐναλλὰξ ἄρα, ὁ α πρὸς τὸν γ. ὁ β πρὸς τὸν δ. Hos ego locos explicans, Ciceronem sum ac Varronem secutus. Varro quidem proportionem eam quam Aristot. διῃρημένην appellat, deiunctam uocat: & quam ille συνεχῆ, coniunctam. Eius proferã locum ex lib. 2. de Analogia, ut post hac relictis barbaris nominibus, quibus pro his utũtur hodie Philosophi, diuisa, & continua, hæc latina usurpent. Proferam etiam multas uariásq; tractationes argumenti, quod à commutata proportione Quintilanus appellat, ut Philosophi eijciant has tenebras ex sua arte & sciẽtia. Quemadmodum se habet unum ad decem, ita decem ad centum. Varronis hæc
C sunt, Eius genera sunt duo, unum deiunctum. sic est, Vt unum ad duo, sic decem ad uigenti. Alterum coniunctum, Sicut est unum ad duo, sic duo ad quatuor. in hoc bis duo dicũtur q̃ tum ad unum conferimus, tum cũ quatuor. Hæc est una ratio tractandæ proportionis. Interdum uerbo habeo utitur: ut paulo post, Quam rationẽ habet legebam ad lego, hanc habet, lego ad legam. In omnibus libris quos equidem legerim, corruptè positum est à lego, & à legã, pro ad. Paulo ante eodem modo tractauerat. Nam quam rationem duo ad unum habent, eandem habẽt uiginti ad decem. Age nũc quemadmodum hæc dicat Cicero, uideamus. In libro de Vniuersitate, Quãdo enim, inquit, trium uel numerorum uel figurarum, uel quorumcunq; generum contingit, ut quod medium sit uti primo proportione, ita id postremo cõ(
D paretur, uicißimque ut extremum cum medio, sic medium cum primo conferatur: id quod medium est tum primùm fit, tum postremum, postrema uero & prima media fiunt. Ita efficitur, ut eadem sint quæ deiuncta fuerunt. Cicero ergo etiam deiuncta dicit quæ διῃρημένα Aristoteles nominat. Platonis locum ex Timæo quem Cicero conuertit, proferam, ut quæ græca his respondeant, intelligatur, ὁπόταν γὰρ ἀριθμῶν τριῶν, εἴτε ὄγκων εἴτε δυνάμεων ὡντινωνοῦν ᾖ τὸ μέσον ὅτι περ τὸ πρῶτον πρὸς αὐτὸ, τοῦτο αὐτὸ πρὸς τὸ ἔσχατον, καὶ πάλιν αὖθις

ὅτι τὸ ἔσχατον πρὸς τὸ μέσον, τοῦτο τὸ μέσον, πρὸς τὸ πρῶτον. τότε τὸ μέ- E
σον μὲν πρῶτον καὶ ἔσχατον γιγνόμενον, τὸ δ᾽ ἔσχατον καὶ τὸ πρῶτον, αὖ μέ-
σα ἀμφότερα. πάνθ᾽ οὕτως ἐξ ἀνάγκης ταὐτὰ εἶναι συμβήσεται. *Hic nulla fit mentio uerborum comparo & confero. Sed uariandæ illustrandæq; orationis causa, Cicero ea adhibuit, quod nobis faciendum est. Variandæ dico orationis causa, quoniã paulo post tractauit similẽ locũ alijs uerbis aliaq; ratione. Cum Græcis etiã hic latina coniũgam. Cic. eodẽ lib. Sed cũ soliditas mũdo quæreretur, solida autẽ omnia uno medio nunq̃ duobus semper copulẽtur, ita cõtigit, ut inter ignem & terrã, aquã Deus aëremq; poneret, eáq; inter se cõpararet, proportioneq; coniũgeret: ut quẽadmodũ ignis aëri, sic aër aquæ, quódq; aër aquæ, id aqua terræ proportione redderet. Plato sic,* νῦν δὲ στερεὸν γὰρ αὐτὸ προσῆκεν εἶναι, τὰ δὲ στερεὰ μία μὲν οὐδέποτε, δύο δὲ ἀεὶ μεσότητες συναρμόττουσιν, οὕτω δὴ F
πυρός τε καὶ γῆς ὕδωρ ἀέρα τε ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θεὶς, καὶ πρὸς ἄλληλα καθ᾽ ὅσον, ἦν δυνατὸν ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος, ὅτι πῦρ πρὸς ἀέρα, τοῦτο ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, καὶ ὅτι ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, τοῦτο δ᾽ ὕδωρ πρὸς γῆν. *Videre licet ac existimare, q̃ disertè hos sit locos interpretatus. Quod in priore Plato dixit,* πάλιν αὖθις, *id Aristot. dicit* τὸ ἐναλλάξ. *Itaq; sic hoc conuerti, ut illud Cic. uicissimq;.i. rursus. Sed alia tractemus, quæ dubitationẽ afferre possint,* ἀνάλογα *Aristot. usurpat hoc cap.* ὥστε ἂν ἡ τὸ β. τεθῇ δὶς, τέτταρα ἔσται τὰ ἀνάλογα. *Hic me diu locus solicitũ habuit. sed tandẽ omnẽ Varro solicitudinẽ abstersit, cuius auctoritate adductus, analoga reliqui, addita eiusdẽ interpretatione. Verba hæc sunt eius ex eodẽ lib. Sequitur tertius locus, quæ sit ratio proportióne. A Græco dicitur* ἀνάλογον, *ab analogo dicta analogia. Ex eodẽ genere si duæ res inter se aliqua parte dissimiles rationẽ habent aliquam, si ad has duas alteræ res duæ collatæ sunt, quæ rationẽ habeant eandẽ, q̃ ea uerba habent eũdem* λόγον, *dicitur utrũq; separatim analogon. simul collata quatuor analoga. Intellectum puto quid sit* ἀνάλογον, *& quæ Aristot. dicat quatuor analoga. Hunc locũ de proportione obscurũ faciunt indiserti interpretes. Sic Argyropylus, Quare si b bis positũ fuerit, quatuor erũt ea quæ cõparationem subeunt rationũ. Vertit enim semper analogiã cõparationem rationũ: rectè quidẽ, nisi illud rationũ adderet, quod totũ adeo obscurum facit, uix ut intelligatur etiã ab ijs qui eum terunt. & tamẽ illud solũ proportio ab omnibus intelligitur. Quod Plato dicit,* ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον, *Cic. uertit, proportione, quẽadmodum in superioribus locis perspicere licet. Hoc idem Plato dicit* δι᾽ ἀναλογίας. *Plato quidẽ in Timæo, Cic. ita conuertit, Itaq; & ob eã causam & ab ijs rebus numero quatuor, mũdi est corpus effectũ, ea cõstrctũ proportione quã dixi, Plato illud dixit,* ἐγεννήθη σῶμα δι᾽ ἀναλογίας, καὶ διὰ ταῦτα ἔκ τε δὴ τούτων τοιούτων, καὶ τὸν ἀριθμὸν τεττάρων τὸ τοῦ κόσμου σῶμα ἐγεννήθη δι᾽

A ἀναλογίας ὁμολογήτων. Hoc Barbari dicunt proportionabiliter. Alij autē non minus inscitè, uolunt hæc duo esse uocabula, non intelligentes scilicet uim uerbi. Illud etiam addam, ὡς ἔχειν πρὸς ἕτερον Ciceronem dicere, habere aliquā rem cum altera, & ad alteram proportionem. quod Barbaros docui dicere solitos, queemadmodum se habet, &c. Cicero in libro de Vniuersitate, Eius autem particulæ interuallo relicto, habebat numerus ad numerum eandem proportionem, comparationemq́; in extremis, quam habent CCLVI. cum CCXLIII. Plato sic, τῆς τοῦ μορίου ταύτης διαστάσεως λειφθείσης ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους, ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων πρὸς τρία καὶ τετταράκοντα καὶ διακόσια. Aristoteles proximo capite hoc genere dicendi

B utitur, sed apertior est oratio, τὸ γὰρ ἐκ χρημάτων κοινῶν, ἐὰν γίγνηται ἡ διανομή, ἔσται κατὰ τὸν λόγον αὐτὸν ὅνπερ ἔχουσι πρὸς ἄλληλα τὰ εἰσενεχθέντα. Quem locū ita cōuerti. Hoc enim ipsum, si diuidūdæ sint publicæ pecuniæ, eandē rationē habebit, quam habēt inter se collatæ in cōmune pecuniæ. Genus dicēdi notandum est duplex, εἶναι κατὰ τὸν λόγον, & ἔχειν λόγον πρός τι. Quod autem dicit hoc loco, κατὰ λόγον εἶναι, paulo antè dixit, κατὰ τὴν ἀναλογίαν εἶναι, τὸ μὲν γὰρ διανεμητικὸν δίκαιον τῶν κοινῶν αἰεὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἐστὶ τὴν εἰρημένην. Plato uno etiā uerbo dicit, ἀνάλογον, quod Cic. proportione cōuertit. Sed redeamus aliquādo ad nostrā analogiā, quam Cic. tum proportionē dicit tū cōparationem. Eius genera sunt multa. Nam & dupla dicitur & tripla, & quadrupla & ita deinceps. Dupla autē appellatur rei ad rē proportio, cum res una alteram

C bis cōtinet, tripla cū ter. Fieri etiam potest, ut duæ res inter se collatæ, ita affectæ sint, ut una alteram semel totam cōplectatur, ac præterea eius dimidiū, uel tertiam partem, uel quartam, & ita deinceps. Prima uocatur sesquialtera, secunda sesquitertia, tertia sesquiquarta, itemq́; in cæteris. Atque in his omnibus cum res rei comparatur genitiuo casu fieri debet latinè. ut si comparentur quatuor duobus, numerus maior minoris est duplus. Sin tria duobus, tria sesquialtera sunt duorum. Sic locutus est Cicero, in libro de Vniuersitate. Cōuertit autem Platonis locum ex Timæo. proferri ergo utriusque locum est melius, ut quemadmodum hæc & græcè & latinè dicantur, intelligatur. Cicero, Fuit autem talis illa partitio. Vnam principio partem detraxit ex toto. Secundam autem primæ partis duplam. de-

D inde tertiam quæ esset secundæ sesquialtera, primæ tripla. Deinde quartam quæ secundæ dupla eßet. quintam inde quæ tertiæ tripla. tum sextam octuplam primæ. postremo septimam, quæ septem & uiginti partibus antecederet primæ. Vocat autem hic Cicero partem triplam, octuplam, & alias eiusdem generis quæ duabus, octo partibus, & ita deinceps, antecellit alteri, quod ex ea parte quam septimam detractam dicit intelligi potest. Nunc Pla-

tonis græca uideamus, ἤρχετο δὲ διαιρεῖν ὧδε, μίαν ἀφεῖλε τὸ πρῶτον E
ἀπὸ παντὸς μοῖραν. μετὰ δὲ ταύτην ἀφῄρει διπλασίαν ταύτης. τὴν δ'
αὖ τρίτην, ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης, τετάρτην
δὲ τῆς δευτέρας διπλῆν, πέμπτην δὲ τριπλῆν τῆς τρίτης. τὴν δ' ἕκτην τῆς
πρώτης ὀκτωπλασίαν. ἑβδόμην δὲ, ἑπτακαιεικοσαπλασίαν τῆς πρώτης.
Videre licet, quã Plato partem ἡμιολίαν dicit, Ciceronẽ eam appellare sesqui-
alteram. Nulla fit his in locis de ἐπιτρίτῳ, & alijs eiusdem generis mentio. Pro-
feram ergo locum alterum. Paulo post Plato ἡμιολίων, inquit, διαστάσεων καὶ
ἐπιτρίτων & ἐπογδόων γενομένων, ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν, ἐν ταῖς πρόσθεν
διαστάσεσι, τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦ-
το, λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον. Cicero sic, Sesquialteris autem interuallis, &
sesquitertijs, & sesquioctauis factis ex his colligationibus, in primis interuallis, & F
sesquioctauo interuallo sesquitertia omnia explebat, cùm particulam singulorum
relinqueret. Ex hoc loco facile est intellectu, Ciceronem sesquitertia interualla, &
sesquioctaua appellare, quæ Plato uocat, ἐπιτρίτας διαστάσεις & ἐπογδόας.
Sũt igitur hæc latina uocabula, quibus hodie utuntur ij, qui in numerorum ratione
uersantur. Quo magis miror, quid uenerit in mentem Aulo Gellio dicere, omnes
qui de numerorũ ratione latinè scripserint, græca hæc nomina dixiße, quod absurdè
futurum erat, si nostra finxissent. Is si librum Ciceronis de Vniuersitate legißet,
qui omnium scriptorum est æstimator & iudex nonnũquam durior, nũquam hæc
nomina nostros noluiße conuertere dixisset. Simili errore Macrobius hunc scilicet
secutus, cum in somnio Scipionis explicando, locum Platonis superiorem transfer- G
ret, hemiolijs, epitritis, & epogdois usus est. Eius interpretationem proferam, ut o-
mnes intelligant, quanto Cicero quàm ille, eum locum interpretatus sit disertius.
Primam, inquit, ex omni firmamento partem tulit. hinc sumpsit duplam partem
prioris. tertiam uero secundæ hemioliam, sed primæ triplam, & quartam duplam
secundæ. Quintam tertiæ triplam. Sextam primæ octuplam. Et septimam uicies se-
pties à prima multiplicatã. Sequitur oratio quam nondũ protulimus. Post hæc spa-
tia quæ inter duplos & triplos numeros hiabant, insertis partibus adimplebat, ut
binæ medietates singula spatia colligarent, ex quibus uinculis hemiolij & epitriti
& epogdoi nascebantur. Cicero hanc postremam orationem ita trãstulit. Deinde
instituit dupla & tripla interualla explere, partes rursus ex toto desecans, quas
interuallis ita locabat, ut in singulis essent bina media. Sequitur oratio quam Ma- H
crobius omisit, Earum alteram eadẽ parte præstantem extremis, eademq; supera-
tam: alteram pari numero præstantẽ extremis, pariq; numero superatã. Sequitur
ea quam Macrobius uertit, quãq; supra protulimus. Sesquialteris autem interual
lis & sesquitertijs & sesquioctauis sumptis ex his colligationibus &c. Hãc enim o-
rationis partem solã Macrobius sic transtulit, Ex quibus uinculis hemiolij & epi-

A triti & epogdoi nascebantur. Platonis uerba proferã, ut existimare omnibus liceat qui hæc legerint, μὴ δὲ ταῦτα ξυνεπλήρωσε τά τε διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα, μοίρας ἔτι ἐκεῖθεν ἀποτέμνων, καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων, ὥστε ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας. Quæ sequũtur omisit Macrobius, Cicero conuertit, τὴν μὲν ταὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην. τὴν δ' ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν ἴσῳ δ' ὑπερεχομένην. Hoc quod sequitur uterq; transtulit, ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γενομένων ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν.

CAP. IIII.

IVS æquabile, δίκαιον ἴσον.) Hoc toto libro cæteri interpretes τὸ δίκαιον sem-
B per iustum dicunt, quàm inscitè, hinc existimare licet, quòd τὸ δίκαιον πολιτικὸν etiã iustũ ciuile trãsferunt. Ius ergo ciuile dicendũ est. ἴσον aliàs æquale dico, aliàs par, alias æquum: Eodemq; modo ἰσότητα modò æquabilitatem, modò æqualitatem, interdum parilitatem cum Varrone, interdum æquitatem. Cicero ita trãsferre solet. Sic enim interpretor δίκαιον ἴσον quod ius dicit æquabile in 2. de offic. Ius enim semper quæsitum est æquabile, nec enim aliter esset ius. Aliàs contrarium τοῦ δικαίου. i. Iuris est, τὸ ἄδικον. i. iniuria. Sic enim transfero ferè, aliàs dicitur res iniusta, ut δίκαιον res iusta, certis locis.

Perpeßio, τὸ πάθος.) Paßio latinum non est. Ciceronem ostendimus τὸ πάθος dicere & interpretari perturbationẽ. Hoc loco non agitur ea significatio, sed πάθος hic pro tolerantia ponitur. Cicero his duobus uocabulis τὸ πάθος expo-
C nit. Sic enim interpretor quod ait in 2. Tusc. quæ. Consuetudo enim laborum perpeßionem dolorum efficiet faciliorem.

Profitetur enim iudex se ius esse loquens, ὁ γὰρ δικαστὴς βούλεται εἶναι, οἷον ἔμψυχον δίκαιον.) ἔμψυχον uerbum è uerbo, animatum. Atq; ego sic conuertissem, nisi Ciceronis locus me admonuißet, ut mutarem sententiam. Est autem in 3, de legibus, Vt enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus: ueréq; dici potest magistratum legem eße loquentem, legem autem mutum magistratum. Videre licet, quàm disertè sit eum locum uel interpretatus uel imitatus. posuit pro iure legem.

Quem eundem nonnulli arbitrum honorarium appellant, καὶ καλοῦσιν ἔνιοι με-
D σοδίκους.) Eustratius μεσοδίκους interpretatur μεσίτην, id est, ut Barbari dicunt, mediatorem. Vnde iudex appelletur μεσοδίκος, Aristoteles ipse exponit, ὡς ἐὰν τοῦ μέσου τύχωσιν, τοῦ δικαίου τευξόμενοι. i. quòd si quando medium consequantur, ius suum se putent obtinere posse. Plerisque hoc uerbum uidebor conuertisse audacius, quam ego de me opinionem alijs afferre non uerebor dummodo hoc ea re intelligant me facere, ut è philosophia barbaries eiecta iaceat. Ciceronis locum ex libro de fato proferã, in quo arbitrum honorarium pro eo quem mediatorem dicũt,

uidetur usurpare. Hic mihi quidem uidetur, cum duæ sententiæ fuissent ueterum E
Philosophorũ, una eorũ qui censerẽt omnia ita fato fieri, ut id fatũ uim necessita-
tis afferret, in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit:
altera eorum, quibus uiderẽtur sine ullo fato esse animorũ motus uoluntarij: Chri
syppus tanq̃ arbiter honorarius, mediũ fieri uoluisse, sed applicat ad deos potius.
Cicero cum duas sententias fuisse confirmet ueterum Philosophorum, Chrysippũ
autem medium inter duas illas uoluisse fieri: & propterea arbitrum honorarium
uocet: profecto mihi uidetur eum constituere arbitrum, qui de illa controuersia au
diat alios philosophos disputantes & altercantes, tum ad mediam eos uiam senten
tiamq; deducat: quam cũ sequentur tũ ius se suum putẽt obtinere. Quod si hæc mi-
nus probentur, alio utatur.

Detrahat particulam, ἀφεῖλε.) Cicero sæpe fere utitur uerbo detraho pro F
aufero. Atque ut omnes intelligant uerbum græcum ἀφαιρεῖν illi par esse, libet
repetere locum Platonis quẽ paulo ante protuli, quem Cicero cum uerteret, ἀφεῖ-
λε dixit detraxit, μίαν ἀφεῖλε τὸ πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν. Cicero, Vnam
principio partem detraxit ex toto.

Præstat, ὑπερέχει.) Cicero in uoce actiua ὑπερέχειν transfert præstare, in
patiendi superari. pro eo quod uulgò & barbarè dicitur, excedere rem aliquam,
& excedi. Verba Ciceronis & Platonis paulo antè contuli, cum de Macrobio fa-
cerem mentionem.

Nec quicquam profecerint, οὔτε κερδαίνειν.) κερδαίνειν quæstum facere, lucri
facere, lucrari, proficere. Hoc postremum ut dicerem hic potissimũ admonuit me G
locus Ciceronis ex 1. de offic. Nihil enim proficiunt, nisi admodum mẽtiantur. Con
trarium est eius ζημιοῦσθαι, id est, damnum facere, & iacturam. hinc ζημία da-
mnum. ut τὸ κέρδος lucrum, & quæstus.

CAP. V.

LEX talionis, τὸ ἀντιπεπονθός.) Sic dicere malui q̃ quod inscitè & indi-
sertè cæteri repaßionem. Quis enim unquam hoc uerbum aut legit, aut audit
æquo animo, nisi indocti? aut in latinam linguam inuexit, nisi eius hostis & inimicus?
Aulus Gellius de hac lege talionis inducit disputantes Phauorinum, & Sex. Ce-
sellium 20. libro, cap. 1. Ea autem orta est disputatio ex legibus 12. tabularum, ibi
retaliari dicit, quod hic appellat Aristoteles ἀντιπάσχειν.

Non sit referiendus, οὐ δεῖ ἀντιπληγῆναι.) id est, ἀντιτυφθῆναι. Terentius H
hoc uerbo usus est in Adelphis.


Quin etiam, ἀλλά.) Ego cum apud Ciceronem illud, Quin etiam, usitatum ac
tritum legerem, nihil potius habui q̃ ut quod apud Græcos huic nostro uerbũ par
esset, intelligerem. Tandem igitur cõiungens græca cum latinis locum Platonis in-
ueni in quo ἀλλὰ καὶ Cic. Quin etiam transtulisset. Et aliquot id quidẽ iam locis

A anteà usurpaverã in græcis convertendis, sed timide, quippe qui nullius in hoc se=
querer auctoritatem. Deinceps igitur ero audacior. Atq; quo libẽtius omnes meũ
sequantur institutũ, locos duos coniungam, alterũ Platonis, Ciceronis alterũ μόνον
δὴ τὸ αὑτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον.
ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα κινεῖται, τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. Hic locus
est apud Platonem in Phædro, à Cicerone autem conversus in 1. lib. Tusc. quæst.
Solum igitur quod seipsum movet, quia nunquam deseritur à se, nunquam ne mo=
veri quidem desinit. Quin etiam cæteris quæ moventur, hic fons, hoc principium
est movendi. Idem valet ἀλλὰ solum, nisi quod alij vertunt quin, tantummodo. ve=
luti Quintilianus vertens in 6. lib. locum illũ Demosth. οὐ γὰρ εἴ τι πώποτε μὴ
κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτο ἐμίμησαο, διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἂν δι=
B καίως, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἁλίσκοιο. Non enim si quid unquam cõtra leges
factum, idq; tu es imitatus, idcirco te convenit pœna liberari, quin è contrario da
mnari multo magis.

A media linea ducta coniunctio, ἡ κατὰ διάμετρον σύζευξις.) Macrobius διά
μετρον dicit etiam latinè diametron, & in nominativo diametros, facitq; eiusdem
esse generis cuius est apud Græcos .i. fœminini. Quid autem sit διάμετρος, ita
explicat in priore libro quem scripsit in somnium Scipionis, In omni orbe vel sphæ
ra, inquit, medietas centrum vocatur: nihilq; aliud est centrum, nisi punctum quo
sphæræ aut orbis medium certissima observatione distinguitur. Item ducta linea
de quocunque loco circuli qui designat ambitũ, in quacunq; eiusdẽ circuli summi=
C tate orbis partẽ aliquam dividat necesse est. Sed nõ omni modo medietas est orbis
quam separat ista divisio. Illa enim tantum linea in partes æquales orbem mediũ
dividit, quæ à summo in summũ ita deducitur, ut necesse eam sit trãsire per centrũ,
& hæc linea quæ orbem sic æqualiter dividit, diametros nuncupatur. Ex his ver=
bis tantum intelligitur, quid sit diametros. Fœminini autem esse generis ille locus
indicat, qui in eodem libro est paulo infrà. Constat autem, inquit, geometricæ ra=
tionis examine, cum de duobus orbibus altera diametros duplo alteram vincit, il=
lum orbem cuius diametros dupla est, orbe altero octies esse maiorem. Ego autem
hic κατὰ διάμετρον non dixi per diametron, sed à media linea, secutus Ciceronem,
cuius plus apud me unius valet auctoritas, quàm mille Macrobiorũ. Sic enim ver
D tit ille locum Platonis ex Timæo in lib. de Vniversitate, Atq; ita cum alterũ esset
exteriorem amplexus orbem, illum eiusdem naturæ, hunc alterius notavit, eumq;
quæ erat eiusdem detorsit à latere in dextram partem: hanc autem citimã, à me=
dia linea direxit ad lævam. Platonis hic est locus quẽ transtulit, τὴν μὲν οὖν ἔξω φο=
ρὰν ἐπεφήμισεν εἶναι τῆς ταὐτοῦ φύσεως, τὴν δ' ἐντὸς τῆς θατέρου. τὴν μὲν
δὴ ταὐτοῦ κατὰ πλευρὰν ἐπὶ δεξιὰ περιήγαγε, τὴν δὲ θατέρου κατὰ διάμετρον
ἐπ' ἀριστερά. Vt autem hic Aristotelis locus intelligeretur, quadratum hoc loco

 E

describendum censui. lineæ eæ quæ ductæ sunt à summo ad imum per centrum, dicuntur διάμετροι.



Atqui accipere quàm facere præstat iniuriam, τὸ δὲ ἀδίκημα δύο· τὸ μὲν ἔλαττον, τὸ ἀδικεῖσθαί ἐστι. τὸ δὲ μεῖζον, τὸ ἀδικεῖν.) Sic uertere uerbum è uerbo licuit. Leuius autem malum & scelus est affici iniuria, maius facere iniuriam. Sed Ciceronem sequi malui, qui in 5. Tusc. quæst. uerba hæc Aristotelis disertè interpretatus est ijs, quæ hic à me posita sunt. Nam cum accipere, inquit, quàm facere, præstat iniuriam, tum morti iam ipsi aduentanti, paulum procedere obuiam, quod fecit Catulus, &c. Ergo τὸ ἀδικεῖν dicit facere iniuriam. Aliàs idem dicit inferre iniuriã. Lib. 1. de officijs, Sed iniustitiæ genera duo sunt, unum eorum qui inferunt, alterum eorum qui ab his quibus infertur, si possint, non propulsant iniuriam. ἀδικεῖσθαι accipere iniuriã appellat, pati iniuriam nõ legi apud eum, nisi semel, idq; in Lælio. F

CAP. VI.

Satis magna multitudo hominum qui liberi sint, πρὸς αὐτάρκειαν ἐλευθέρων.) Nam dicere, sufficientiam, & aut sufficientes liberos absurdum sit & alienum à consuetudine latinæ orationis. G

Aut eorum qui æquo & pari inter se iure uiuant, ἢ ἴσων.) Vocabulum græcum duarum syllabarum multis uerbis dixi, ut res intelligatur. Nam si ἴσους pares uel æquos uertissem, rectè id quidem fecissem, sed res fuißet obscurior. Ciceronem etiam secutus sum, qui hoc ita expreßit in 1. de offic. Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure uiuere.

Quocirca inter quos hoc non est, inter eos ius ciuile non est ius, sed quoddam par ac simile. Inter eos enim iuris communio est, quibus inter eos etiam communio legis est. Inter quos porro est communio legis, inter eosdem societas iniuriæ est, iudicium enim, iuris & iniuriæ dijudicatio est. Inter quos autem iniuria est, inter eos iniuriæ faciendæ communio est. Quibus autem inter eos iniuriæ faciendæ communis ratio est, non est etiam inter eos omnes communio iniuriæ, ὥστε ὅσοις μή ἐστι τοῦτο, οὐκ ἔστι τούτοις πρὸς ἀλλήλους τὸ πολιτικὸν δίκαιον, ἀλλά τι δίκαιον καὶ καθ᾽ ὁμοιότητα. ἔστι γὰρ δίκαιον, οἷς καὶ νόμος πρὸς αὐτούς. νόμος δ᾽ ἐν οἷς ἀδικία. ἡ γὰρ δίκη, κρίσις τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου. ἐν οἷς δ᾽ ἀ- H

A δικία, ὃ τὸ ἀδικεῖν ἐν τούτοις, ἐν οἷς δὲ τὸ ἀδικεῖν, οὐ πᾶσιν ἀδικία. Hunc lo-
cum Cicero in 1. de legibus magna ex parte conuertit. uerba eius sunt hæc, Est igi
tur, quoniam nihil est ratione melius, eaq́; & in homine & in Deo, prima homini
cum Deo rationis societas. Inter quos autem ratio, inter eosdem etiam recta ra-
tio, & communis est. Quæ cum sit lex, lege quoque conciliati homines cum Dijs
putandi sumus. Inter quos porro est communio legis, inter eos cõmunio iuris est.
Quibus autem hæc sunt inter eos cõmunia, & ciuitatis eiusdem habendi sunt. Ex
quo Ciceronis loco intelligi potest, ἐν in tali genere dicẽdi efficere, inter ἐν οἷς, In-
ter quos. ἐν τούτοις, inter eos. Hoc etiam cernere licet, Ciceronem ornandæ ua-
riandæq́; orationis causa, quod Aristoteles uno modo simpliciterq́; dixit, ἔστι δί-
B καιον, καὶ νόμος, communio iuris, & communio legis transtulisse, & ratio est, &
recta ratio. Itemq́; communia sunt hæc, & conciliati sunt lege. Hoc etiã, οἷς πρὸς
αὐτῶν, quibus inter eos. Locus autem hic gradatione tractatur. Quod si quis hæc
conferre uolet cum ijs quæ ab alijs conuersa sunt, ij q̃ indisertè hunc locum inter-
pretati sint, intelliget.

CAP. VII.

CIVILE autem ius aliud naturale est, aliud legitimũ, τοῦ δὲ πολιτικοῦ δι-
καίου τὸ μὲν φυσικόν ἐστι, τὸ δὲ νομικόν.) Supra docui τὸ δίκαιον his locis
alijsq́; eiusdem generis inscitè ab alijs dici iustum. Itaq; hoc loco dicunt πολιτικὸν
δίκαιον iustum ciuile. νομικὸν δίκαιον Cicero uerbum è uerbo appellat ius le-
gitimum in 1. de officijs, Ex quo fit, inquit, ut neq; disceptatione uinci se, nec ullo
C publico, aut legitimo iure patiantur.

Nec quia quòd sic uideatur, aut secus, καὶ οὐ τῷ δοκεῖν ἢ μή.) Definit ius na-
turale. Cicero in 1. de legibus docet omne ius à natura esse constitutum, non opi-
nione hominum. Longa est sanè & suauis illa disputatio, quæ à Platone in secundo
de Rep. etiam tractata est. Aristoteles alia est in sententia, qui ius legitimum defi-
nit hominum instituto.

Differt autẽ ab eo quod iniustum est iniuria, & rectè facta ab eo quod iustum
est, διαφέρει δὲ τὸ ἀδίκημα, καὶ τὸ ἄδικον, καὶ τὸ δικαίωμα, καὶ δίκαιον.) Aliter
uerbo τὸ δίκαιον hoc loco atque superiore, explicandæ huius differentiæ gratia
τὸ δίκαιον & τὸ δικαίωμα cognata sunt inter se, itemq; ἄδικον & ἀδίκημα,
D Iustum est & æquum reddere depositum, & iniustum non reddere, & in eo apud
quem depositum est, situm est ut reddat, aut non reddat. si reddat, erit δικαίωμα
.i. iuste factum & recte .i. officium fecerit. si non reddat, erit ἀδίκημα. i. iniuste fa
ctum .i. iniuriam fecerit. Hoc mihi uidetur Terẽtius exprimere, cum ait sæpe, haud
æquum facis, & æquum facis. Verbis enim his respondent ea græca quibus hoc
libro Aristoteles utitur, δικαιοπραγεῖν, id est, æquum facere, & ἀδικεῖν iniu-
riam facere, & haud æquum facere. facit enim hæc duo uerba inter se contraria

principio capitis proximi, ὄντων δὲ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων τῶν εἰρημένων, ἀ- E
δικεῖ μὲν καὶ δικαιοπραγεῖ, ὅταν ἑκών τις αὐτὰ πράττῃ· ὅταν δ' ἄκων, οὔ-
τ' ἀδικεῖ οὔτε δικαιοπραγεῖ. περὶ τοῦ ἀδικεῖν & ἀδικεῖσθαι, supra diximus.
De hoc autem uerbo δικαιοπραγεῖν, & δικαιοῦσθαι, quoniam Aristot. hoc libro
multa dicit, hoc tantum dicam δικαιοπραγεῖν iuste & rectè facere dicere Cice-
ronem & δικαιοπραγήματα iuste & rectè facta. Non est opus locis proferen-
dis hoc facere longius. δικαιοπραγεῖν etiam dicit, esse in officio, & Terentius fa-
cere officium. Vterq; fungi officio. Sic enim debet exponi proximo capite, ἀδύνα-
τον τὸ ἀδικεῖσθαι μὴ ἀδικοῦντος, ἢ δικαιοῦσθαι μὴ δικαιοπραγοῦντος. Nã
δικαιοπραγεῖν & ἀδικεῖν contraria sunt. Cum igitur ἀδικεῖν sit alterum uiola-
re, iniuriam facere & inferre alteri: δικαιοπραγεῖν erit præstare alicui officia,
esse in officio erga alterum. Quod in hac re etiam dicitur seruare æquitatem & F
iustitiam, & tueri ius, δικαιοῦσθαι autem & ἀδικεῖσθαι etiam contraria sunt,
& inter se & superiorum. Cum igitur ἀδικεῖσθαι sit uiolari, accipere & pati in-
iuriam. δικαιοῦσθαι erit pati & ferre quod ius est & æquum. Nam δικαίωμα
hoc ipso capite, ab Aristotele definitur, emendatio iniuriæ, ut si cui mulcta dicatur
iusta de causa, is dicatur δικαιοῦσθαι, & ij qui mulctam dixerint, δικαιοπραγεῖν.
Itemq; in cæteris quæ ad ius pertinent.

CAP. VIII.

EORVM autem quæ uoluntaria sunt, partim consulto, partim inconsulto
facimus, τῶν δὲ ἑκουσίων, τὰ μὲν προελόμενοι πράττομεν, τὰ δ' οὐ προε-
λόμενοι.) τὰ μὲν, τὰ δὲ, partim Ciceronem inuenio in diuisione dixisse. G
Vnum atque alterum locum tantummodo proferam. In 2. de officijs, Sed quoniã
de eo genere beneficiorũ dictum est, quæ ad singulos spectant, deinceps de ijs quæ
ad uniuersos quæq; ad Rempub. pertinent disputandum est. Eorum autem ipso-
rum partim eiusmodi sunt ut ad uniuersos ciues pertineant partim ut singulos at-
tingant, quæ sunt etiam gratiora. In principio eiusdem libri, Quæ ergo ad uitam ho-
minum tuendam pertinẽt partim sunt inanima, ut aurum & argentum, & ea quæ
gignuntur è terra, ut alia eiusdem generis: partim animata, quæ habent suos impe-
tus & rerum appetitus. Nam illud τὰ μὲν, τὰ δὲ sæpe ualere & efficere apud
nos alia, quædam & alia eiusdem generis, clarius est, quàm ut probatione egeat.
Quoniam autem hoc capite Aristot. de ijs disserit, quæ consulto, inconsulto, & de H
industria facimus, & alijs eiusdem generis, hic locus uidetur proprius de his dicẽ-
di generibus disputandi. Quod ita faciemus, si hoc ponamus quod ille, nullum faci-
nus malum esse nisi uoluntarium sit. Ex hoc quasi fonte manabit omnis hæc nostra
oratio. Qui uoluntate ac sponte sua facit quippiam, is necesse est faciat prudens
& sciens, hoc Aristot. dicit γιγνώσκων καὶ εἰδώς. Qui autem sciens faciat, fieri
potest, ut ira incitatus aut alia animi perturbatione quæ naturalis sit aut necessa-

A rio accidit hominibus faciat. hoc διὰ θυμὸν, ἢ θυμῷ ποιεῖν dicitur, tum quod fit dicitur græcè ἀδίκημα, id est, iniuria. Cum autē non inconsulte, non tamē de industria fit quod malum est, uocatur græcè ἁμάρτημα, latinè peccatum. Cum autē non solum prudens & sciens nocet cuipiam, sed de industria etiam & cogitato & consulto fit iniuria, tum quisq; iniustus & improbus nominatur. Hæc sunt ferè Aristotelis in hoc ipso capite posita. De superioribus alio loco diximus. Nunc tantum de postremo genere dicamus, ἐκ προαιρέσεως βλάπτειν, alio loco docui inscitè exponi ab alijs ex electione nocere, idq; Ciceronem dicere de industria. Nec solum hoc ponit uerbum interdum, sed coniungit cum eo illud nocendi causa, ut in primo de officijs, Atq; illæ quidem iniuriæ, quæ nocendi causa de industria in-

B feruntur, sæpe à metu proficiscuntur. Cui uerbo cùm par apud Græcos quærerem, illa duo occurrerunt, quibus hoc cap. Aristot. utitur, διὰ μοχθηρίαν ἀδικεῖν & ἀπὸ κακίας βλάπτειν. Quod mei gentiles Galli facilè intelligent, quoniā cōmuni lingua id dicimus, par mal, nocendi causa. Idē efficit quod Græci participijs exprimūt, quódq; huic sermoni nostro dedit initiū, προελόμενοί τινες πράττουσι, & προβουλεύσαντες & βεβουλευμένοι. Nos aduerbijs hæc exprimimus, consulto. Idem etiam efficit ἐκ προνοίας. Quod ut intelligi poßit, proferam locum ex oratione Demosthenis cōtra Midiam, qui huic Aristotelis par est ac similis. ἔπειθ᾽ οἱ φονικοὶ, τοὺς μὲν ἐκ προνοίας ἀποκτιννύντας, θανάτῳ καὶ ἀειφυγίᾳ καὶ δημεύσει τῶν ὑπαρχόντων ζημιοῦσι. τοὺς δ᾽ ἀκουσίως, ἀνέσεως καὶ φιλαν-

C θρωπίας πολλῆς ἠξίωσαν. οὐ μόνον δ᾽ ἐπὶ τούτων τοῖς ἐκ προαιρέσεως ὑβρισταῖς χαλεποὺς ὄντας ἰδεῖν ἐστι τοὺς νόμους, ἀλλὰ καὶ ἐφ᾽ ἁπάντων. Cernere licet, quod prius dixerat ἐκ προνοίας, eum paulo post ἐκ προαιρέσεως dicere. Hunc autem locum uertam ut potero, ne studia retardentur eorum qui non tantum progressum fecerint in græcis, ut per se hæc intelligant. Deinde leges sunt de cædibus latæ, quæ eos qui consulto alterum interemissent, morte, perpetuo exilio, omnium denique bonorum publicatione condemant: eos qui inconsultè, uenia & magna humanitate dignos iudicant. Nec in his solum rebus, sed in omnibus cernere leges licet ijs acerbas esse, qui de industria alios uiolant. Aduerbia illa idem ualent, ἑκουσίως & ἀκουσίως. Nam & ἀκουσίως in loco superiore Demosthenis uerti inconsulte, quoniam cōtrarium eius posuerat, ἐκ προνοίας, & idē aduerbiū

D si ita exprimamus inuoluntarie, & alterū, uoluntarie, nō ferat latina oratio. Illud autem ἑκουσίως Cicero exponens dicit uoluntate, & interdum sponte, aliàs utrunque coniungit. quod idem de nomine ἑκὼν iudicandum est. Scribit eim in 2. Tusc. quæst. his fere uerbis, Calanus Indus indoctus ac barbarus in radicibus Caucasi natus sua uoluntate uiuus combustus est. i. ἑκὼν siue ἑκουσίως. ἑκὼν autem Græci dicunt pro illis ἐκ προνοίας, & ἐκ προαιρέσεως. Quod & ex eo capite quod exponimus intelligi potest, & ex loco Demosthenis qui est apud eum in oratione

contra Midiam, πρῶτον μὲν τοίνυν οἱ περὶ τῆς βλάβης οὗτοι νόμοι πάντες, E
ἵν' ἐκ τούτων ἄρξωμαι, ἂν μὲν ἑκὼν βλάψῃ, διπλοῦν. ἂν δ' ἄκων, ἁπλοῦν
τὸ βλάβος, κελεύουσιν ἐκτίνειν. Paulo post sequitur is locus quem paulo antē
protuli, in quo pro illo ἑκὼν dixit ἐκ προνοίας, & ἐκ προαιρέσεως, & pro il
lo ἄκων, ἀκουσίως. Hunc locum ita cōuerti. Ac primum quidem leges omnes quæ
de iniuria constitutæ sunt, ut ab ijs potissimum exordiar, si cui quis noceat de indu
stria, dupli: sin inconsulto, simpli eum damnari uolunt. Ibidem paulo ante pro illo
ἐκ προαιρέσεως dicit βεβουλευμένος, quod nos supra docui dicere solitos, con=
sulto. Verba eius hæc sunt, quæ longius repetenda censui, ἂν γὰρ ταῦθ' οὕτως
ἐγνωσμένα ὑπάρχῃ παρ' ὑμῖν, οὐκ ἔνεσται αὐτῷ λόγος οὐδὲ εἷς. ποία γὰρ
πρόφασις; τίς ἀνθρωπίνη καὶ μετρία σκῆψις φανεῖται τῶν πεπραγμένων αὐ
τῷ; ὀργὴ νὴ Δία. τοῦτο γὰρ ἴσως τυχὸν λέξει. ἀλλ' ἃ μὲν ἄν τις ἄφνω τὸν λογι= F
σμὸν φθάσας ἐξαχθῇ τι πρᾶξαι, κἂν ὑβριστικῶς τοῦτο ποιήσῃ, δι' ὀργήν γε
ἔνι φῆσαι πεποιηκέναι. ἃ δ' ἂν ἐκ πολλοῦ συνεχῶς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας πα
ρὰ τοὺς νόμους πράττων τις φθοράται, οὐ μόνον δήπου, τοῦ μὴ μετ' ὀργῆς ἀ=
πέχει, ἀλλὰ καὶ βεβουλευμένος ὁ τοιοῦτος ὑβρίζων ἐστὶν ἤδη φανερός. i. Nam si
ita apud uos statutum sit, nulla ei reliqua est defensio. Quæ enim tandē excusatio?
quæ humana aut honesta eorū quæ gessit defensio uideri potest? Ira scilicet. Etenim
hoc forte dicet. At quæ quisq; repēte rationē præcurrēs sibi agere induxerit, etiā
si per cōtumeliam faciat, ira tamē incitatū se fecisse possit dicere. At uero cū ex lon
go tempore semper, multis diebus, cōtra leges in his facinoribus deprehēsus sit, is
nō solū non cū ira, sed consulto etiā per contumeliā fecisse putādus est. Illud φθά= G
σαι τὸν λογισμὸν dixi præcurrere rationē: Ciceronē secutus, qui in. 1. de offic. Effi
ciēdum est autē, inquit, ut appetitus rationi obediāt, eāq; neq; præcurrant propter
temeritatē, neq; propter pigritiā aut ignauiā deserant eā. μετ' ὀργῆς ποιεῖν, uer
bum è uerbo exprimens dicit Cice. cum ira facere, eodē lib. Sed tamē ira procul
absit, cum qua nihil rectè fieri, nihil cōsideratè potest. Sed ne lōgiores in his simus,
hoc unū addam, Aristo. hoc cap. quod interpretamur, hæc genera omnia pro eodē
dicere, ἐκ προαιρέσεως βλάπτειν, ἐκ προνοίας, ἑκών, προελόμενος. & in 7.
huius operis, διώκειν τῷ προαιρεῖσθαι, κατὰ προαίρεσιν, & προαιρούμενον. Nunc
hæc cū contrarijs cōferamus. ἑκὼν & ἄκων, quorū posterius certis quibusdā locis
inuitus dicitur. ἀγνοῶν, δι' ἄγνοιαν, cōtraria sunt his, εἰδὼς γιγνώσκων. Neque H
enim unq̃ legi νοῶν cui nostrū prudēs responderet, quoniā alio loco docui illud ἀ=
γνοῶν par esse nostro illi imprudēs. διὰ λογισμὸν & παραλόγως pugnāt inter
se. quorū prius etiā cōsulto dicitur, & posterius incōsulto, uel incōsideratè, & illud
cōsideratè, quanq̃ uerbū è uerbo ἀπερισκέπτως incōsideratè ualeat. Quoniā au
tē λογίζεσθαι significat cogitare, illud διὰ λογισμὸν puto id esse quod Cice. 1. de
offic. dicit cogitato, Sed in omni iniustitia permultū interest, utrū perturbatione ali
qua animi quæ plerunq; breuis est & ad tēpus, an cōsulto & cogitato fiat iniuria.
Sed hoc proportione superiorū dici potest λογισάμενος, ἐκ προαιρέσεως, προ

A αἱρούμενος, προελόμενος, & κατὰ προαίρεσιν illi παρὰ προαίρεσιν repugnāt. Cicero quidē superiora omnia tantũmodo uertit, de industria, & semel dedita opera, idq; in 1. de Orat. lib. si uim uerbi spectemus. Nā mihi quidē dubiũ nõ est quin cõsulto pro his & cogitato dicere possimus. Idē .n. ualēt. Sed hoc quærimus, quæ quibus Græcis latina uerba proprie respondeāt. Cæteri autē & ex cõposito dicũt & ex industria. Quemadmodũ autem dicat παρὰ προαίρεσιν, hoc cõfirmabo me omnino nõ legisse ad uerbũ expressum, nisi forte illud, cõtra animi iudicium, quod quoniā in hac re minus propriũ est & usitatũ, illud uerbum magis arbitror ab eo esse cõuersum, incõsultè, incõsultò, incõsideratè, temerè, & imprudenter. quod idē de his iudicandum est, παρὰ τὴν διάνοιαν, παρὰ τὸν λόγον, quod uno uerbo supra dixi, παρὰ λόγους & παρὰ τὴν βούλησιν. Quæ ego omnia alijs locis aliter exponi
B posse scio. Nā illud παρὰ βούλησιν dicit Cic. cõtra uolũtatem. quomodo etiā proximo cap. exposui. Sed hoc loco quærimus, ut iā dixi, quemadmodũ hæc uerba exponēda sint in his dicēdi generibus, quibus Aristo. utitur in hoc lib. 5. & in 7. Verba eius malo ponere, ne quis me putet nimiũ in his operæ cõsumere, quæ aperta uideātur. In 7. quidē cap. 4. scribit his fere uerbis, τῶν δὲ περὶ τὰς σωματικὰς ἀπολαύσεις, περὶ ἃς λέγομεν τὸν σώφρονα καὶ ἀκόλαστον, ὁ μὴ τῷ προαιρεῖσθαι τῶν ἡδέων διώκων τὰς ὑπερβολάς, ἢ τῶν λυπηρῶν φεύγων πείνης καὶ δίψης, καὶ ἀλέας, καὶ ψύχους, καὶ πάντων τῶν περὶ ἁφὴν καὶ γεῦσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν προαίρεσιν καὶ τὴν διάνοιαν· ἀκρατὴς λέγεται. Quo in loco perspicere licet Aristot. hæc cõtraria posuisse, διώκειν τὰς ὑπερβολὰς τῶν ἡδέων τῷ προαιρεῖσθαι,
C & διώκειν παρὰ τὴν προαίρεσιν καὶ τὴν διάνοιαν. Quæ si quis interpretetur, persequi aliquē nimias & profusas uoluptates, nõ quia eligit, aut uult uel statuit, sed cõtra animi iudiciũ sententiā ac uolũtatem, is ad rē & sententiā aperiendā rectè & cõmode, ad orationē latinā parũ disertè facere uideatur. Itaq; ad superiorē interpretationē cõfugiendũ cēseo. Nā τῷ προαιρεῖσθαι διώκειν τὰς ἡδονὰς idem ualere puto quod ἐκ προαιρέσεως, cũ præsertim eius cõtrarium παρὰ προαίρεσιν secundo loco ponatur.

CAP. IX.

SIQVIDEM uir bonus se gerere solet summissius, ὁ γὰρ ἐπιεικὴς ἐλαττωτικός ἐστι.) ἐλαττοῦσθαι & πλεονεκτεῖν cõtraria sunt, pro quibus hoc lib. 5. sæpe Aristot. dicit πλέον ἔχειν, & ἔλαττον ἔχειν. Hæc duo in iustitia quæ suũ cuiq;
D tribuit, obseruantur. Itaq; sunt laudis plerũq;, ut si qui de Rep. melius meriti sunt, maiorē etiā laudē & gloriā consequātur. Sæpius sunt in uitio. Tum illud πλεονεκτεῖν maiores opes habere dicitur, tum nimio quodam studio rerum augendarum & amplificandarum teneri. & illud ἐλαττοῦσθαι premi aliàs, aliàs deteriore esse conditione. Nam mihi quidem Cicero horum duorum uerborum uim declarare uidetur in secundo de officijs, Nam cum premeretur inops multitudo ab ijs qui maiores opes habebant, ad unũ aliquem confugiebāt uirtute præstantem. Illud aũt πλεονεκτεῖν pro eo quod est augendarũ opũ nimio studio teneri apud Demosth. usitatissimum est. ut autem & hoc intelligi possit, & duo hæc uerba esse

contraria, locum unum proferam ex oratione de libertate Rhodiorum, οὐ γὰρ ὁμοίως οὐδεὶς ὑπέρ τε τοῦ πλεονεκτεῖν πολεμήσειεν ἄν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ μὲν ὧν ἐλαττοῦνται, μέχρι τοῦ δυνατοῦ πάντες πολεμοῦσιν, ὑπὲρ δὲ τοῦ πλεονεκτεῖν, οὐχ οὕτως. ἀλλ' ἐφίενται μὲν ἐάν τις ἐᾷ, ἐὰν δὲ κωλυθῶσιν, οὐδὲν ἠδικηκέναι τοὺς ἐναντιωθέντας ἡγοῦνται. Hunc locum uertam ut potero, Non enim eodem animo quisquam de propagandis finibus bellũ gerit, & de suis tuendis, sed omnes cũ de minuendo imperio agitur, omnibus uiribus contendunt, cũ de augendo non ita, sed si quis patiatur, id cupiunt, sin prohibeantur, nihil eos qui obsistunt, iniustè facere iudicant. Qui etiam locus ad opes & augendas & minuendas transferri potest. Illud ἐλαττοῦσθαι etiam delabi dici puto posse, ut ita interpreter locum illum Ciceronis ex 2. de offic. Habenda est autem ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere flagitiosum est. ἐλαττοῦσθαι etiam iniqua esse conditione, & deteriore dicitur. Tritus est locus ille Demosthenis, περὶ στεφάνου, πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγ' ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου. i. Cum multis ego de causis in hoc certamine deteriore sum cõditione, quàm Aeschines, aut iniquiore conditione causam dico quàm Aeschines. ut ita illud Ciceronis exponam pro A. Cluentio, Quæ cũ ita essent, in Fausto tamẽ illi iudices statuerunt, iniqua conditione reũ causam dicere, cum aduersario ad ius dicendũ summa uis potestatis accederet. Nam Demosthenes illic etiam affert suas difficultates. Quanquam hunc mihi locum occulte uidetur Cicero expreßisse in exordio orationis pro Plantio, Equidem ad reliquos labores quos in hac causa maiores suscipio quàm in cæteris, etiam hanc molestiam assumo, quod mihi non solum pro Cn. Plantio dicendum est, cuius ego salutem non secus ac meam tueri debeo, sed etiam pro me ipso. Quocirca cum totam orationem conuerterem, sic potius hunc locum transferendum putaui, Equidem ad reliquos labores quos in hac causa maiores suscipio quàm Aeschines, etiam has duas molestias assumo: primã, quod &c. Sed ad propositum reuertamur. A uerbo πλεονεκτεῖν πλεονεξία dicitur, quam Cicero uocat, amplificationem rei familiaris in primo de officijs. Sic enim illud expono, Nec uero rei familiaris amplificatio nemini nocens uituperanda est. Sic de re priuata & cum est laudis. Cum autem in uitio est & ad Remp. pertinet, Cicero uocat nimiarum opum potentiam, in tertio de officijs, hinc opum nimiarum potentiæ non ferendæ. Sed redeundum est aliquãdo ad huius loci interpretationem. ἐλαττωτικὸς ergo is erit, qui opum augendarum studio nullo tenetur, ut etiam premi se patiatur. Quod locus Aristotelis quem explicamus facile indicat. Quo quidem loco haud scio an rectè poßit exponi, qui de suo iure decedit. Quod ut putarem, me admonuit & locus Aristotelis qui positus est in proximo capite, & Ciceronis ex secundo de officijs. Definit enim uirum bonũ his uerbis, ὁ γὰρ τῶν τοιούτων προαιρετικὸς, καὶ πρακτικὸς, καὶ μὴ ὁ ἀκριβοδίκαιος ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀλλ' ἐλαττωτικὸς

A καὶ παρ᾽ ἔχων τὸν νόμον βοηθὸν, ἐπιεικής ἐστι. Quo ille loco τὸ ἀκριβοδίκαιον,
& τὸν ἐλαττωτικὸν ponit cõtraria. Ἀκριβοδίκαιον autem Ciceronem puto ap
pellare iudicem duriorem in ſecundo de finibus, Vt A. Varus qui eſt eſt habitus iu
dex durior, dicere conſeſſori ſolebat, cum datis teſtibus alij tamen citarentur, Aut
hoc teſtium ſatis eſt, aut neſcio quid ſatis eſt: ſic à me ſatis teſtium eſt dictum. ἐλατ
τωτικὸς igitur cum ſit contrarium eius, is dicetur, qui æquus eſt, facilis, & lenis,
quiq; multa multis de ſuo iure cedit. ut ita interpreter illud Ciceronis ex ſecundo
de officijs, Conuenit autem tum in dando munificum eſſe, tum in exigendo nõ acer
bum, in omniq; re contrahenda, uendendo, emendo, conducendo, locando, uicinitati-
bus & cõfinijs æquum & facilem, multa multis de ſuo iure cõcedentẽ. Itaq; ἐλατ-
B τοῦσθαι in hoc genere de ſuo iure cedere & decedere dicetur. ἐλαττοῦν autem &
ἐλαττοῦσθαι perſpicuum eſt ſignificare imminuere & imminui. Itaq; Cicero in li-
bro de Vniuerſitate ἐλαττούμενον uertit imminutum.

CAP. X.

MORTEM ſibi ipſi conſciſcere, ἑαυτὸν ἀποκτείνειν.) Vſitatiſsimum eſt
hoc genus apud Ciceronem. Paulo poſt dicit σφάττειν ἑαυτὸν δι᾽ ὀργήν.
& ἑαυτὸν φθείρειν.

Malè de ſe mereri, ἀδικεῖσθαι ἑαυτόν. De hoc uerbo ſatis multa ſupra dixi-
mus. Sed quoniam hæc transferendi ratio ibi tractata non eſt, ne quid prætermitte
retur, hic tractandam putaui. Cicero ita exponit in quinto de finibus, Quare quo-
tieſcunque dicetur male de ſe quis mereri, ſibique eſſe inimicus atque hoſtis, uitam
C denique fugere, intelligatur aliquam ſubeſſe eiuſmodi cauſam, ut ex eo ipſo intelligi
poſsit ſibi quenq; eſſe charum.

Quoniam ſimul eidem & adimeretur idem & adderetur, quod fieri non po-
teſt, ἅμα γὰρ τὸ αὐτῷ ἂν εἴη ἀφῃρῆσθαι καὶ προσκεῖσθαι ταὐτό. τοῦτο δὲ
ἀδύνατον.) Hunc locum in quinto de finibus imitatus eſt Cicero, Nam cum ap-
petitus ille animi aliquid ad ſe attrahere cœpit conſulto quod ſibi obſit, quia ſit ſi-
bi inimicus, cum id ſua cauſa faciat, & oderit & ſimul diliget, quod fieri non
poteſt.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SEXTVM. E
CAP. I.



ENERE *modum,* τὸ μέσον αἱρεῖσθαι.) *Seruare etiã modum & mediocritatem, & sequi dici potest. de quo genere alio loco diximus.*

Modus est optimus quem recta præscribit ratio, τὸ δὲ μέσον ἐστὶ ὡς ὁ λόγος ὁ ὀρθὸς λέγει.) *Si dixissem, Is est modus uel mediocritas, ut ratio recta præcipit, hoc latina respuisset oratio. Illud autem* ὡς *in hoc genere non solum cum indicatiuo, sed etiam cum subiũctiuo iungitur.* F *Sic enim loquitur lib. 4. huius operis cap. 5.* ὡς ἂν ὁ λόγος τάξῃ. *Interdũ illud* ἂν *additur, cum interim indicatiuus adhibetur. In tertio cap. 7.* ὁμοίως δὲ καὶ θαῤῥῶν ἀνδρεῖος, κατ᾽ ἀξίαν, καὶ ὅτι, καὶ ὡς ἂν ὁ λόγος πάσχει, καὶ πράττει ὁ ἀνδρεῖος. *Eodem cap. dicit,* ὡς ὁ λόγος προστάττει. *Illud quidem* ὡς ὁ λόγος ὁ ὀρθὸς λέγει, *non dico, ut ratio recta dicit, nec dictat, quoniam in hoc genere uerba illa barbara cẽseo. Præcipere hoc Cicero dicit, & præscribere rationem. In 4. Tusc. quæst. An ratio parum præcipit, nec bonum illud esse quod aut cupias ardẽter, aut adeptus te efferas insolentius?*

Quod qui solum teneat, τοῦτο δὲ μόνον ἔχων ἄν τις.) ἔχειν *hoc loco illud tenere ualet: quo sæpe utitur Cicero, pro scire. Pleni sunt eius libri huiusmodi exemplorum. Itaq; eo uno loco contẽti erimus qui est apud eum in primo libro de Oratore. Nihil est enim quod ad artem redigi poßit, nisi ille prius qui illa teneat, quorum artem instituere uult, habeat illam scientiam, ut ex ijs rebus quarum ars nõdum sit, artem efficere poßit.* G

De cæteris autem dicemus, si prius de uirtutibus animi dixerimus, περὶ δὲ τῶν λοιπῶν, περὶ ψυχῶν πρῶτον εἰπόντες λέγωμεν οὕτως.) *Sic Cicero in 2. de offic. Sed quoniam nõnunquam hoc subsidium necessarium est, quemadmodum sit eo utendũ dicemus, si prius his de rebus quæ uirtuti propiores sunt dixerimus.*

CAP. II.

EST *enim officij, rectéq; factorum omnium fructus ac finis ipsum officium,* ἡ δὲ εὐπραξία τέλος.) *Breuem hanc & concisam sententiam Cicero in 2. de finibus ita explicauit. Id enim uolumus, id contendimus, ut officij fructus sit ipsum officium. Alio loco docui Ciceronem appellare* πρᾶξιν *& actionem & officium.* εὐπραξίαν *uocat rectum factum, & recte factum, si Peripateticorum uerbis utatur: sin autem Stoicorum,* τὸ κατόρθωμα. *quemadmodum* καθῆκον *appellat officiũ, uertens eorundem Stoicorum uocabula. uocat etiam* εὐπραξίας *bene facta in 2.* H

A Tusc. quæst. extremo, Omnia enim benefacta in luce se collocari uolunt. τὰ καλὰ etiam præclare facta interdum dicit.

Quocirca utriq; parti rationis cogitationisque participi, quasi materia quam tractet, & in qua uersetur, subiecta est ueritas, ἀμφοτέρων δὴ τῶν νοητικῶν μορίων, ἀλήθεια τὸ ἔργον. Hunc locum ita uerti, secutus Ciceronem qui eodem modo eundem tractauit in 1. de offic. Quocirca huic quasi materia, quam tractet & in qua uersetur, subiecta est ueritas. τὸ ἔργον igitur malui appellare quasi materiam, quàm opus & officium aut munus, propterea quòd ueritas non est munus harum duarum partium, sed magis id in quo uersentur, ut color non est munus oculi, sed id quod oculo subiectum est. Quod si cui hoc minus probatur, appellet sanè
B τὸ ἔργον munus, ut Cicero eodem libro paulo antè. Quæ quatuor quãquam inter se colligata atq; implicita sunt, tamen ex singulis certa officiorum genera nascũtur. uelut ex ea parte quæ primo descripta est, in qua sapientiam & prudentiam ponimus, inest indagatio atque inuentio ueri, eiusq; uirtutis hoc munus est proprium.

CAP. III.

SI alte principium earum repetierimus, ἀρξάμενοι οὖν ἄνωθεν.) Ἄνωθεν Cic. dicit & alte in hoc genere, & longè: eiq; solet dare illud repeto, quod par est illi græco ἀναλαμβάνω, quo Aristoteles in primo huius operis cap. 4. utitur, λέγομεν δὲ ἀναλαβόντες, ἐπειδὴ πᾶσα γνῶσις καὶ προαίρεσις ἀγαθοῦ τινος ὀρέγεται, τί ἐστιν οὗ λέγομεν τὴν πολιτικὴν ἐφίεσθαι. Interdum illi ἄνωθεν adiungunt aduerbiũ μικρὸν, ut 12. cap. huius sexti lib. περὶ δὲ τοῦ μηδὲν εἶναι
C πρακτικωτέρους διὰ τὴν φρόνησιν, τῶν καλῶν καὶ δικαίων, μικρὸν ἄνωθεν ἀρκτέον, quod dixi paulo altius. Cicero primo de legibus, Alte uero, & ut oportet, à capite frater, repetis quæ quærimus. Paulo post, Dij immortales, quãtum longe iuris principia repetis. In 1. de officijs lib. dicit per comparatiuum, Altius repetere. Sed quæ naturæ principia sint communitatis & societatis humanæ, repetendum altius uidetur.

Intelligentia, νοῦς.) Sic Cicero semper, nunquam enim nomine intellectus utitur. Vt autem res intelligatur, proferam locum Platonis ex Timæo, quem Cicero in lib. de Vniuersitate transtulit. διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δ' ἐν σώματι συνιστὰς τὸ πᾶν ξυνετεκταίνετο ὅπως ὅτι κάλλιστον εἴη κατὰ φύσιν ἄριστόν τε ἔργον ἀπειργασμένος. Cicero ita hunc locum trãstu-
D lit. Quocirca intelligentiam in animo, animũ conclusit in corpore: sic ratus est opus illud effectum esse pulcherrimum. Et quoniam alio loco promisi me de ratione transferẽdi nomina græca quæ in τὸν, ut νοητὸν, ut αἰσθητὸν & si qua sunt similia, desinerent, hoc libro esse dicturum, puto hoc loco id commode posse fieri. Atque hoc facio libentius q̃ philosophorũ consuetudo hodie terit pro his infinita barbara, ut sensibile, uisibile, tangibile & alia innumerabila, quæ tamen mihi magis probã-

bantur, quàm ea quæ alij dum hoc uolunt uitare uitium, inturpius lapsi finxerunt. E
Quo ex genere sunt, sensile, intellectile. Nam & Cicero & Latini alij etiam nominibus exeuntibus in bilis utuntur, etiam cum eadem uertunt quæ illi. Cicero enim ἀχώριστον dicit inseparabile, in prima Tusculana, & ἄπληστον insatiabile eodem libro, & multa alia ad hunc modum transferre solet. Cur igitur horum uerbis inusitatis illis quidē & barbaris utūtur potius quàm Ciceronianis? Quinetiam hæc trita iam & in usu Philosophorum posita usurpanda potius, quàm noua ista censeo. Sed ad propositum reuertamur. Exordiar primum à sensibus, αἰσθητὸν ergò quod alij sensibile, alij sensile dicunt, Cicero non uno uerbo dicit, sed semper pluribus. Nam αἰσθητὰ in libro de Vniuersitate conuertens locum Platonis ex Timæo, appellat quæ sensus mouent, & sensus mouentia quæ sunt. Omnia autem talia, inquit, sensum mouent: sensúsque mouentia quæ sunt, eadem in opinatione considunt, quæ ortum habere gignique diximus. Plato, πάντα δὲ τοιαῦτα αἰσθητά. τὰ δὲ αἰσθητὰ δόξῃ περιληπτὰ μετὰ αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη. In primo autem Academ. quæst. uocat τὰ αἰσθητὰ res eas quæ subiectæ sunt sensibus, & quæ sub sensum cadere possunt, quæ duo genera ita late patent, ut ad omnia nomina eiusdem generis possint accommodari. uerba Ciceronis posui, Sensus autem omnes hebetes & tardos esse arbitrabantur, nec percipere ullo modo res eas quæ subiectæ sensibus uiderentur, quæ essent aut ita paruæ, ut sub sensum cadere non possent: aut ita mobiles & concitatæ, ut nihil unquam unum esset constans eidem quidem, quoniam continenter laberentur & fluerent omnia. Quæ tamen dicit, sub sensum cadere non possunt addita negatione, sunt quæ Græci dicunt ἀναίσθητα, quæ uulgus Philosophorum insensibilia appellat. uocat etiam τὰ αἰσθητὰ Cicero quæ sensibus percipi possunt in 4. quæst. Academ. ὁρατὸν quod alij uisibile appellant, Cicero uno uerbo dicit spectabile & aspectabile, & ἀόρατον quod illi uno uerbo inuisibile, hic pluribus, quod oculorum effugit obtutum. Plato in Timæo, καὶ τὸ μὲν δὴ σῶμα ὁρατὸν οὐρανοῦ γέγονεν, αὐτὴ δὲ ἀόρατος μὲν, λογισμοῦ δὲ μετέχουσα καὶ ἁρμονίας ψυχή. Cicero sic, Et corpus quidem cæli spectabile effectum est, animus autem oculorum effugit obtutum. Eodem libro illud ὁρατὸν dicit spectabile, & pluribus uerbis, modo quod cadit sub aspectum, aliàs quod cerni potest, & ἀόρατον quod cerni non potest, & quod sensum effugit oculorum. Ego quanquam his commentarijs librum Ciceronis de Vniuersitate & eam partem Timæi Platonis quam ille conuertit instituì adiūgere, ex quibus hæc omnia cognosci & intelligi possint ab omnibus: tamē non alienum duxi proferre ex ijs locos qui ad hoc nostrum institutum & propositum pertinere uidebuntur. Locus Platonis hic est quem conuertens Cicero, ὁρατὸν dixit aspectabile, τῷ γὰρ τῶν νοουμένων καλλίστῳ καὶ κατὰ πάντα τελέῳ μάλιστα αὐτὸν θεὸς ὁμοιῶσαι βουληθεὶς, ζῶον ἓν ὁρατὸν, πάνθ᾽ ὅσα κατὰ φύσιν αὐτοῦ συγγενῆ ζῶα ἐντὸς ἔχον ἑαυτοῦ ξυνέστησε. Cic. sic, Quod enim pulcherrimū

F, G, H

A in rerum natura intelligi potest, & quod ex omni parte absolutißimum est, cum Deus similẽ mundum efficere uellet, animal unũ aspectabile, in quo omnia animãtia cõtinerentur, effecit. quo loco perspici potest, ξυνιστάναι dixisse efficere, & κατὰ πάντα ex omni parte. καὶ πάντα τέλεον ex omni parte absolutũ. Sed ad alia ueniamus. Quæ sub aspectũ cadũt, dicit ὁρατά. Omnes igitur quæ animo cernũtur & ratione intelliguntur animantes, complexu rationis & intelligentiæ, sicut homines hoc mũdo & pecudes & omnia quæ sub aspectum cadũt cõprehenduntur. Plato, τὰ γὰρ δὴ νοητὰ ζῶα πάντα ἐκεῖνο ἐν ἑαυτῷ περιλαβὸν ἔχει, καθάπερ ὅδε κόσμος ἡμᾶς ὅσα τε ἄλλα θρέμματα συνέστηκεν ὁρατά. Videre licet τὰ νοητὰ dicta esse, quæ animo cernũtur & ratione intelliguntur. Id quod admonuimus & quia ex horũ est genere, & quia νοῦς hoc loco tractatur à nobis. ἀόρατον

B etiã dicit, quod sensum effugit oculorũ. Animus autẽ, inquit, sensum omnem effugit oculorũ. Plato, ψυχὴ δὲ ἀόρατον. Nã prius locutus est περὶ ψυχῆς, quod uerbũ repetere Cicero noluit. Illud idẽ dicit quod cerni nõ potest. Locos, quoniã longiores sunt, nõ proferã. Tantum dicã quod Plato dicit, διὰ σμικρότητα ἀόρατα, Ciceronẽ uertere, quæ cerni nõ possunt propter paruitatẽ. ὁρατὰ in 5. Tusc. quæst. appellat quæ aspectu percipiũtur. Primùm enim horribilis ista cæcitas, quibus tãdem caret uoluptatibus? cũ quidam etiã disputent, cæteras uoluptates in ipsis habitare sensibus, quæ autẽ aspectu percipiãtur, eas nõ uersari in oculorũ ulla iocunditate. In 1. de offic. uocat quæ aspectu sentiantur. Itaq; eorũ ipsorũ quæ aspectu sentiũtur, nullũ aliud animal pulchritudinẽ, uenustatem, cõuenientiam partium

C sentit. In prima Tusc. illud ὁρατὸν dicit, quod cadit sub conspectum. & ἀόρατον quod aciẽ fugit. ἁπτὸν autem uno uerbo dicit, tractabile. Nã ἅπτεσθαι solet interdum, tractare dicere, ut in 5. Tusc. quæst. extremo, qui locus adiunctus est ad eum quẽ modo protuli, ut ea quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus, in ea ipsa ubi sentimus, parte uersentur, in oculis tale nihil. Locus autem Platonis quem Cic. uertens, ἁπτὸν dicit tractabile, ita est, σωματοειδὲς δὲ καὶ ὁρατὸν, ἁπτόν τε δεῖ τὸ γενόμενον εἶναι. Cic. sic, Corporeum autẽ & aspectabile, itemq; tractabile omne necesse est esse quod natũ est. Qui locus emẽdandus est, quoniã δὴ positũ est in eo, pro δέ. Proxima oratione illud ἁπτὸν Cic. uertit, quod tãgi potest. χωρισθὲν δέ τε πυρὸς, οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο, οὐδὲ ἁπτὸν ἄνευ τινὸς στερεοῦ. Cice.

D Nihil porro igni uacuũ uideri potest, nec uero tãgi quod careat solido. ubi ὁρατὸν dixit quod uideri potest. Paulo post illud ipsum ἁπτὸν trãsfert quod sub tactũ cadit. Qui, inquit, ex cõiunctione cælũ ita aptũ est, ut sub aspectũ & tactũ cadat. Plato sic, καὶ συνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν καὶ ἁπτόν. ἀκουστὸν appellat, quod audiri potest. Nec .n. inquit, oculis egebat, quia nihil extra quod cerni posset relictũ erat, nec auribus, quia ne quod audiretur quidẽ. Plato sic, ὀμμάτων τε γὰρ ἐπεδεῖτο οὐδὲν, ὁρατὸν γὰρ οὐδὲν ὑπελείπετο ἔξωθεν, οὐδ᾽ ἀκοῆς, οὐδὲ γὰρ ἀκουστόν. Idem iudicandũ

de cæteris sensibus, atque adeo de uerbis omnibus generis eiusdem. Quod si faciemus, non solum latinè & disertè Græcos interpretabimur, sed in hoc genere illos etiam dicendi copia uincemus. Quod ex his quæ diximus facile intelligi potest. Nã Plato ὁρατὸν dixit toties, atque adeo perpetuo, quódq; ἁπτὸν id semper multis uarijsq; modis uertisse Ciceronem animaduertimus. Quocirca quod Aristot. hoc capite dicit ἐπιστητὸν, quod μαθητὸν, quod proximo ποιητὸν, quod πρακτὸν, eodem modo uertere licebit, quo Cicero superiora. uerba eius sunt hæc, ὃ τὸ ἐπιστητὸν, μαθητόν. Illud ergo ἐπιστητὸν, quod omnes inscitè & tenebricosè dicũt scibile, quod scientia comprehenditur & percipitur, appellamus, & quod sub scientiam cadit, & quod sciri potest, quod scientia cõprehendi, quod scientia cõtinetur, quod scientiæ subiectum est. Ita μαθητὸν quod doctrina comparari potest, quo uia & ratione perueniri potest, quod licet consequi, adipisci, assequi alio docente, quod in doctrina positum est, quod disci potest, & doceri, quod sub doctrinam cadit & disciplinam. In summa ne agam de singulis, erunt omnia nomina eiusdem generis ad hanc quasi regulam dirigenda. E F

Non consectari similitudines, καὶ μὴ ἀκολουθεῖν ταῖς ὁμοιότησι.) Cicero libro quarto quæst. Academicarum, Similitudines uero aut geminorũ aut signorum annulis impressorum pueriliter consectantur.

Cum enim assentitur quisq; certo quodam genere, ὅταν γὰρ πως πιστεύῃ.) πιστεύειν tum credere dicit Cicero, tum assentiri, & approbare. πίστεις enim assensiones transtulit, cum in libro de Vniuersitate locum Platonis ex Timæo converteret. Locum utriusq; proferam atq; coniungam, quoniam multos esse intelligo, qui quod Græcum sit, par huic nostro scire cupiant. Plato, λόγος δὲ ὁ κατὰ ταὐτὸν ἀληθὴς γιγνόμενος, περί τε θάτερον ὢν καὶ περὶ τὸ ταὐτὸν ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ᾽ αὑτοῦ φερόμενος ἄνευ φθόγγου καὶ ἠχῆς, ὅταν μὲν περὶ τὸ αἰσθητὸν γίγνηται, καὶ ὁ τοῦ θατέρου κύκλος ὀρθὸς ἰὼν, εἰς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διαγγείλῃ, δόξαι καὶ πίστεις γίγνονται βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς. Cicero ita conuertit hunc locum, Ratio autem uera, quæ uersatur in ijs quæ sunt semper eadem & in his quæ mutantur, in eodẽq; & in altero mouetur ipsa per sese sine uoce, & sine ullo sono, cũ eãdem partẽ attingit qua sensus ferri potest, & orbis illius generis alterius immutatus & rectus, omnia animo mẽtiq; denunciat: tũ opiniones assensionésq; firmæ uereq; gignuntur. Anteq̃ hunc locũ absoluo, admonet me hic locus Ciceronis, ut de hoc dicẽdi genere, Versari in aliqua re quippiã, quod sentiã dicam. Equidem illud uersari quod apud Ciceronem usitatissimum est, & quid significaret, & cui græco par esset, multum diuq; dubitaui. Tandem aliquando sic mihi persuasi, nihil aliud significare quàm esse, & illud εἶναι cum περὶ præpositione iuncta accusatiuo, idem efficere apud Græcos. Quod ego quanquã intelligebam, tamen locum nullum Græcorum quem Cicero aut alius conuertisset, adhuc G H


A reperiebam, quo res esset testatior. Magna igitur affectus uoluptate sum, cùm hic mihi locus occurrit, id est, cum id quod cupiebam, me uidi consecutum: neq; uero id tam mea causa lætor q̃ rei literariæ. Explicemus ergo has quasi merces, ut omnes qui uelint etiam nulla mercede quantum uelint, consequantur. Id quidem iam constat, εἶναι περί τι, uersari in re aliqua, eße dicendum, quoniam ita Ciceronem uidemus transtulisse, περὶ τε θάτερον ὢν ᾖ καὶ περὶ τὸ ταὐτόν, quæ uersatur in ijs quæ sunt semper eadem & in ijs quæ mutantur. Quo loco, ut intelligi potest, non solum ordinem, sed numerũ quoq; mutauit. Sic Cicero semper in hoc genere illud περὶ dicit in. Innumerabiles ego locos proferre possum. Pro multis erit ille quinti libri de finibus, Est enim perspicuum, nullam artem in se uersari, sed esse aliud artem, aliud quod propositum sit arti. Ac non solum uersari dicit, τὸ εἶναι, hac in

B re, sed uerti etiam, & conuerti. Idem in 3. de finibus, Sola enim sapientia in se tota conuersa est. εἶναι Cicero uerti dicit, transferens locum Platonis qui superiorem proxime sequitur. Hæc sunt uerba eius, Cum autem in illis rebus uertitur, quæ manentes semper eædem, non sensu, sed intelligentia continẽtur. Non addo reliqua quoniam non extant. Platonis hæc sunt, ὅταν δὲ αὖ περὶ τὸ λογιστικὸν ᾖ. Hæc enim tam pauca uerba Cicero illustrauit illis pluribus. Ita etiam in 2. de offic. illud εἶναι dicit uerti. Etenim uirtus omnis fere in tribus rebus uertitur. Nec tamen illud esse adeo uitat, quin eo in simili genere utatur. Nam locũ eum quem proximè protuli, hæc sequũtur, Quarum una est in inspiciendo quid in unaquaq; re uerum syncerúmq; sit. Nihil hoc loco dico de illo genere dicendi, quod & splendidũ est &

C apud Cic. usitatißimũ. Versari in studijs, uersari in causis, uersari in foro. Nam alio loco quid sentirẽ de eo, dixi. Hoc autẽ de quo agimus ad res ferè inanimas, præsertim ad artes, uirtutes & uitia omne accommodatur. Atque ut omnem meam de eo aperiam sententiam, illud ipsum εἶναι Cicero disertè interpretari mihi uidetur interdum, Cerni. Nonnullos proferam locos, ut omnes quid uelim, intelligant, eum intellexerint uel probare consilium meum ijs liceat uel improbare. In primo de officijs, Sequitur ut de una reliqua parte honestatis dicendum sit, in qua uerecundia & quasi quidam ornatus uitæ, temperantia & modestia, omnísq; sedatio perturbationum animi, & rerum motus cernitur. Eodem libro quo loco differit de fortitudine, Omnino fortis animus & magnus animus duabus rebus maximè cernitur.

D Qui hos Aristotelis de moribus libros à nobis translatos legerint, ita multis locis εἶναι conuersum esse animaduertent. Proferam locos aliquot Aristotelis & græcos, & à me uersos in latinum ex græco, ut omnes intelligant, non solum Aristotelem hoc genus dicendi eodem modo tractare, quo à Platone tractatur, sed ita etiam latinè dici posse, ut à Cicerone transfertur. Lib. 3. cap. 9. περὶ θάρρη δὲ καὶ φόβους ἡ ἀνδρεία οὖσα, οὐχ ὁμοίως περὶ ἄμφω ἐστίν. ἀλλὰ μᾶλλον περὶ τὰ φοβερά. Quem locum sic transtuli, Fortitudo autem cum in audacia metúq; uer

ſetur, non tamen æquè in iis, ſed in rebus formidoloſis magis cernitur. Lib. 4. cap. 1. λέγωμεν δ' ἑξῆς περὶ ἐλευθεριότητος, δοκεῖ δὲ εἶναι περὶ χρήματα μεσότης. Sic ego, Deinceps de liberalitate dicamus, quæ in pecuniis mediocritas quædam cernitur. Quanquam φαίνεσθαι cum ἐν præpoſitione iunctum, & cerni & perſpici hac in re dicitur. Idem 3. lib. cap. 10. loquens de temperãtia, ἧττον γὰρ, inquit, καὶ οὐχ ὁμοίως ἐστὶ περὶ τὰς λύπας. ἐν τούτοις δὲ ἡ ἀκολασία φαίνεται. Ego ſic, Minus enim, non æquè uerſatur in doloribus, in quibus etiam intemperantia cernitur. Quo loco pro illo cernitur, licuit perſpicitur dicere. Cic. in 1. de offic. diſputans de fortitudine, quendam locum ſic tractauit, atq; iiſdem pene uerbis uſus eſt. Sed ea, inquit, animi elatio, quæ cernitur in periculis & laboribus, ſi iuſtitia uacat, pugnatque non pro ſalute communi, ſed pro ſuis cõmodis, in uitio eſt. Illud ipſum εἶναι etiam conſiſtere uertit Cicero & poſitum eſſe. In primo de officiis, Ex quatuor autem locis in quos honeſti naturam uímq; diuiſimus, primus ille qui in ueri cognitione conſiſtit, maximè naturam attingit humanã. Quod hinc intelligi poteſt, quia quod hic dixit, in ueri cognitione conſiſtit, paulo ante etiam loquens de prudentia, dixit, In perſpicientia ueri ſolertiáq; uerſatur. Nemini ergo dubium eſt, quin Græcos copia hac etiam in parte uincamus. Sed hoc tamen dicam, me ſemel, ídque in 2. lib. huius operis legiſſe ἀναστρέφεσθαι, quod noſtro uerſari reſpondet, non huic quidem quo de nunc agimus, ſed illi quod ad rem animatam & hominem referri diximus, ut cũ dicimus uerſari aliquem in ſtudio literarũ. Verba eius poſui, ne quis requireret, οἱ μὲν γὰρ σώφρονες καὶ πρᾶοι γίγνονται, οἱ δὲ ἀκόλαστοι καὶ ὀργίλοι, οἱ μὲν ἐκ τοῦ οὕτωσὶ ἐν αὐτοῖς ἀναστρέφεσθαι, οἱ δὲ ἐκ τοῦ οὕτως. i. Partim enim temperantes & clementes efficiuntur, partim intemperantes & iracundi: illi quia ſic, hi quia ſecus in iiſdem rebus uerſentur. Pares in hoc ſunt Græci & Latini, quod ad collocationem & cõſtructionem attinet. In ſuperiori autem genere Græci περὶ præpoſitione utuntur, duntaxat cũ dicũt εἶναι, quã quidem præpoſitionem Cicero ſemper in uertit, Quintilianus autem circa, etiam in alio genere, ut mirer interdum, quî tam cito à conſuetudine ſuperiorum deſciuerit. Si imprudens, negligentiæ eſt: ſin prudens temeritatis aut ſtultitiæ. Multa quædam dum aliud agimus interpoſuimus, quæ non omnino ingrata fore ſpero. Nunc tandem aliquando eò reuertamur unde egreßi ſumus. πίστεις ergo Cicero aſſenſiones uocat, in quo intelligendum eſt, uerbum eſſe proprium in hac re Platonicorum & Peripateticorum. Nam in 4. Academ. quæſt. συγκατάθεσιν appellat aſſenſionem & approbationem, quod uerbum puto proprium fuiſſe Stoicorum, quos Cicero multis locis cum Peripateticis qui iidem Academici erant, rebus cõſentire ait, uerbis autem diſcrepare. Verba eius hæc ſunt, His ſatis cognitis, quæ iam explicata ſunt, nunc de aſſenſione atque approbatione, quàm Græci συγκατάθεσιν uocant, pauca dicemus. Videre licet pro eodem dixiſſe Ciceronem, aſſenſionem & appro-



A bationem. Ita πιστεύειν & συγκατατίθεσθαι assentiri erunt, & approbare. Approbare autem dico, ut dicimus, Approbare uera pro falsis, aut contra. Nam illud δοκιμάζειν probare est id quidem, sed experiri magis dicitur, & ad personam refertur. Aristoteles 8. lib. huius operis cap. 4. οὐ γὰρ ῥάδιον, οὐδενὶ πιστεῦσαι περὶ τοῦ ἐν πολλῷ χρόνῳ ὑπ' αὐτῶν δεδοκιμασμένον, id est, Difficile est enim criminationibus de eo oblatis qui tibi lõgo tempore probatus sit, credere. Nã πιστεύειν etiam credere & habere fidem dicitur, πίστις interdum auctoritas uocatur, πιστὸς qui habet auctoritatem. Aristoteles 10 huius operis cap. 1. οἱ γὰρ περὶ τῶν ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσι λόγοι, ἧττόν εἰσι πιστοὶ τῶν ἔργων. Quẽ ego locum sic transtuli, Omnis enim quæ de perturbationibus & officijs habetur B oratio, minorem quã res ipsa habet auctoritatẽ. Sic Cicero in exordio libri de senectute, Omnem autem sermonem tribuimus non Thitono, ut Aristo Chius, ne parum esset auctoritatis in fabula: sed M. Catoni seni, quo maiorem auctoritatem haberet oratio. i. ἵνα μᾶλλον αὐτῷ εἶεν πιστοὶ οἱ λόγοι.

Fortuitam habebit scientiam, κατὰ συμβεβηκὸς ἕξει τὴν ἐπιστήμην.) Alio loco docui illud κατὰ συμβεβηκὸς fortuito, casu, & fortuitu esse dicendum. Quis enim ita latinè dici putet, nisi à latinæ orationis consuetudine remotißimus, habebit scientiam per accidens?

CAP. IIII.

ESTQVE aliud artis effectio, aliud actio, ἕτερον δ' ἐστὶ ποίησις καὶ πρᾶξις.) Cicero in 4. Academ. quæst. Græcos secutus aliud esse dicit ποιεῖν, aliud C πράττειν, aliúdque ποιητικὴν τέχνην, aliud τὴν πρακτικήν. Itaque quoniam Aristoteles hoc capite hæc uerba inter se discrepare docet, non alienum est repetere uerba Ciceronis quæ protuli tum cum secundum caput primi libri exponerem. Quod idem, inquit, in similibus quoq; artibus contingit, quarum omne opus est in faciendo aut agendo. Hoc idem tractat Quintilianus, cum genera artium diuidit. ποίησιν autem uocat idem Cicero artis effectionem in 3. de finibus, & operis effectum in secundo de natura Deorum, quorum utrosq; locos alio loco protuli.

Inscitia, ἀτεχνία.) Quemadmodũ τεχνίτης dicitur artifex, sic ἄτεχνης inscius à Cice. in 4. Academ. quæst. Ars uero quæ potest esse, nisi quæ non ex una, aut ex duabus, sed ex multis animi perceptionibus constat? quam si subtraxeris, quî distingues artificem ab inscio? Quem locum mutuatus est ab Aristotele, qui in proœ D mio τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ scribit his ferè uerbis, γίγνεται δὲ τέχνη, ὅταν ἐκ πολλῶν τῆς ἐμπειρίας ἐννοημάτων, καθόλου μία γένηται περὶ τῶν ὁμοίων ὑπόληψις. ἐννόημα rectè dicit animi perceptionem, quanquam magis uertat κατάληψιν uerbum Stoicorum. Nam eodem libro ἐννοίας uertit notitias, & notiones Sed ad rem. ἀτεχνίαν ergo inscitiam, Ciceronis auctoritatem secutus interpretor. Aristoteles etiam οὐκ εἰδότας dicit, quos Cicero appellat inscios. Proximo cap.

διὸ ἔνιοι οὐκ εἰδότες ἑτέρων εἰδότων πρακτικώτεροι. Atqui haud scio, an E
ἀτεχνίαν commode latinè poßimus dicere, inertiam, & ἀτέχνους inertes.

CAP. VI.

QVOD si salubre & summum hominis bonum & piscium non idem est, εἰ δὴ ὑγιεινὸν μὲν ἢ ἀγαθὸν ἕτερον ἀνθρώποις καὶ ἰχθύσι.) Cicero secundo de finibus, Nec tamen ullo modo summum pecudum bonum & hominis idem mihi uideri potest.

Eiq; se ac sua cōmittant, καὶ τούτῳ ἐπιτρέψειεν αὐτά.) Cicero secūdo de offic. hunc latius locum explicauit, Itaque his salutem nostram, his fortunas, his liberos rectißimè committi arbitramur.

Itaq; in belluis quibusdam inesse prudentiam dicimus, διὸ καὶ τῶν θηρίων ἔνια φρόνιμα φασιν εἶναι. Cicero hunc locum latius tractauit in 2. de finibus, Videmus in quodam uolucrum genere nonnulla iudicia pietatis, cognitionem, memoriam in multis etiam disciplinam. F

Ex quibus constat mundus, ἐξ ὧν ὁ κόσμος συνέστηκε.) Cicero in 4. de finib. Sumus igitur homines, ex animo cōstamus & corpore. συνιστάναι hic absolutū est. Nam actiuū à Cicerone in lib. de Vniuersitate uertitur multis modis.

Faciles ad concoquendum carnes, εὔπεπτα κρέα.) Sic Cicero dicit in secundo de finib. Cibum facillimum ad concoquendum, loquens de quodā Thorio uoluptario homine, Cupiditates, inquit, nō Epicuri diuisione finiebat, sed sua satietate: habebat tamen rationem ualetudinis, utebatur his exercitationibus, ut ad cœnam & esuriens & sitiens ueniret, eo cibo qui & suauißimus esset, & idem facillimus ad concoquendum. uino ad uoluptatem & ne noceret. Aliàs cum posteriore supino illud facile iungit. G

CAP. VII.

SVNT autem & ciuilis ratio & prudentia, ἔστι δὲ ἡ πολιτικὴ καὶ ἡ φρόνησις.) Hoc cap. disputat Aristot. de generibus prudentiæ. Cicero quidem duo genera facit prudentiæ in partitionibus, uocátq; τὴν πολιτικὴν ciuilem prudentiam, Atq; illa, inquit, prudētia in suis rebus domestica, in publicis ciuilis appellari solet. Quā domesticā dicit prudētiam, Arist. uocat οἰκονομίαν hoc ipso cap. ἐκείνων δὲ, ἡ μὲν οἰκονομία, ἡ δὲ νομοθεσία. Cic. autē quasi sit οἰκονομική, ita dicit domesticam. πολιτικὴν autē cùm Aristot. dicit omnino, Cicero uocat ciuilē rationem in 1. libro de inuentione, & ciuilem scientiam. Ciuilis, inquit, quædam ratio est quæ multis & magnis ex rebus cōstat. Eius quædam magna & ampla pars est artificiosa eloquentia, quam rhetoricam uocant. Nam neq; cum ijs sentimus qui ciuilem scientiam eloquentia non putant indigere, &c. H

Quæ eadem iam commune habet nomen prudentiæ, ἢ ἔχει αὕτη τὸ κοινὸν ὄνομα, φρόνησις.) Græci in nominatiuo ponunt, & si uerbum ἔχω sit propositum. Latini id nomen ponunt in genitiuo.

A

CAP VIII.

DISCREPAT autem à deliberando quærere, ζητεῖν δὲ καὶ βουλεύεσθαι διαφέρει.) Sic Cic. lib. 3. Tusc. quæst. Discrepat enim à timendo confidere.

Aiunt celeriter conficienda esse quæ suscepimus, lente capiendum consilium, καί φασι πράττειν μὲν δεῖν ταχὺ τὰ βουλευθέντα, βουλεύεσθαι βραδέως.) τὰ βουλευθέντα, quæ statuta sunt & decreta. Salustius in Catilinario bello sic hanc sententiam explicauit, Prius quàm incipias, cõsulto, ubi cõsulueris, mature facto opus est. Disertè conuertit τὰ βουλευθέντα, pro βουλευθεὶς, ubi consulueris, ταχὺ dicit maturè, & δεῖ πράττειν, & βουλεύεσθαι consulto & facto opus est. Et quoniam apud Aristotelẽ, βουλεύεσθαι βραδέως, legitur, deesse lente apud Salust. arbitror.

B

CAP. X.

DEMONSTRATIONES, ἀποδείξεις.) Hoc uerbũ latinũ apud Ciceronem nisi semel non legi, idq; in 4. de finibus, Loquens enim de inuẽtis Peripateticorum, Quã multa, inquit, ab his conquisita & collecta sunt de omniũ animantium genere, ortu, membris, ætatibus? quàm multa de rebus his quæ gignuntur è terra? quàm multæ de rebus uarijs & causæ cur quicque fiat, & demonstrationes quemadmodum quæque fiant? Aliàs uocat argumenti conclusionem, definitione adiecta, ut in 4. Academicarum quæstionum, Itaq; argumenti conclusio, quæ est græcè ἀπόδειξις ita definitur, Ratio quæ ex rebus perceptis ad id adducit quod non percipiebatur.

Vsu peritorum, ἐμπείρων.) ἐμπείρους Cicero in 1. de offic. uocat usuperitos, Nec uero alienum est, ad ea eligenda quæ dubitationem afferunt adhibere doctos homines, uel etiam usuperitos, & quid his de unoquoq; genere officij placeat exquirere. Nunquàm dicit expertos. Alio loco docui ἐμπείρους etiam exercitatos ab eo appellari.

C

CAP. XI.

PROPOSITVM enim uirtus rectum efficit, ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθόν.) Eadem sententia paulo post sequitur, τὴν μὲν οὖν προαίρεσιν ὀρθὴν ποιεῖ ἡ ἀρετή, Supra enim ostendimus τὴν προαίρεσιν & τὸν σκοπὸν aliquoties pro eodem poni.

Est uis certè quædam, quam ingeniũ appellant, ἔστι δή τις δύναμις, ἣν καλοῦσι δεινότητα.) δεινότητα hoc loco alij habilitatem, alij industriam, alij aliter interpretantur. Habilitatis nomen usurpat Cicero, sed pro oportunitate & commoditate, quam aptitudinẽ alij barbare dicũt, & habiles appellat cõmodos, ut in 1. de Oratore loquẽs de oratione quã Socrati detulit Lysias, Sicyonios calceos aptos & habiles ad pedem dicit. In primo de legibus, Omitto oportunitates habilitatésque reliqui corporis. Industriam autem semper pro labore dicit. δεινότης autem uis est insita nobis, aut seminarium quoddam prudentiæ, quod ingenium cum ex multis locis Ciceronis intelligi potest, tum ex his maximè. Scribit quidem in 1.

D

de Oratore libro his ferè uerbis, Omnes enim siue artis sunt loci, siue ingenij cuius- E
dam atq; prudentiæ, qui modo insunt in ea re de qua scribimus, inquirẽtibus nobis, omniq; acie ingenij contemplantibus ostendunt se & occurrunt. Eodem libro, Cum Q. Scæuola æqualis & collega meus, homo omnium & disciplina iuris ciuilis eruditißimus, & ingenio prudentiáq; acutißimus & oratione maximè limatus &c. Cùm ingenium & prudentiam his locis pro eodem penè dicat, idem ferè dicit & sentit quod Aristoteles, qui paulo infra, ἔστι δὲ φρόνησις οὐχ ἡ δύναμις, ἀλλ' οὐκ ἄνευ τῆς δυνάμεως ταύτης. i. Non est autem idem quod hæc uis prudentia, & si esse sine ea nullo modo poßit. Itaq; docilitatẽ & memoriam in 5. lib. de finib. uno ingenij nomine dicit ferè appellari solere, & eos qui eas uirtutes habent, ingeniosos uocari, his uerbis, Prioris generis est docilitas, memoria, quæ ferè omnia appellantur uno ingenij nomine, eásque uirtutes qui habent ingeniosi uocãtur. Illud F
prius genus quod uocat, est earũ uirtutũ quæ ingenerãtur suapte natura. Ingeniosos dicit quos δεινοὺς Aristot. appellat, interdũ eos acutos uocat, interdũ argutos, aliàs cautos. δεινότητα interdum uertit aciem & uim ingenij, interdum acumen. In 2. de Oratore, Cum ad inueniendum in dicẽdo hæc tria sint, acumen, deinde ratio, quam licet si uolumus appellemus artem, tertium diligentia: non poßum equidẽ non ingenio primas cõcedere. Quod enim primum dixerat acumẽ, post ingeniũ nominat. Hoc addam, qui sæpe apud Ciceronem scriptum illud legerint, Ars naturam adiuuat: Et illud, Arti præstare naturã: eos facile intelligere naturæ nomẽ dictum esse pro ingenio. Quod uocabulum quanq̃ δεινότητι poßit respondere, tamẽ εὐφυΐα proprie respondet, quo uerbo in tertio Aristoteles utitur, & εὐφυὴς be- G
ne natus, generosus, aut potius magno ingenio præditus & ingeniosus dicitur. Nam generosus potius εὐγενὴς dicitur & optimè natus, & ingenuis moribus præditus nominatur, quod uerbum usurpat in decimo pene extremo. Itaq; addit τὸ ἦθος adiectiuo εὐγενές. Inter εὐγένειαν autem & εὐφυΐαν hoc interest, quòd εὐγένεια ad uirtutes naturales & ingenitas pertinet, quæ semina dicuntur uerarũ uirtutum quæ more perficiuntur. εὐφυΐα autem ad prudentiam. Itaq; Aristot. tertio libro huic uirtuti attribuit iudicium. ἀλλὰ φῦναι δεῖ ὥσπερ ὄψιν ἔχοντα, ᾗ κρινεῖ καλῶς καὶ τὸ κατ' ἀλήθειαν ἀγαθὸν αἱρήσεται. καὶ ἔστιν εὐφυὴς ᾧ τοῦτο καλῶς πέφυκε. Quis sit autem is oculus quo iudicat uerè, deinceps explicat, τὸ γὰρ εὖ καὶ τὸ καλῶς τοῦτο πεφυκέναι, ἡ τελεία καὶ ἀληθινὴ ἂν εἴη εὐφυΐα. Quod autem dixi de εὐγενείᾳ, non de ui & ratione propria nominis intellectum H
uolo, sed de translata. Nam εὐγένεια propriè nobilitas dicitur, quã in primo Rhetoricorum Aristoteles definit, & in secũdo quid inter εὐγενὲς & γενναῖον intersit, explicat, ἔστι δὲ εὐγενὲς μὲν κατὰ τὴν τοῦ γένους ἀρετὴν, γενναῖον δὲ κατὰ τὸ μὴ ἐξίστασθαι ἐκ τῆς φύσεως. Ducta est autem nobilitas à generis uirtute, generosum uerò ex eo quòd non degenerauit.

A Verbi causa, λόγου χάριν.) Cicero lib. 4. Acad. quæst. una eadémq; pagina illud λόγου χάριν dicit & uerbi causa & uerbi gratia. Placet enim Chrysippo cũ gradatim interrogetur, uerbi causa, tria pauca sint, ánne multa, aliquãto prius q̃ ad multa perueniat quiescere. i. quod ab ijs dicitur ἡσυχάζειν. Paulo post, Sin autem usq; ad nouẽ, uerbi gratia, sine dubitatione respondes pauca esse, in decimo insistis, etiam à certis & illustribus cohibes assensum.

Quod occurrerit, τὸ τυχόν.) hoc Cicero quod occurrerit dicit, & quod in mentem inciderit. quoniam, ut mea fert opinio, τὸ ἐντυγχάνειν sit occurrere.

Quare non potest quisquam, qui non idẽ bonus sit, prudens esse, ὥστε φανερὸν, ὅτι ἀδύνατον φρόνιμον εἶναι, μὴ ὄντα ἀγαθόν.) Cicero ijsdem ferè uerbis hunc locum uertit in 2. de offic. Sed ne quis sit admiratus, cur cũ inter omnes

B Philosophos constet, à méq; ipso sæpe disputatum sit, qui unam haberet, omnes habere uirtutes, nunc ita seiungam ipsa, quasi possit quisquam qui non idem prudens sit, iustus esse.

CAP. XII.

SIMVL atq; in lucem æditi sumus, εὐθὺς ἐκ γενετῆς.) Dicam hoc loco quid de hoc dicendi genere sentiam. Equidem cum multum diúq; quæsiuissem quæ ratio dicendi nostræ illi apud Græcos par esset, & illi, ab Adolescentia, & iam inde ab adolescentia, illis omnibus & cæteris eiusdem generis, reperi unum illud genus Græcorum respondere. Ac illud quidem, Ab adolescentia, ab ineunte ætate, à puero, quibus utitur Cicero: & illa, Iam inde ab adolescentia, Iam inde à pue-

C ro, & alia eiusdem generis quibus & Terentius & alij utuntur, non est dubium quin illis Græcorum respondeant, εὐθὺς ἐκ νέων, εὐθὺς ἐκ παίδων, & alijs talibus. Illa autem fortaßis minus aperta sint, de ijsq; maior sit quædam controuersia, Simul atq; in lucẽ editi sumus, ut primùm exceßit è pueris, ut primùm exceßit ex ephebis. Proferam ergo locum Demosthenis ex oratione pro Ctesiphonte, quẽ Cicero pro Archia ita cõuertit, ut quod uelimus facile poßimus consequi, ἐμοὶ μὲν τοίνυν, ὑπῆρξεν Αἰσχίνη, παιδὶ μὲν ὄντι φοιτᾶν, εἰς τὰ προσήκοντα διδασκαλεῖα, καὶ ἔχειν ὅσα χρὴ τὸν μηδὲν ποιήσοντα δι᾽ ἔνδειαν. ἐξελθόντι δὲ ἐκ παίδων ἀκόλουθα τούτοις πράττειν. Cicero pro Archia, Nam ut primũ ex pueris exceßit Archias, atq; ab his artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem infor-

D mari solet, se ad scribendi studium contulit: primo Antiochiæ (nam ibi natus est loco nobili & celebri quondam urbe & copiosa, atq; eruditißimis hominibus, liberalißimisq; studijs affluẽti) celeriter antecellere omnibus ingenij gloria contigit. Quod Demosthenes dixit, ἐξελθόντι ἐκ παίδων, ὑπῆρξεν, Cicero uertit, ut primum ex pueris exceßit, contigit. Abesse autem arbitror, εὐθὺς, quod ut putem, me admonet similis locus orationis contra Midiam, in quo est, καὶ γὰρ ἐτριηράρχουν εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών. Itaq; legendũ arbitror, ἐξελθόντι δ᾽ εὐθὺς ἐκ παί-

δων. nisi forte intelligatur. Idem pro illo ut primum, aliquando cum primū dicit. In E
libro 13. epistolarum familiarium epistola prima, Nā quid ego de Cicerone dicam?
qui cum primum sapere cœpit, acerbißimos dolores miseriásque percepit? Simile
ferè est quod in Andria dicit Terentius, Nam is postquam excesit ex ephebis: nisi
q illud postq̄ magis sonat ὡς, uel ἐπειδὴ. ut quale est eiusdem illud Demosthe-
nis περὶ στεφάνου, καὶ μετὰ ταῦτα ὡς εἰσῆλθεν ἡ βουλή, καὶ ἀπήγγειλον οἱ
πρυτάνεις τὰ προσηγγελμένα ἑαυτοῖς, &c. Illud enim ὡς ualet ut nostrum,
quod significat postquam, seu posteaquam. Quanquam mea quidem sententia, illud
totum accipiendum est μετὰ ταῦτα ὡς. quod uerbum è uerbo dicimus posteaquā,
ἐπειδὴ autem adeo usitatum est apud Demosthenem, Aeschinem, & alios Græ-
cos, pro postquam uel posteaq̄ ut non sit opus hoc exemplis facere longus. Quod
autem Cicero dicit simul ac & simul atque, id Græci ἅμα uocant. Demosthenes F
περὶ στεφάνου, τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, οἱ μὲν πρυτάνεις τὴν βουλὴν
ἐκάλουν εἰς τὸ βουλευτήριον, id est, Postridie uerò simul ac diluxit. Aeschines
etiam ἅμα τῇ ἡμέρᾳ non semel dixit, καὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, ἡγεῖτο τοῖς πρέσβε-
σιν εἰς τὸ θέατρον. Græci ergo illud ἅμα tantum dicunt, quod Cicero & simul ac
& simul atq; conuertit. Titus autem Liuius Græcos imitatus simul tantūmodo hac
in re dicit. Lib. 4. ab urbe condita in concione C. Canuleij Tribuni plebis quam
habuit de connubio patrum & plebis, & ut alter consulum ex plebe fieret. Et
simul ego tribunus uocare tribus in suffragium cœpero, tu statim COS. sacramēto
iuniores adiges. Sed ad id unde digreßi sumus reuertamur. εὐθὺς ἐκ γενετῆς, di-
co, Simul atq; in lucem editi sumus. i. simul atq; orti. Idem efficit quod ait in 8. cap. G
7. εὐθὺς γενόμενα, loquens de parentum amore erga liberos. οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς
γενόμενα στέργουσι. Cicero in proœmio tertij Tusculanarum quæst. Nūc autem
simul atq; editi in lucem & suscepti sumus, cōtinuo in omni prauitate & in summa
opinionū peruersitate uersamur. Idem in 5. de finibus sic hoc transfert, simul atq;
ortus est: Cum igitur ea sit quam exposui, forma naturæ, si ut initio dixi, simul atq;
ortus esset, se quisq; cognosceret &c. Paulo post dicit, A primo ortu. Nunc uerò à
primo quidē ortu mirabiliter occulta natura est, nec perspici, nec cognosci potest.
Paulo post abest à præpositio, Parui enim primo ortu sic iacent, tanquam omnino
sine animo sint. In 2. de finib. hoc etiam dicit, simul ut ortū est: Omne enim animal
simul ut ortum est, & seipsum & omnes partes suas diligit, πᾶν γὰρ ζῷον ἑαυ- H
τόν τε καὶ τὰ ἑαυτοῦ μέρη φιλεῖ ἐκ γενετῆς. Aristoteles primo capite secundi
libri huius operis dicit, εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, οὐ μικρὸν οὖν διαφέρει τὸ οὕ-
τως ἢ οὕτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι. Quod Virgilius dixit, Adeo à teneris assue-
scere multum est. Pro eodem dicit ἐκ παίδων ἠθιζόμενος in 7. libro huius ope
ris, cap. 5. Idem ualet quod ait, ἐκ νέου ἀγωγῆς ὀρθῆς τυχεῖν. 10. lib. cap. postre
mo. Illud etiam usurpat quod quidam Latini secuti sunt, ἐκ νηπίου. i. ab incunabulis.

A Ergo aliàs addit illud εὐθὺς, aliàs prætermittit. Quod etiam nostri secuti sunt. Ac
Cicero quidem semper prætermittit, iam inde, quod alij adhibent.

Quæ propriè est uirtus esse sine prudentia nullo modo potest, ἡ κυρία οὐ γί
γνεται ἄνευ φρονήσεως.) Et paulo post, δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι οὐχ
οἷόν τε ἀγαθὸν εἶναι κυρίως ἄνευ φρονήσεως. Cicero cùm hos & alios eiusdem
generis locos tractat, addit, nullo modo, uel nullo pacto. quæ duo uerba sequitur
potest, & infinitum uerbum illis præponitur. In proœmio primi de officijs, Fortis
uero dolorem summū malum iudicās, aut temperans uoluptatem summum bonum
statuens, esse certè nullo modo potest. Interdum dicit nullo pacto. In libro de ami=
citia, Qui autē in uirtute summū bonum ponūt, præclare illi quidem, sed hæc ipsa
uirtus amicitiā gignit & continet, nec sine uirtute amicitia esse nullo pacto potest.

B Itaq; omnes uirtutes prudentiæ nomine appellāt, διόπερ φασὶ τὰς ἀρετὰς
φρονήσεις εἶναι.) Cic. 3. de finib. extremo, Ad eas uirtutes de quibus disputatū
est, dialecticam etiā adiungunt & physicā, eásq; ambas uirtutum nomine appellāt.


Et Socrates quidem, καὶ Σωκράτης μὲν.) Non possum præterire hoc loco ge
nus dicēdi Ciceronis, quod, quantū intelligere possum, à Græcis est mutuatus. Quo
tiescunq; enim affert auctoritatem alicuius, initio orationis, nomen eius ponit, cui il=
lud quidem solet adiungere. In lib. de senectute, Cyrus quidē apud Xenophontem
eo sermone quē moriens habuit, cùm admodū senex esset, negat se unq̄ sensisse sene=
ctutem suā imbecilliorem factam, q̄ adolescentia fuisset. In 1. Tusc. quæst. Dicæar=
chus quidē & Aristoxenus, quia difficilis erat animi quid aut qualis esset intelligen
C tia, nullum omnino animum esse dixerunt. Multos alios locos proferre possem, sed
uereor ne sim longior. Illud autem intelligendum est, in hoc genere nec apud Græ
cos secundo loco δὲ dici, nec apud latinos autem.

Nam q uirtutes omnes prudētias putauit esse, errauit, q autem eas nō sine pru
dentia esse censuit, præclare dixit, ὅτι μὲν γὰρ φρόνησιν ᾤετο εἶναι πάσας τὰς ἀρε=
τάς, ἡμάρτανεν. ὅτι δ' οὐκ ἄνευ φρονήσεως, καλῶς ἔλεγε.) Hanc quoq; Græ
corū rationem dicēdi, Cicero imitatus est. In 4. de finib. Stoici autem q finē bono=
rum in una uirtute ponunt, similes sunt illorū. Quod autē principium officij quæ=
runt, melius q̄ Pyrrho: q ea non occurrentia fingunt, uincunt Aristonem: q autem
ea quæ ad naturam accomodata & per se assumenda esse dicunt, non adiungunt
D ad finem bonorum, desciscunt à natura.

Vt agamus impellit, ποιεῖ πράττειν.) Lingua nostra Gallica hanc phrasim
ut plerasq; à Græcis mutuata est. Sic enim dicimus, Qui ta faict faire cela, Quis te
ut id faceres impulit? Cicero enim illud ποιεῖ in hoc genere dicit impellit, cui solet
aliàs ut dare, aliàs ad præpositionem. In 4. de finib. Non enim actionis aut officij
ratio impellit ad ea quæ secundum naturam sunt appetēda. Itaq; ad huius loci imi=
tationem, hunc quem tracto dirigere potui. Nam & hæc ad finem, & illa impellit.

ad ea quæ finem spectant agenda. In tertio de finibus, *Sic apparet à natura ipsa,* E *ut eos quos genuerimus, amemus impelli.* Alio loco docui ἀναγκάζειν idem efficere. Cicero, id quod mirum est, hanc phrasim Græcorum semel expreßit ad uerbum. Iungit enim uerbum facio cum uerbo infiniti modi in secundo de legibus, *Facit languere.*

Iam similes illi sunt, ut si quis ciuilem scientiam imperare dicat dijs, ἐπεὶ ὅμοιον κἂν εἴ τις τὴν πολιτικὴν φαίη ἄρχειν τῶν θεῶν. Sic ferè in 7. cap. 7. ὅμοιον οὖν ὥσπερ ἄψυχον συμβαλεῖν πρὸς ἔμψυχον. Cicero hoc genus mutuatus est, sed illud ὅμοιον non facit neutrum, sed uel adiectiuum uel aduerbium. In libro de senectute, *Nihil ergo afferunt, qui in re gerenda uersari senectutem negant, simílésq; sunt, ut si qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant &c.* In tertio de F natura Deorum, *Tu autem qui id quæris similiter facis, ac si me roges cur te duobus contuear oculis.* Interdum illud ὅμοιον dicit idem, ut in 4. de finibus, *Quamobrem utriq; idem faciunt, ut si læuam partẽ negligerent, dextram tuerentur.* Aristoteles in secundo huius operis illud dicit, ὅμοιον ποιεῖν. ὅμοιόν τε ποιοῦντες κάμνουσιν, οἳ τῶν ἰατρῶν ἀκούουσι μὲν ἐπιμελῶς, ποιοῦσι δ' οὐθὲν τῶν προσταττομένων. Cicero interdum illud ὅμοιον in hoc genere, nõ dicit, Simile est, sed id nominibus ijs exprimit, quæ huic sunt contraria non præposita. Idem enim ualent hæc duo, Simile est, &, Nihil interest. Coniungam duos locos, alterum Aristotelis, alterum Ciceronis, quo res facilius intelligatur, sitq; testatior. Aristoteles sexto capite secundi libri huius operis, ὅμοιον οὖν τὸ ἀξιοῦν καὶ περὶ τὸ ἀδικεῖν, καὶ δειλαίνειν, καὶ ἀκολασταίνειν εἶναι μεσότητα, καὶ ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν. Cicero hunc locum in quarta Tusculana interpretatus G est disertißimè, *Quamobrem nihil interest, utrum moderatas perturbationes approbent, an moderatam iniustitiam, moderatam ignauiam, moderatam intemperantiam.* Dixit ergo illud ἀξιοῦν εἶναι μεσότητα περὶ τὸ ἀδικεῖν καὶ δειλαίνειν καὶ ἀκολασταίνειν, approbare moderatam iniustitiam, moderatam ignauiam, moderatã intemperantiam. Quanquã pene ad uerbum paulo antè illud idẽ sic expreßit, *Modum uitio quærere. Qui modum igitur uitio quærit, similiter facit, ut si posse putet eum qui se è Leucade præcipitauerit, sustinere se cum uelit.* Sed hæc ipsa alio loco tractata sunt à nobis. Hinc iam sciri potest, pluribus nos modis hoc genus exprimere, quàm Græci faciant. Atque dum hæc probo, etiam illud per- H spici potuit, à Cicerone dici bifariam per aduerbium, Similiter facis ac, & Similiter facis, ut.


ITIOSITATEM, κακίαν.) Interdũ κακίαν appello uitiositatem, in quo Ciceronem auctorem adhibui, qui in quarto Tusculanarum quæstionum hoc uerbum ita interpretatur. Huius igitur uirtutis contraria est uitiositas. Sic enim malo quàm malitiam appellare
B eam quam Græci κακίαν appellant. In tertio autem de finibus κακίαν uertit uitium. Quod enim uituperabile est per se ipsum, id eo uitium nominatum puto, uel etiam à uitio ductum uituperari. Sin κακίαν malitiam dixisses, ad aliud nos unum certum uitium consuetudo latina traduceret. Hoc omni uirtuti uitium contrario nomine opponitur. Et paulo ante, Quas enim Græci κακίας appellant, uitia malo q̃ malitias nominare.

Quæ supra nos est, τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς.) Sic dixi ὑπὲρ ἡμᾶς, ut Cicero in secundo libro de natura Deorum, ὑπὲρ ἄνθρωπον, supra hominem nominauit. Quartus autem gradus & altißimus eorum qui natura boni sapientésque gignuntur, quibus à principio innascitur ratio recta constánsque, quæ supra hominem putanda est.
C

Vt Priamum Homerus de Hectore loquentem facit, ὥστε ὅμηρος πεποίηκε λέγοντα.) Latini hoc genus dicendi à Græcis habent. Cicero quinto Tusc. quæst. extremo, At uero Polyphemum Homerus cũ immanem ferúmque finxisset, cum ariete etiam colloquentem facit. Paulo antè, Itaq; Augurem Tiresiã, quem sapientem fingunt poëtæ, nunquam inducunt deplorantem senectutem suam. Sed de hoc genere alio loco dixi.

Qui permaneat in suscepto consilio, ἐμμενετικὸς τῷ λογισμῷ.) Græci ἐμμένειν τῷ λογισμῷ, & προαιρέσει dicunt, Cicero appellat permanere in proposito susceptóque consilio. ut primo de officijs, Catoni autem cum incredibilem natura tribuisset grauitatem, eámq; ipse perpetua constantia roborasset, sempérque
D in proposito susceptóque consilio permãsisset: moriendum potius q̃ tyranni uultus aspiciendus fuit. ἐμμένειν ergo λογισμῷ est permanere in suscepto consilio. Arist. cap. 9. huius lib. dicit, ἐμμένειν τῇ προαιρέσει, quod Cic. permanere in proposito nominauit. Nam alio loco docui quod προαίρεσιν Græci dicunt, Latinos propositũ uocare. Quanq̃ hoc loco illud proposito adiectiuũ esse arbitror. Verba Arist. posui, πότερον οὖν ἐγκρατής ἐστιν ὁ ὁποιῳοῦν λόγῳ ἢ ὁ ποιᾳοῦν προαιρέσει

ἐμμενόντων. ἢ ὁ τῇ ὀρθῇ. Nos cũ explicaremus quendã locũ libri 3. oſtendi Cic. quod E
Ariſtot. diceret, ἐμμένειν τοῖς γνωσθεῖσι, dicere, Stare in eo eo quod eſt ſtatutũ,
& permanere in ſententia, q̃ γνώμη eſſet ſentẽtia latinè. Quod Thucydides dicit
in primo, ἔχεσθαι τῆς γνώμης ἀεὶ τῆς αὐτῆς. i. Permanere uel eſſe ſemper in eadem ſententia. Initium eſt orationis ſeu concionis Periclis, τῆς μὲν γνώμης, ὦ Ἀθηναῖοι ἀεὶ τῆς αὐτῆς ἔχομαι. ἐμμένειν τοῖς δόξασι Ariſtot. 4. cap. huius lib. dicit,
quod Latini dicũt, permanere in opinione & ſentẽtia quoniã δόξα eſt opinio, &
ſententia. nec commodè dici poteſt latinè, permanere in opinatis. cap. etiam 7. dicit
ἐμμένειν οἷς βουλεύσωνται ἢ ὅτι νοῶν: quod Cicero rectè & disertè interpretatur, in
primo de finib. Tenere & ſeruare id quod ſtatuerunt. Nec enim ſatis eſt iudicare quid faciendum non faciendúmue ſit, ſed ſtare etiam oportet in eo quod ſit iudicatum. Pleriq; autem q̃ tenere atq; ſeruare id quod ſtatuerunt non poſſunt, uicti F
& debilitati obiecta ſpecie uoluptatis, tradunt ſe libidinibus conſtringendis. Paulo
poſt utitur hoc etiam genere, Retinere ſuum iudicium, quo in loco iudicium non eſt
græcè κρίσις, ſed uel λόγος, uel προαίρεσις, uel λογισμός. Ciceronis uerba
hæc ſunt, Qui autem ita frui uolunt uoluptatibus, ut nulli propter eas dolores
conſequantur: qui ſuum iudicium retinent, ne uoluptate uicti faciant id quod ſentiant non eſſe faciendum: hi uoluptatem maximam adipiſcuntur prætermittenda uoluptate. Quod Cicero dicit facere id quod ſentiunt non eſſe faciendum,
ab Ariſtotele mutuatus uidetur. Ait enim ſic proximo cap. τἀναντία δὲ πράττει
ὧν ὑπολαμβάνει διὰ τὴν ἀκρασίαν. i. uoluptate uictus facit id quod ſentit
non eſſe faciendũ. ut numerum pro numero poſuiße uideatur. Teneamus ergo hoc G
uerbum græcum quod par ei eſt quod Cicero crebris uſurpat ſermonibus, ὑπολαμβάνειν ſentire. Ariſtoteles ἀναμένειν dicit, quod Cicero uertit retinere, eiq;
uerbo dat accuſatiuum λόγον. quod ſi uertamus, retinere rationem, haud ſcio an
rectè dicamus: quemadmodum ne illud quidem quod idem uſurpat ἐμμένειν τῷ
λόγῳ, permanere in ratione. Mihi quidem certè non uidẽtur latinæ orationes. Dicimus enim non permanere in ratione, ſed parere & obtemperare rationi. Quocirca mihi magis placet, illud retinere iudicium, & hoc, ſtare ſuo iudicio. Nec λόγος
tamen his locis idem declarat, quod his in locis, parere rationi. Valet enim idem
quod iudicium. Quod uerbum rectè uertit Terentius in Adelphis, Mea eſt ſic ratio, & ſic animum induco meum. i. mea eſt ſententia & uoluntas meúmq; iudicium.
Vſitatius ergo quoniã eſt retinere iudicium, q̃ retinere rationẽ, ad hoc abhorreamus, illúdq; teneamus. Contrarium illius ἐμμενετικὸς τῷ λογισμῷ eſt quo hoc H
cap. utitur Ariſtoteles, ἐκστατικὸς τοῦ λογισμοῦ. Ita uerba contraria erunt, unde
ducta ſunt, ἐμμένειν τῷ λογισμῷ, & ἐξίστασθαι τοῦ λογισμοῦ. Ita etiam de cæteris iudicandum eſt. Quoniam autẽ illud diximus eum eſſe qui in propoſito, in ſententia, & opinione permanet, hoc interpretabimur eodem modo, eum qui deſiſtit

A de sententia, & ἐξίστασθαι, desistere à sententia. Cicero 3. de offic. Itaq; cũ sunt docti à peritis, facile desistunt à sententia. Aristoteles uno uerbo appellat εὐμεταπείστους in 9. cap. huius lib. 7. quos Cicero dicit facile desistere à sententia, & δυσπείστους, quos possumus dicere, qui difficiliter, uel difficulter, uel ægre dimouentur, decedunt, & desistunt à sententia. uerba Aristot. hæc sunt, εἰσὶ δ' οὓς καλοῦσιν ἰσχυρογνώμονας, οἳ δύσπειστοι, καὶ οὐκ εὐμετάπειστοι. i. Sunt etiam quos pertinaces uocant, quales sunt ij qui ægrè nec facilè desistunt à sententia. Paulo antè, ἐμμένειν τῇ δόξῃ, & ἐξίστασθαι τῆς δόξης. ὥστε ἔστι μὲν ὡς ἡ ποιαοῦν δόξῃ, ὁ μὲν ἐμμένει, ὁ δὲ ἐξίσταται. Est autem ἐξίστασθαι τῆς δόξης, desistere ut diximus, à sententia, uel sententia. Quod Cicero etiam dicit, Decedere de sententia. In

B 4. de finib. Quis enim potest, istis quæ tu ais breuibus delectari, & acutis auditis decedere de sententia. Omnino μεταβάλλειν διὰ πάθος eodem cap. paulo post dicit Aristoteles, quod deijci de sententia dicit Cicero, ὁ μὲν γὰρ διὰ πάθος καὶ ἐπιθυμίας ὁ μεταβάλλει ὁ ἐγκρατής. Cicero 2. Tusc. quæst. Non audeo id dicere quidem, & me pudet tam cito de sententia esse deiectum. Aristot. alio etiam utitur uerbo, eodẽ cap. quod idẽ ualet quod superiora, μεταπείθεσθαι. χαίρουσι γὰρ νικῶντες, ἐὰν μὴ μεταπείθωνται. Illud autem quoniam paßiuè dicitur, paßiuè etiam interpretor, dimoueri & deduci de sententia, & actiuum μεταπείθειν dimouere & deducere de sententia, quod uno uerbo etiam dicimus, dissuadere. Cicero 4. de finib. loquens de Stoicorum summo bono, multis utitur orationibus in quibus sunt multi infinitiui, qui ad uerbum unum referuntur. Itaq; nõ possem

C ullam earum proferre, dúntaxat quæ intelligeretur quin omnes proferrem. Quocirca quasi à me allatæ sint, intelligatur hoc genus dicẽdi, quo illic utitur. Sed tamẽ tãtam uim esse honestatis, tantúmq; rebus omnibus præstare & excellere, ut nullis nec supplicijs nec præmijs dimoueri poßit ex eo quod rectum esse decreuerit. In secunda in Verrem actione utitur actiuo, Dimouere de sentẽtia, Quare si Glabrionis patris uim & acrimoniam ceperis, ad resistendũ hominibus audacißimis, si aui Scæuolæ prudentiam ad prospiciẽdas insidias, quæ tuæ atq; horum famæ cõparantur; si soceri Scauri constantiam, ut ne quis te de uera & certa poßit sentẽtia dimouere: intelliget Pop. Rom. &c.

Impotentes etiam dicuntur & animi, & honoris & lucri, ἔτι ἀκρατεῖς λέγονται καὶ θυμοῦ καὶ τιμῆς καὶ κέρδους.) ἀκρατῆ alio loco docui à Cicerone

D appellari impotentem. & ἀκρασίαν etiam impotentiam nominat in 4. Tusculan. quæstionum, Color, uox, oculi, spiritus, impotentia dictorum atque factorum quam partem habent sanitatis?

CAP. II.

QVAESTIONIS enim explicatio est finis inuentio, ἡ γὰρ λύσις τῆς ἀπορίας εὕρεσίς ἐστι.) Hunc locum conuertit Cicero in 4. lib. quæst. Academ. Quæstio autem est appetitio cognitionis, quæstionísq; finis inuentio.

CAP III. E

NON *enim sunt apud quosdam, minus firmæ de ijs quæ credunt opiniones, q̃ apud alios, de ijs quæ sciunt ipsi,* ἔνιοι γὰρ πιστεύουσιν οὐδὲν ἧττον οἷς δοξάζουσιν, ἢ ἕτεροι οἷς ἐπίστανται.) Hunc locum uertens, Ciceronis illum ex primo de natura Deorum, mihi proposui ad imitandum, quoniam ad eum proximè accedit, *Firmiores enim uideas apud eos opiniones esse de bestijs quibusdam, q̃ apud nos de sanctißimis templis & simulacris Deorum.*

Nam & ab ira & à libidine luxuriosorum, & quibusdã alijs eiusdem generis, non solum animi perturbantur, sed etiam corpora, θυμοὶ γὰρ καὶ ἐπιθυμίαι τῶν ἀφροδισίων καὶ ἔνια τῶν τοιούτων ἐπιδήλως καὶ τὸ σῶμα μεθιστᾶσιν.) Hũc locum Cicero in primo de officijs penè ad uerbum transtulit, loquẽs de appetitibus, *Relinquunt enim & abijciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturæ, à quibus non solum animi perturbantur, sed etiã corpora. Licet ora ipsa cernere iratorum, aut eorum qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt, aut uoluptate nimia gestiunt, quorum omnium uultus, uoces, motus, statúsq; mutantur.* Cicero ergo hunc locum splendidius fusiúsq; tractauit. F

Cum ergo hæc illud fugiẽdum monet, cupiditas contra ad se rapit (potest enim omnes animi partes commouere) fit ut à ratione quodam modo, & opinione distrahatur animus, ἡ μὲν οὖν λέγει φεύγειν τοῦτο, ἡ δὲ ἐπιθυμία ἄγει (κινεῖν γὰρ ἕκαστον δύναται τῶν μορίων) ὥστε συμβαίνει ὑπὸ λόγου πως καὶ δόξης ἀκρατεύεσθαι.) Cicero primo de officijs hunc locum expreßit, *Cum enim utilitas ad se rapere, honestas contra reuocare ad se uidetur: fit ut distrahatur in deliberando animus, afferátq; ancipitem curam cogitandi.* G

ἄψυχον *inanimum.*) Cic. τὰ ἄψυχα *multis modis uarijsq; conuertit. Nam & inanimata dicit, & inanima, & res inanimas, & res quæ sunt sine animis.* Hoc postremo utitur in primo de natura Deorum, *Nam locus quidem ijs etiam naturis, quæ sine animis sunt, suus est cuiq; proprius, ut terra infimum teneat.*

CAP. VI.

NEQVE *enim belluarum ullũ iudicium est, uel consiliũ &c.* οὐ γὰρ ἔχει τὰ θηρία προαίρεσιν, οὐδὲ λογισμὸν &c.) Hunc locũ docui à Cic. esse cõuersum, cum dißererem quibus rationibus προαίρεσις transferri posset atq; deberet.

Similiter igitur facio, ut si inanimum cum animante conferrem, ὅμοιον γὰρ ὥσπερ ἄψυχον συμβαλεῖν πρὸς ἔμψυχον.) συμβαλεῖν πρός τι, Cicero dicit Conferre cum aliquo, ut πρὸς cum transferat. Idem ualet, παραβάλλειν. Demosthenes, περὶ στεφάνου, οὐ μὴν τοι δίκαιόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν πρὸς τελευτηκότας εὔνοιαν ὑπάρχουσαν προσλαβόντα παρ' ὑμῶν πρὸς ἐκείνους ἐξετάζειν καὶ παραβάλλειν ἐμὲ τὸν συζῶντα μεθ' ὑμῶν. Hunc enim locum Cicero ita conuertit in inuectiua in Salustium, *Neq; me cũ ijs conferri decet P. C. quĩ* H

A iam decesserunt, omniáq; odio carent & inuidia: sed cum eis, qui mecum unà in Rep. uersati sunt.

CAP. VII.

POTEST aliquis ita affectus esse animo, ut ab ijs uincatur, quæ etiã pleriq; superant: potest etiam ea uincere & infra se iudicare, à quibus pleriq; uincantur, ἔστι μὲν οὕτως ἔχειν, ὥστε ἡττᾶσθαι, ὧν οἱ πολλοὶ κρείττους, ἔστι δὲ κρατεῖν ὧν οἱ πολλοὶ ἥττους.)

Aliud est autem resistere, aliud uincere, ἕτερον δὲ τὸ ἀντέχειν καὶ κρατεῖν.) Sic Cic. in 2. Tusc. quæst. Aliud est enim laborare, aliud dolere. Græci ergo illud ἕτερον interdum non bis dicunt, at Latini contrà, bis semper necessario. Neq; enim latina esset illa oratio, Aliud est obsistere & uincere. ἀντέχειν Cicero aliàs resistere uertit, aliàs obsistere: quod adeo est in promptu, ut probatione non egeat. Idem ualet ἀντιτείνειν, quo Aristot. hoc cap. utitur. Dat autem illis uerbis accusatiuum cum πρὸς præpositione.

B

Quare expetenda quidem magis est cõtinendi ratio, q̃ resistendi fortitudo, διὸ καὶ αἱρετώτερον ἐγκράτεια καρτερίας ἐστί.) Eodem modo hunc locũ tractaui, quo Cicero in primo de officijs eum imitatus est. Quare expetenda quidem magis est decernendi ratio, q̃ decertandi fortitudo.

Vt Theodecti Philoctetes ictus à serpente) Quanquam non suscepi locos ullos Aristotelis exponendos, tamen quoniam hunc locum nemo eorum qui latinis literis hos libros interpretati sunt, illustrarunt, nõ alienũ erit, quid apud Eustratium C inuenerim exponere. Theodectes poëta fuit Tragicus. is Philoctetem inducit, cuius manum serpens pungeret. Ac primum quidem diu restitit dolori, ad extremum uictus doloris magnitudine, uociferatus est, incidite manum. Hoc igitur uult Aristoteles, Hunc Philocteta mollem non esse habendum, q; non pertulerit dolores.

Vel Carcini Cercyon in Alope.) Hunc etiam locũ de sententia Eustratij explicabo. Carcinus etiam poëta fuit Tragicus. is inducit Cercyonem, qui cũ Alopen filiam constupratam cognouisset, eam rogauit, quisnam stuprũ ipsi intulisset? confirmans se omni molestia & solicitudine liberatũ iri, si adulterum nominasset. Illa cũ nominasset, Cercyon nullo modo ui doloris uictus postea potuit uiuere. Nec igitur hic Cercyon mollis habendus est, q; tam grauiter casum filiæ tulerit.

D

CAP. XI.

QVIPPE cũ is finis sit beatæ uitæ quasi architectus, οὗτος γὰρ τοῦ τέλους ἀρχιτέκτων. Sic Cic. in 1. de finib. Sed ut perspiciatis unde omnis iste natus sit error, uoluptatẽ accusantium dolorémq; laudantiũ, totam rẽ aperiã, eáq; ipsa quæ ab illo inuẽtore ueritatis & quasi architecto beatæ uitæ dicta sunt explicabo.

Quod uoluptas omnis sit motus quidam qui cum suauitate quadã sensus titillat, & ad eos affluit & illabitur, ὅτι πᾶσα ἡδονὴ γένεσίς ἐστιν εἰς φύσιν αἰσθητή.)

αἰσθητὸν alio loco ostendi à Cicerone interdum dici, quod sensus mouet. Idem Cic. E in primo de finib. εἰς φύσιν αἰσθητὴν ἡδονὴν uocat uoluptatem quæ suauitate aliqua naturā mouet, percipitúrque sensibus. Non enim hanc solum sequimur, quæ suauitate aliqua naturā mouet, & cum iucunditate quadam percipitur sensibus, sed maximam illam uoluptatem habemus, quæ percipitur omni dolore detracto. Paulo post oratoriè hanc aliter interpretatus est, ut ego feci. Nam si ea sola uoluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, ut ita dicam, & ad eos cum suauitate afflueret & illaberetur nec manus esse contenta, posset ulla uacuitate doloris sine iucundo motu uoluptatis.

Impedit etiam uoluptas consilium, eóq; magis, quo maior sit & longior, ut luxuriosorū. Qui enim in ea sit, nihil agitare mēte, nihil ratione, nihil cogitatione cō sequi potest, ἔτι ἐμπόδιον τῷ φρονεῖν αἱ ἡδοναί. καὶ ὅσῳ μᾶλλον χαίρει, μᾶλλον, F οἷον τὴν τῶν ἀφροδισίων. οὐδένα γὰρ δύνασθαι νοῆσαί τι ἐν αὐτῇ.) Hunc locum Cicero in libro de senectute imitatus est, aut certè ab ijs mutuatus eum est, qui hoc loco ab Aristotele inducūtur, quanq̄ huius auctorem loci Archytam Cic. proferat. Verba Ciceronis hæc sunt, Impedit enim consilium uoluptas rationi inimica, ac mentis, ut ita dicam, præstringit oculos, nec ullum habet cum uirtute commerciū. Paulo antè, Nemini censebat fore dubium, quin tandiu dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione cōsequi posset. Paulo post, Siquidem ea quo maior esset atq; longior, omne animi lumen extingueret. Hæc postrema oratio magis ad illum locum Aristotelis pertinet, qui positus est in postremo capite libri tertij, κἂν μεγάλαι καὶ σφοδραὶ ὦσι, καὶ τὸν λογισμὸν ἐκκρούουσι. Quod Aristoteles uno uerbo dixit, νοῆσαι, Cicero quasi oratorie pluribus. G

CAP. XII.

Ex quibus non effici, ut uoluptas ne sit bonum, neq; summum bonum.) ὅτι δ' οὐ συμβαίνει διὰ ταῦτα μὴ εἶναι ἀγαθόν, μηδὲ ἄριστον.) Cicero hūc locum ita conuertit in primo de finibus, Ex quo efficitur, non ut uoluptas ne sit uoluptas, sed ut uoluptas non sit summum bonum. Alio loco hunc locum protuli, cum probarem συμβαίνειν effici significare nonnunquam.

Etenim quæ ex discendo & contemplando capiuntur uoluptates, in ijs inuitamenta quædam insunt, quibus magis ad discendum cognoscendúmque moueamur, ἐπεὶ αἱ ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν καὶ μανθάνειν μᾶλλον ποιήσουσι θεωρεῖν καὶ μανθάνειν. H) Hunc locum disertè, ni fallor, interpretatus est Cic. magna ex parte duabus orationibus in quinto de finibus, Quocirca intelligi necesse est in ipsis rebus quæ discuntur & cognoscuntur, inuitamenta inesse, quibus ad discendum cognoscendúmque moueamur. Oratorie & disertè interpretatus est ποιοῦσι μᾶλλον θεωρεῖν καὶ μανθάνειν, τὰ μαθητὰ καὶ θεωρητά. In ijs rebus quæ discuntur & cognoscuntur inuitamenta insunt, quibus ad discendum cognoscendúmque mouea-

A mur. Latina fuisset oratio hæc, incitāt nos ad discendum, sed illa qua usus est, multo & splendidior est & illustrior. Cicero paulo antè eodem lib. dixit, Capere uoluptatem ex discendo. Quid uero? qui ingenuis studijs atq; artibus delectantur, nonne uidemus eos, nec ualetudinis, nec rei familiaris habere rationē, omniáq; perpeti ipsa cognitione & scientia captos, & cum maximis curis & laboribus compensare eam quam ex discendo capiant uoluptatem. αἱ igitur ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν καὶ μανθάνειν ἡδοναί. sic disertè dicetur, eæ quæ ex cognoscendo & discendo capiuntur uoluptates. Quod autem dixit, nec ualetudinis, nec rei familiaris habere rationem, mutuatus est ab eodem Aristotele qui hoc ita dicit in decimo huius operis, ἀμελοῦντας τῶν σωμάτων καὶ τῆς κτήσεως.

B

ANNOTATIONES IN LIBRVM OCTAVVM. CAP. I.



NAM quis est, qui uelit, ut ne diligat quenquam, nec ipse ab ullo diligatur, circunfluere omnibus copijs, atque in omni rerum abundantia uiuere? ἄνευ δὲ φίλων, οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ζῆν ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάντα.)
C Verba Ciceronis ipsa posui ex lib. de amicit. totidem enim uerbis hūc tractauit locum. de quo quid sentiā alio loco dixi, cum de his formulis disputaui, ἔχειν ἀγαθὰ πάντα, ἔχειν ἀρετήν. Nec mirū uideri debet, hunc locū qui ab Aristotele tractatur simpliciter, per interrogationē à Cicerone conuerti atq; tractari. Nam eodem modo expreßit locos duos Platonis ex Socratis apologia, quorum alterum subijciendum esse censui, ἐπεὶ ἔμοιγε καὶ αὐτῷ θαυμαστὴ ἂν εἴη ἡ διατριβὴ αὐτόθι, ὁπότε ἐντύχοιμι Παλαμήδει καὶ Αἴαντι τῷ Τελαμῶνος, καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν παλαιῶν διὰ κρίσιν ἄδικον τέθνηκε. Cic. hunc locum interrogatione tractauit, Quanta autem delectatione afficerer cum Palame-
D dem, cū Aiacem, cum alios iudicio iniquorum circunuētos conuenirem? ἐντυγχάνειν ergo τινὶ, Cōuenire aliquem dicitur. Eodem loco etiam συγγενέσθαι Ὀρφεῖ, dixit, colloqui cum Orpheo.

Etenim ut quisq; maxime opibus, principatu, & potestate excellit, ita in amicitijs expetendis excellit maximè, καὶ γὰρ πλουτοῦσι καὶ ἀρχὰς καὶ δυναστείας κεκτημένοις δοκεῖ μάλιστα φίλων εἶναι χρεία.) Ad hunc etiam exprimendum locum uerba Ciceronis ex eodem libro adhibui, Quoniam in secunda parte

μάλιστα erat, in prima etiam posuit, ut locus eßet illi ut quisq;. Secundam autem E
partem non ad personam, sed ad rem referre maluit, quo eßet splendidior oratio. Nam si sic dixisset, ita amici eis sunt necessarij maximè, latina fuisset illa quidẽ oratio, sed minus illustris.

Quis enim esset tantus fructus in prosperis rebus, τί γὰρ ὄφελος τῆς τοιαύτης εὐετηρίας.) Cicero hæc quidem uerba eodem modo interpretatur, sed quæ sequuntur huic loco non respondent: Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes qui illis æquè ac tu gauderet?

Quarũ possessio quo est maior, eo plus requirit ad se tuendam, ὅσῳ δὲ πλείων τοσούτῳ ἐπισφαλεστέρα.) Verba Ciceronis posui, Hunc enim locum in 6. paradoxo ita tractauit. uter igitur est ditior? cui deest, an cui superat? qui eget, an cui abundat? cuius possessio quo maior est, eo plus requirit ad se tuendam, an quæ suis se ui F
ribus sustinet?

In paupertate etiam, cæterisq; asperis rebus omnibus, amicorum bonitatem cõmune putant perfugium esse omnium, ἐν πενίᾳ τε καὶ ταῖς λοιπαῖς δυστυχίαις μόνην οἴονται καταφυγὴν εἶναι τοὺς φίλους.) Cicero 2. de officijs aliquid dicit, quod ad hunc locum pertinere uideatur. Temeritate enim remota gratißima est liberalitas, eóq; studiosius eam pleriq; laudant, q summi cuiusq; bonitas commune perfugium est omnium. Si hoc minus placet, ita uertatur, in amicis sibi omnes paratum præsidium putant.

Constanti ætati, τοῖς τ᾽ ἐν ἀκμῇ.) Cicero in libro de senectute ἀκμὴν uocat constantem ætatem. Sunt pueritiæ certa studia. num ea desiderãt adolescentes? Sũt G
& ineuntis adolescentiæ, nũ ea iam constans requirit ætas, quæ dicitur media? Hic Cicero dicere noluit, num ij requirunt qui in constanti ætate sunt, aut peruenerunt. Quo libentius dixerim, constanti ætati, quam ijs qui sunt in constanti ætate.

Ac mihi quidem uidetur certè naturâ esse inter natos & parẽtes, quod non solum in hominibus animaduerti potest, sed in auibus etiam bestijsq; plurimis, ijsq; omnibus, qui quodam gentilitatis iure sunt ac societate coniuncti. Sed hoc in homine est multo euidẽtius ex ijs laudibus quæ, &c. φύσει τ᾽ ἐνυπάρχειν ἔοικε πρὸς τὸ γεγεννημένον τῷ γεννῶντι, καὶ τῷ γεννῶντι πρὸς τὸ γεννηθέντι. καὶ οὐ μόνον ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ὀρνέοις καὶ τοῖς πλείστοις τῶν ζώων, καὶ τοῖς ὁμοεθνέσι πρὸς ἄλληλα, καὶ μάλιστα τοῖς ἀνθρώποις, ὅθεν φιλανθρώπους ἐπαινοῦμεν. Hunc H
locum Cicero in libro de amicit. obscurè quidem ille tractauit, & conuertit magna ex parte, sed ita tamen, ut facilè intelligi poßit. Quapropter à natura uidetur mihi potius, quàm ab indigentia orta amicitia, applicatione magis animi cum quodã sensu amandi, q̃ cogitatione, quantum illa res utilitatis esset habitura. Quod quidẽ quale sit, etiam in bestijs quibusdam animaduerti potest, quæ ex se natos ita amãt ad quoddam tempus, ab eisq; ita amantur, ut facile earũ sensus appareat. Quod in

A homine est multo euidẽtius, primũ ex ea charitate quæ est inter natos & parẽtes.

Et nõnulli uiros bonos eosdẽ amicos putant, καὶ ἔνιοι τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας οἴονται ἀγαθοὺς εἶναι καὶ φίλους.) Cic. in 1. de offic. lib. Itaq; uiros fortes & magnanimos eosdem bonos & simplices ueritatis amicos, minimeq; fallaces esse uolumus.

Pares cum paribus facillimè congregantur, ὅμοιόν φασιν ὡς τὸ ὅμοιον.) Ci= in lib. de senectute, Sæpe enim interfui querelis meorum æqualium (pares autem cum paribus, ueteri prouerbio, facillimè cõgregantur.) Hunc locum Cicero ex 1. de Repub. lib. Platonis mutuatus est, πολλάκις γὰρ συνερχόμεθά τινες εἰς ταὐτὸ, παραπλησίαν ἡλικίαν ἔχοντες, διασώζοντες τὴν παλαιὰν παροιμίαν. οἱ οὖν πλεῖστοι ἡμῶν ὀλοφύρονται ξυνιόντες, τὰς ἐν τῇ νεότητι ἡδονὰς ποθοῦντες.

B Vtrum in omnibus sit amicitia, πότερον ἐν πᾶσι γίγνεται ἡ φιλία.) Genus hoc dicendi à Græcis mutuatus est Cicero. Scribit enim in libro de amicit. his ferè uerbis, Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. Interdũ illud ẽ inter exponit. Quod dum quintũ librum exponeremus, ostendimus. Sed nõ est alienum hoc loco etiam illud docere. Verba illa Ciceronis ex libro de amicit. aper= tißimè confirmant: Sic enim mihi perspicere uideor, ita natos esse nos, ut inter o= mnes esset societas quædam.

CAP II.

SI quid sit amabile, cognouerimus, γνωρισθέντος τοῦ φιλητοῦ.) φιλητὸν Cice= ronẽ appellare amabile uno uerbo hinc intelligi potest, quòd sæpe dicit, Nihil uir= tute amabilius. Interdũ pluribus uerbis hoc dicit ipsum, In quo est causa cur diliga= tur. In libro de amicitia, Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa cur

C diligantur.

Vtilia quidem sunt ea ex quibus utilitas aliqua percipitur, δόξειε δ᾽ ἂν χρή= σιμον εἶναι δι᾽ οὗ γίγνεται ἀγαθόν τι.) Plurali numero usus sum pro singulari, quoniam singulari numero non satis latinè dici potuisset. Et certè Cicero quoties de hac bonorum diuisione loquitur, plurali numero dicit bona utilia, &c. Illud au= tem, δι᾽ οὗ γίγνεται ἀγαθόν τι, ita conuerti ut solet Cicero. Neq; enim si dicerem per quod, uel quibus bonum aliquod fit, latina patiatur oratio. Hoc etiam ita licuit dicere, quibus aliqua paritur utilitas, aut comparatur.

Quoniam autẽ ab his tribus omnes diligendi causæ proficiscũtur, τριῶν δ᾽ ὄν= των, δι᾽ ἃ φιλοῦσι.) Ciceronem imitatus sum, qui ita scribit in secũdo de offic. lib.

D Atq; hæ quidẽ sunt causæ diligendi grauißimæ. Sed in lib. de amicit. multo magis ad rẽ nostram quod scribit, pertinet. Sed quanq̃ utilitates multæ & magnæ cõsecu= tæ sunt, nõ sunt tamen ab earũ spe causæ diligendi profectæ. i. propter spem utilita= tatum non dileximus nos inter nos. Illustris ergo illa est interpretatio & oratio, τρία ἐστὶ δι᾽ ἃ φιλοῦσι, Tria sunt, à quibus causæ diligendi proficiscuntur, uel sic, tria sunt, quibus hominis amor cõmouetur. Cicero in 2. de offic. Vehementer autẽ

amor multitudinis commouetur ipsa fama & opinione liberalitatis.i. πολλοὶ γὰρ οἷον ἐλευθερίους, τούτους ἀγαπῶσι. Vel sic, Cum autem tres causæ sint, quibus de causis homines quempiam diligant. Cicero eodem lib. Quæcunq; igitur homines homini tribuunt ad eum augendum atq; honestandum, aut beneuolentiæ gratia faciunt, cùm aliqua de causa quempiam diligunt. uel sic, cum autem tribus de causis ducantur homines ad alterum diligendũ. His enim tot rationibus alijsq; permultis, licet illam Aristotelis conuertere potius, q̃ sic uerbum è uerbo ut faciũt indiserti interpretes, Cum autem tria sint propter quæ amant. E

Si quis uinũ bonis affici uelit, τῷ οἴνῳ βούλεσθαι τἀγαθόν.) Hoc dicendi genus trium est & usitatum apud Aristotelem his libris de amicitia, quod quidem & Galli nostri à Græcis mutuati sunt (Dicũt enim, Vouloir du bien a quelqu'un) & à consuetudine Latini sermonis alienum. Neq; enim hæc latina sit oratio, si quis dicat, Tibi uolo bona. Cum ergo quærerem, quonam pacto hoc diceret Cicero, semel duntaxat inueni, idq; in 2. de finibus, eũ dicere, uelle aliquẽ bonis affici. Verba eius proferẽda duxi, Quid autem est amare, è quo nomẽ amicitiæ ductum est, nisi uelle bonis aliquẽ affici q̃ maximis, etiam si ad se ex his nihil redeat? Quibus uerbis mihi Cicero uidetur illum locum Aristot. transtulisse, qui est positus in 9. huius operis cap. 8. φίλος δὲ μάλιστα, ὁ βουλόμενος, ᾧ μάλιστα βούλεται τἀγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα, κἂν εἰ μηθεὶς εἴσεται. Itaq; potius legendum puto, καὶ εἰ μηδὲν οἴσεται, quoniam Cicero dicit, etiam si ad se ex his nihil redeat. οἴσεται enim feret dicitur, quod uerbum apud nos etiam interdum significat accipere. Terentius in Eunucho Scen. ultima, Quoduis donum & præmium à me optato, id optatum feres. Quãquam alio uerbo utatur Aristophanes in comœdia quæ inscribitur Nebulæ, ex qua hoc ut pleraq; alia mutuatus est, τεύξει τοίνυν γ' ὧν ἱμείρεις. Iisdem ferè uerbis, τὸ φιλεῖν Aristoteles definit in 2. Rhetoricorum, ἔστω δὴ τὸ φιλεῖν τὸ βούλεσθαί τινι ἃ οἴεται ἀγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα, ἀλλὰ μὴ αὑτοῦ. Cicero autem, semel modo, ut dixi, hoc genus secutus est. Aliàs pro eo mauult uerbum ipsum cuius uis & natura explicatur definiendo, dicere. Quocirca in lib. de amicitia extremo, illud ipsum amare his uerbis definit, Amare enim nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæsita. Quo loco perspici licet, quod ipsum uerbum definiẽs 2. de finib. dixerat, uelle bonis aliquem affici, pro eis dicere, diligere. F G

Sed integrum ac saluum esse uolunt, ἀλλὰ σώζεσθαι βούλεται αὐτόν.) Hoc idcirco protuli, ut omnes intelligerent genus illud dicendi, quod apud Ciceronem est usitatißimum, uelle aliquẽ saluum esse, dici græcè, βούλεσθαί τινα σώζεσθαι. H

Multi enim propter uirtutem & probitatem utilitatisq; opinionem, etiam eos quos nunq̃ uiderunt, quodammodo diligunt, πολλοὶ γάρ εἰσιν εὖνοι οἷς οὐχ ἑωράκασιν, ὑπολαμβάνουσι δ' ἐπιεικεῖς εἶναι ἢ χρησίμους.) Cicero hunc locum

A tractauit in libro de amicitia, Nibil est enim uirtute amabilius, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum: quippe cum propter uirtutem & probitatem etiã eos quos nunquam uidimus, quodammodo diligamus. Addit autem quodammodo, quoniam non proprie eos diligimus, propter eam quam Aristoteles affert causam atq; rationem. Itaque illud quod ait, quodammodo diligimus, respondet illi Aristotelis uerbo, εὖνοί εἰσι.

Quocirca hi beneuolentia inter se illi quidem coniuncti uidentur esse, εὖνοι μὲν οὖν ἐοίκασιν ἀλλήλοις.) Cicero, εὖνοι ἀλλήλοις, & quod paulo post sequitur, εὐνοεῖν ἀλλήλοις, non solet dicere, Beneuoli sunt inter se, aut bene uelle ultro citróq;, sed beneuolentia coniuncti sunt, & beneuolentia coniungi. In lib. de B amicitia, In talibus ea quã iandudum tractabamus, stabilitas amicitiæ confirmari potest, cùm homines beneuolentia coniuncti, primum cupiditatibus ijs quibus cæteri seruiunt, imperabunt &c.

CAP. III.

AMORES, φιλήσεις.) Inscitè atq; adeo barbarè omnes qui ante me hos libros de moribus interpretati sunt, quã φίλησιν Aristoteles uocat, amationem appellant. Quos equidem miror ignorasse queãdmodum græcè amor diceretur. Loquor autem de sano & casto amore. Nam insanus ferè ἔρως dicitur. Et quanq̃ Plautus semel in Rudẽte dixit amationem amorem, tamen eum imitari minimè debemus. Nonius Marcellus, Amatio amor. Plautus in Rudente, Nimis penè inepta atq; odiosa eius amatio est. Ex eodẽ errore manauit illa interpretatio ἀντιφίλησις, quam uocant redamationem, cùm latinè dicatur mutuus amor, & ui- C cißitudo amoris. Nam ἀντιφιλεῖν Cicero semel ille quidem dixit redamare, sed quasi durum esset ac molestum uerbũ, addidit, ut ita dicam. In lib. de amicit. Quid est enim tam absurdum q̃ delectari multis inanibus rebus, ut honore, ut gloria, ut ædificio, ut uestitu cultúq; corporis; animo autem uirtute prædito, eo qui uel amare, uel, ut ita dicam, redamare poßit, non admodum delectari?

Quæ rebus amabilibus pari numero respondent, ἰσάριθμοι τοῖς φιλητοῖς.)

Et qui inter se diligunt, οἱ δὲ φιλοῦντες ἀλλήλους.) φιλεῖν ἀλλήλους Cicero dicit & inter se diligere, & se inter se diligere. In libro de amicitia, In talibus ea quam iandudum tractabamus stabilitas amicitiæ confirmari potest, cum homines beneuolentia coniuncti, primum cupiditatibus ijs quibus cæteri seruiunt, impera- D bunt: deinde æquitate iustitiáq; gaudebunt, omniáq; alter pro altero suscipiet: neque quicquam unquam nisi honestum & rectum alter ab altero postulabit, neq; solum colent se inter se ac diligent, sed etiam uerebuntur. In primo de natura Deorũ extremo, Hominum charitas & amicitia gratuita est. quanto igitur magis Deorũ, qui nulla re egentes sunt, & inter se diligunt, & hominibus consulunt. Aristoteles hoc etiam alio uerbo idem declarante exprimit, στέργειν ἀλλήλους 4. cap. huius

lib. ἐπεὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι λέγουσι φίλους καὶ τοὺς διὰ χρήσιμον, καὶ τοὺς δι' ἡδο- E
νὴν ἀλλήλους στέργοντας, ὥσπερ αἱ παῖδες, ἴσως μὲν δεῖ λέγειν καὶ ἡμᾶς φίλους τοὺς τοιούτους. Et quoniam huc nos deduxit oratio non alienum est, hic tradere quid cōpererim apud Ciceronem de illis ἀλλήλους & ἀλλήλοις, & ἀλλήλων. Quod εὖ δρᾶν ἀλλήλους Aristoteles dicit 13. cap. huius 8. lib. Cicero transfert in 1. de offic. ultro & citro dare beneficia, & quod ille εὖ πάσχειν ἀλλήλοις, accipere ultro & citro beneficia. Magna etiam, inquit, illa cōmunitas est quæ constat ex beneficijs ultro & citro datis acceptísq; i. ἐκ τοῦ ἀλλήλους εὖ δρᾶν καὶ πάσχειν. Verba Aristot. posui, οἱ μὲν γὰρ δι' ἀρετὴν φίλοι ὄντες, εὖ δρᾶν ἀλλήλους προθυμοῦνται. Idē hoc lib. cap. 12. dicit ἐπαρκεῖν ἀλλήλοις, quod Cicero in 1. de officijs uertit, prodesse inter se alios alijs. Aristotelis hæc sunt, ἐπαρκοῦσιν οὖν
ἀλλήλοις, εἰς τὸ κοινὸν τιθέντες τὰ ἴδια. Loquitur de uiro & uxore. i. prosunt F
inter se alter alteri, sua omnia in cōmune cōferentes. Cic. Sed quoniā ut præclarè scriptum est à Platone, Non nobis solum nati sumus, ortúsq; nostri partem patria uendicat, partem parentes, partem amici: atq; placet Stoicis, quæ in terris gignūtur, ad usum hominum omnia creari, homines autē hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se alij alijs prodesse possent: in hoc naturam debemus ducē sequi. Aristoteles hoc libro cap. 13. dicit χρῆσθαι ἀλλήλοις, quod Cicero appellat, implicari ultro & citro usu, in lib. de Amicitia, ἐπ' ὠφελείᾳ γὰρ χρώμενοι ἀλλήλοις ἀεὶ τοῦ πλείονος δέονται. Cic. Nā implicati ultro & citro uel usu diuturno uel etiā officijs repente, in medio cursu, amicitias exorta aliqua offensione dirumpimus.

Eo quod amicitiam constituerat sublato, amicitia etiam dissoluitur, ἀπολυθέν-
τος οὖν δι' ὃ φίλοι ἦσαν, διαλύεται καὶ ἡ φιλία.) His libris de amicitia pleraq; G
sunt, quæ si uerbum è uerbo exprimentes dicamus, non latinæ orationis consuetudini, sed gallicæ & barbaræ seruire uidebimur. Quo ex genere illud est. δι' ὃ φίλοι ἦσαν, propter quod, siue cuius causa erant amici. Hos dicendi modos, si latinè loqui uolumus & discertè interpretari, necesse est ad rem à persona transferamus. Cicero sic hunc tractat locum in lib. de amicitia, Nam si utilitas amicitias cōglutinaret, eadem cōmutata dissolueret. In 2. de finibus hoc modo, Manebit ergo amicitia tandiu, quandiu sequetur utilitas: & si utilitas amicitiam constituet, tollet eadē. Prior pars orationis huic ferè similis est Aristotelis quæ paulo post sequitur διαμένει οὖν μάλιστα ἡ τούτων φιλία, ἕως ἂν ἀγαθοὶ ὦσι. Illa autē duo, tandiu & quandiu, apud Aristot. interdum ἐς τοσοῦτον, & ἐφ' ὅσον ualent, ut in hoc
ipso cap. ἐς τοσοῦτον γάρ εἰσιν ἡδεῖς, ἐφ' ὅσον ἐλπίδας ἔχουσιν ἀγαθοῦ. Ari- H
stot. hoc ipso cap. dicit, ἡ φιλία μεταπίπτει, ἅμα γὰρ τῷ ἡδεῖ ἡ φιλία μεταπίπτει. Quibus ex locis Ciceronis intelligendū, quod ille dicit, utilitas amicitiam cōstituit, & conglutinat, dici ab Aristotele, ἡ διὰ χρήσιμον φιλία. aut ut in loco positum est quem explicamus, οἱ διὰ χρήσιμον φίλοι. Paulo ante dixit οἱ διὰ

A χρήσιμον, ὃ δι' ἡδονήν, quod interpretamur, aliàs qui amicitias utilitatibus, fructibus, & emolumentis colunt, metiuntur & dirigunt: aliàs qui utilitates in amicitijs sequuntur: quod tamen hoc cap. dicit, ὅτι τὸ συμφέρον, & τὸ ὠφέλιμον διώκουσι): interdum qui quærunt amicitiam utilitatis causa: interdum qui fingunt amicitias propter utilitates. Cicero secundo de finib. At uero si fructibus, & emolumentis, & utilitatibus amicitias colemus, si nulla charitas erit, quæ faciat amicitiam ipsam, sua sponte ui sua, ex se, & propter se expetendam: non dubium est quin fundos & insulas amicis anteponamus. In libro de amicitia, Atque etiam mihi quidem uidentur qui utilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiæ tollere. In secundo de finibus, Vides igitur, si amicitiam sua charitate metiare, nihil esse præstantius: sin emolumento summas, familiaritates prædiorum fructuosorum
B mercede sperari. Paulo ante, Vtilitatis causa amicitia est quæsita. Aliquot ego locos proferam Aristotelis, quo res facilius intelligatur, Proximo quidem capite scribit his ferè uerbis, οἱ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον ὄντες φίλοι, ἅμα τῷ συμφέροντι διαλύονται. Quem locum si sic interpreter, Qui autem propter utilitatem uel utilitatis causa amici sunt, una cum utilitate dirimuntur: ad sententiam satis, ad latinam orationem parum accommodatè dixero. Sequor ergo in his Ciceronem, idq; omnibus faciendum censeo: aut semper quasi dictata decantare cogemur, quippe cum Aristoteles non alio dicendi genere utatur. Idem hoc ipso lib. cap. 13. οἱ μὲν γὰρ δι' ἀρετὴν φίλοι ὄντες, εὖ δρᾶν ἀλλήλους προθυμοῦνται. Sexcentos eiusdem generis proferre possem. Eodem cap. γίνεται δ' ἐγκλήματα καὶ αἱ
C μέμψεις ἐν τῇ κατὰ τὸ χρήσιμον φιλίᾳ. Paulo post, ἡ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον, ἐγκληματική. 4. cap. ἡ δὲ διὰ τὸ ἡδύ, ὁμοίωμα ταύτης ἔχει.

Pari uirtute præditi, κατ' ἀρετὴν ὁμοίων.) Cicero in primo de legibus, Ex quo perspicitur, cum hanc beneuolentiam tam latè longeq; diffusam uir sapiens in aliquem pari uirtute præditum cõtulerit, tum illud effici, quod quibusdam incredibile uideatur, sit autem necessarium, ut nihilo sese plus quàm alterum diligat, ὅμοιος ergo κατ' ἀρετὴν, qui pari uirtute præditus est, dicitur. Neq; enim ausim dicere, Similis uirtute, etiam si Cicero dixerit, similes moribus, quos Aristoteles proximo cap. appellat uno uerbo ὁμοήθεις, πολλοὶ δ' αὖ διαμένουσιν, ἐὰν ἐκ τῆς συνηθείας τὰ ἤθη στέρξωσιν, ὁμοήθεις ὄντες. Cicero in primo de offic. Sed
D omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior, quàm cum uiri boni moribus similes sunt familiaritate cõiuncti. In Lælio multo etiam splendidius ὁμοήθης & disertius interpretatur, Cuius moribus & naturæ alter congruat. Deinde cum similis sensus existit amoris si aliquem nacti sumus, cuius moribus & naturæ congruamus. Verbum longè repetendum est, est euidentius.

Iure autẽ rarum est maximè istud genus, quoniam hominũ huius generis est magna penuria, σπανίας δ' εἰκὸς τὰς τοιαύτας εἶναι, ὀλίγοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι.)

Cicero in Lælio, Rarum istud genus. Eodē lib. Sunt igitur firmi & stabiles & con E
stantes eligendi, cuius generis est magna penuria. τοιοῦτον igitur & τοιοῦτος, latinè dicitur, quod genus, cuius generis homines.

Nam uerum illud est quod dicitur, Multos modios salis simul edendos esse, ut se inter se norint, κατὰ τὴν παροιμίαν γὰρ οὐκ ἔστιν εἰδῆσαι ἀλλήλους, πρὶν τοὺς λεγομένους ἅλας συναναλῶσαι.) Ciceronis uerba penè omnia adhibui ex Lælio, Verúmq; illud est quod dicitur, Multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit.

CAP. IIII.

MALIS inter malos amicitia esse potest, φαύλους ἐνδέχεται φίλους ἀλλήλοις εἶναι.) Paulo antè dixit, οὐ γὰρ ἀλλήλων ἦσαν φίλοι, ἀλλὰ τοῦ λυσιτελοῦς. In his orationibus uel illud ἀλλήλοις & ἀλλήλων conuertēdis ex F
græco in latinum libris prætermitti debet, uel à personis ad rem, aut à nomine ad uerbum transferenda oratio est. Nam nec satis latinè dici potest, illud ἀλλήλων ἦσαν φίλοι, Amici inter se erant (satis est enim hoc, Amici erant) & Cicero mihi uidetur sic conuertere, ut feci. uerba eius posui ex lib. qui inscribitur Lælius, Quãobrem hoc quidē Fanni, & Scæuola, constat, ut opinor, bonis inter bonos quasi necessariã beneuolentiam esse. Illud enim, Bonis inter bonos necessariã beneuolētiam esse interpretor, ἀνάγκη ἐπιεικεῖς ἀλλήλοις ὄντας, ἢ φίλους εἶναι. Nõnunq̃ non bis dicit nomen personæ in hoc genere, sed ad illud inter, addit ipsos. In lib. 1. de offi. De tribus autē reliquis latißimè patet ea ratio, qua societas hominum inter ipsos, & uitæ quasi cõmunitas cõtinetur. Eodem lib. paulo post dicit, Deuincere hominũ inter homines societatē. Aristot. in hoc genere ad illud ἀλλήλους addit πρὸς G
præpositionem. In 9. cap. huius lib. οὐ γὰρ ταὐτὰ γονεῦσι πρὸς τέκνα, καὶ ἀδελφοῖς πρὸς ἀλλήλους. i. Non enim eadem iura sunt parentibus cum liberis, & fratribus inter ipsos.

Amicitiæ autem genera sunt plura, εἴδη δὲ τῆς φιλίας πλείω.) Cicero in Topicis, Contrariorũ autem genera sunt plura. In 5. lib. de finib. Actionum autē genera sunt plura. Nam Cicero in partitionibus & diuisionibus nunquam τὰ εἴδη appellat species, sed genera.

Quòd nõ admodum cõiugata sunt, quæ eueniunt temerè & casu, οὐ γὰρ πάνυ συνδυάζεται τὰ κατὰ συμβεβηκός.) Quanquam de hoc genere alio loco quid sen H
tirem dixi, tamen hoc addere libet, eos inscite facere, qui τὰ κατὰ συμβεβηκὸς uertunt ea quæ sunt per accidēs. Quis enim ita loqui audeat, quin suã inscitiam projectam uelit prodere?

Per se amici sunt, δι' αὐτοὺς φίλοι.) Cicero in Lælio, Ipse enim se quisq; diligit non ut aliquã à seipso mercedem exigat charitatis suæ, sed quòd per se sibi quisq; charus sit. Itaq; sic licuit dicere, per se ipsi inter se chari sunt.

A CAP. V.

DISIVNCTI'VE sunt interuallo locorū, οἱ κεχωρισμένοι τοῖς τόποις.) Cicero in 1. lib. epistolarum familiarium, Alterū facio libenter, ut quoniam interuallo locorum & temporum disiuncti sumus, per literas tecum quàm sæpißimè colloquar.

Idonei ad amicitiam, φιλικοί.) Cicero in Lælio, Sed sæpe (redeo enim ad Scipionem, cuius omnis sermo erat de amicitia) querebatur, q; in omnibus rebus homines diligentiores essent, &c. & in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis eligendis negligētes esse, nec habere quasi signa quædā & notas, quibus eos qui ad amicitiam essent idonei, iudicarent. φιλικοὺς etiam eodē libro appellat dignos amicitia, Digni autem sunt amicitia quibus in ipsis inest causa cur diligantur. Hæc o-
B mnia uerba Græci duobus exprimunt. φιλικοὶ δὲ οἱ φιλητοί. Quod autem in superiore exemplo est, Nec habere quasi signa quædam & notas, quibus &c. Arist. 3. cap. huius lib. dicit, πρὶν ἑκατέρῳ ἑκάτερος φανῇ φιλητὸς καὶ πιστευθῇ. Nam φαίνειν & φαίνεσθαι Cicero sæpe transfert, significationem fieri, lumen quoddam perspici, elucere, & apparere. De quibus alio loco differemus. φιλικοὺς etiam appellat aptos ad amicitiam, in Lælio.

Nihil est enim tam amicorum propriū, quàm uitæ societas & coniunctio, οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐστὶ φίλων ὡς τὸ συζῆν. Idē ualet συνδιάγειν, quo paulo post uerbo utitur, συνδιάγειν δὲ μετ᾽ ἀλλήλων οὐκ ἔστι, μὴ ἡδεῖς ὄντας. & συνημερεύειν, quod etiam adhibet hoc cap. ὠφελείας μὲν γὰρ οἱ ἐνδεεῖς ὀρέγονται, συνη-
C μερεύειν δὲ καὶ οἱ μακάριοι. Idem etiam efficit, συμβιοῦν, quo utitur in nono libro huius operis cap. 3. συμβιοῦν δ᾽ οὐχ οἷόν τε. His autem uerbis dant Græci casum præpositionis .i. datiuum. Vt Aristot. hoc cap. οὐδεὶς γὰρ δύναται συνημερεύειν τῷ λυπηρῷ, οὐδὲ τῷ μὴ ἡδεῖ. Hæc Cicero uertit multis uarijsq; modis. Simpliciter quidem uiuere cum alio, Degere & agere uitam cum alio: sed illa multo illustrior oratio est, Coiungi uita uultúq; cōmuni. Coniungi uitæ societate & cōmunione. In Lælio, Sed tamen recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, ut beatè uixisse uidear, quia cum Scipione uixerim.

Amicus paratus est, φίλος γενόμενος.) ποιεῖν φίλους, & φιλίαν Græci dicunt, Latini non item, sed parare amicos, cōparare, contrahere, conciliare amicitiā.
D Græci etiam dicunt γίνεσθαι φίλον. Aristot. in sequenti cap. οὐ γὰρ γίγνονται φίλοι οἷς ἂν μὴ χαίρωσι. Eodem cap. dicit, ποιητικὰ φιλίας. ταῦτα γὰρ δοκεῖ μάλιστ᾽ εἶναι φιλικὰ καὶ ποιητικὰ φιλίας.

CAP. VI.

EXPERIENDVM etiam est, & consuetudo adiungenda, δεῖ δὲ καὶ ἐμπειρίαν λαβεῖν, καὶ ἐν συνηθείᾳ γενέσθαι.) Latina oratio non esset, Capere experientiam. Itaq; Cicero in Lælio ita hoc ut ipse conuertit, Experiendum autem

est in ipsa amicitia. Idem eodem lib. Quanq confirmatur amor & beneficio accepto E
& studio perspecto, & consuetudine adiuncta.

Par est autem ipsos etiam bonos tales esse, δεῖ δὲ ἴσως καὶ τοὺς ἀγαθοὺς εἶναι.) Cicero in Lælio, Par est autem primum ipsum esse uirum bonum, tum alterum sui similem quærere. Paulo ante dixi:, διὸ τῶν φίλους ἡδεῖς ζητοῦσι.

CAP. VII.

QVOD in excellentia præstantiáq; cernitur, τὸ καθ' ὑπεροχήν.) Aristot. hoc cap. de ijs amicitijs differit in quibus excellentiæ quædam sunt. De quibus disputat etiam Cicero in Lælio, Sed maximum est in amicitia, superiorē parem esse inferiori. Sæpe enim excellentiæ quædam sunt, qualis erat Scipionis in nostro, ut ita dicam, grege. Nunq se ille Philo, nunquam Rutilio, nūquam Mummio antepo suit, nunquam inferioris ordinis amicis. Q. uero Maximum fratrem egregium ui F
rum, omnino sibi nequaquam parem, q. is anteibat ætate, tanq superiorem colebat. Paulo post de quibus excellentijs loquatur, exponit. Quod faciendū imitandúmq; est omnibus, ut si quam præstantiam uirtutis, ingenij, fortunæ consecuti sunt, impar tiant eam suis, communicéntq; cum proximis. Sequūtur alia etiam quæ eodem per tinēt. Cicero quidem de quibus excellentijs loquatur, uidemus. Aristote. autem de ijs disputat, quas non uirtute, non fortuna cōsequuntur homines, sed à natura. Vt de amicitia quæ est parentibus cum liberis: ei qui præest, cum ijs qui in eius sunt im perio, & alijs eiusdem generis. Hoc autem intelligi potest ex his omnibus, quod Aristoteles ὑπεροχὴν uocat, modo præstantiā à Cicerone dici, modo excellentiam. Quod autem dicit præstantiam uirtutis, Aristoteles septimo libro, capite primo no G
minat ὑπερβολὴν τῆς ἀρετῆς.

CAP. VIII.

AMICORVM uis omnis sit in amore, φίλων ἀρετὴ τὸ φιλεῖν ἔοικεν.) Cicero in Lælio hoc tribuit amicitiæ. Id, in quo est omnis uis amicitiæ, uoluntatum, studiorum, sententiarum summa consensio. Eodem lib. Amicitiam non spe mercedis adducti, sed quòd omnis fructus in ipso amore inest, expetendam putamus.

CAP. IX.

VT ea omnia suppeditent, quæ ad cultū uictúmq; pertinent, πορισόμενοί τι τῶν εἰς τὸν βίον.) πορίζεσθαι uerbum medium hoc loco haud scio an parare trāsferri posit. Cicero primo lib. de officijs, Eadēq; natura ui rationis hominem H
conciliat homini & ad orationis & ad uitæ societatem: ingenerátq; imprimis præcipuum quēdam amorem in eos qui procreati sunt: impellitq; ut hominū cœtus, & celebrari inter se, & sibi obedire uelit, ob eásq; causas studeat parare ea quæ suppeditent ad cultū & ad uictum. Quod enim Aristoteles uno uerbo dicit βίον, Cic. duobus appellat cultum & uictum. Ego malui πορίζεσθαι dicere suppeditare,

A adductus loco illo Ciceronis ex eodē lib. Quòd si omnia nobis quæ ad uictum cultúmq; pertinent, quasi uirgula diuina, ut aiunt, suppeditarētur, tum præditus optimo quisq; ingenio, negocijs omnibus omißis totum se in cognitione & scientia collocaret. χορηγεῖν idem ualet, de quo uerbo Budæus noster multa præcipit.

CAP. X.

EARVM euersiones, φθοραὶ τούτων.) Aliàs corruptelæ.

Regia potestas, & quæ est in potestate optimorum, ἡ βασιλεία τε καὶ ἀριστοκρατία.) Cicero βασιλείαν uocat & regiam & regalē potestatem in 3. de legib. Quibus autem regia potestas nō placuit, non ij nemini, sed non semper uni parere uoluerunt. Paulo ante, Idq; in Rep. nostra maximè ualuit, quo ad ei regalis potestas B præfuit. ἀριστοκρατίαν autem appellat potestatem optimorum eodem libro: Mihi uero nūquam populare placuit, eámq; optimam Remp. eße duco, quam hic consul constituerat, quæ sit in potestate optimorum.

Tyrannus enim suis, rex eorum quibus præest, solet cōmodis utilitatíq; seruire, ὁ μὲν γὰρ τύραννος τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον σκοπεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ τῶν ἀρχομένων.) τοὺς ἀρχομένους alij subiectos & subditos appellāt, Cicero autē eos quibus aliquis præsit, in epistola 1. ad Q. fratrem. Est autē non modo eius qui socijs & ciuibus, sed etiam eius qui seruis, qui multis pecudibus præsit, eorum quibus præsit cōmodis utilitatíq; seruire. Paulo antè τοὺς ἀρχομένους uocat eos qui aliorum in imperio sunt. Ac mihi quidem uidētur huc omnia esse referenda ab ijs qui præsunt alijs, ut ij qui eorum imperio erūt, sint q̃ beatißimi. Aristot. est illa sentētia in cap. C proximo, quo τοὺς βασιλευομένους dicit, pro ἀρχομένοις. Loquitur de rege, εὖ γὰρ ποιεῖ τοὺς βασιλευομένους, εἴπερ ἀγαθὸς ὢν ἐπιμελεῖται αὐτῶν, ἵν᾽ εὖ πράττωσι. Ergo εὖ πράττειν est beatum esse. De illis autem generibus dicendi, σκοπεῖν τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον & alijs talibus, alio loco satis multa diximus.

Et rex si uitiosus sit, ὁ δὲ μοχθηρὸς βασιλεύς. Cic. in 3. de legib. uocat principes uitiosos. i. μοχθηρούς, mea quidem sententia, quoniam μοχθηρία uitiū appellatur. Quo perniciosius de Rep. merētur uitiosi principes, q̃ nō solum uitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem.

CAP. XI.

PATER enim is est, qui (quod omniū maximū est) procreauit, is qui aluit, is qui erudiuit, αἴτιος γὰρ τοῦ δοκοῦντος μεγίστου εἶναι, καὶ τροφῆς, καὶ παιδείας.) Cice. arbitror hunc locū disertè interpretatum eße in parad. 3. Violatur is qui D procreauit, is qui aluit, is qui erudiuit, is qui in sede ac domo atq; in Rep. collocauit. Itaq; ita cōuertere malui, quam indisertè & barbarè uerbum è uerbo exprimere, Causa est esse, causa alimenti & disciplinæ. Illud autem τὸ εἶναι alio loco magis idoneo docebo à Cicerone dici statum.

Cuiusmodi in hominibus ijdem ferè mores sunt, eadē studia, eædem uolūtates, οἱ δὲ τοιοῦτοι ὁμοήθεις, καὶ ὁμοιοπαθεῖς ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ὁμοιοπαθεῖς, ni fallor,

Cicero appellat eos in quibus eadem studia sunt, eædémque uoluntates, in primo de E
officijs: In quibus enim eadem studia sunt, eædem uolūtates, in ijs fit, ut æquè quisq; altero delectetur ac se ipso. Nam πάθη perturbationes & affectiones sunt animi, & Latini studia interdum affectiones nominant.

In tyrannorum enim uita aut nullus, aut certè perexiguus locus est amicitiæ, ἐν τυραννίδι γὰρ οὐδὲν ἢ μικρὸν φιλίας.) Cicero in Lælio fusius hunc tractat locum. Hæc enim est tyrannorum uita nimirum, in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis beneuolentiæ potest esse fiducia, omnia semper suspecta atq; solicita, nullus locus est amicitiæ. Qui me locus admonet, ut illud ἐν τυραννίδι potius dicam, in tyrannorum uita, q̃ in tyrannide.

Nam quibus in rebus nulla societas est inter ipsos ei qui præest, cũ ijs qui in eius sunt imperio, ἐν οἷς γὰρ μηδὲν κοινόν ἐστι τῷ ἄρχοντι καὶ ἀρχομένῳ.) Paulo post, F
φιλία δ' οὐκ ἔστι πρὸς τὰ ἄψυχα οὐδὲ δίκαιον, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ἵππον ἢ βοῦν, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς δοῦλον ᾗ δοῦλον. οὐδὲν γὰρ κοινόν ἐστι. Cicero tertio de officijs hũc locum attigit, Nam quod ad Phalarim attinet, perfacile iudiciũ est, Nulla est enim societas nobis cum tyrannis, sed potius summa distractio. Quam disertè illud οὐδὲν γὰρ κοινόν ἐστι; interpretatus est? hoc enim Ciceronis ita conuertere licet, οὐδὲν γὰρ κοινόν ἐστι ἡμῖν καὶ τῷ τυράννῳ. Illud autem πρὸς cum accusatiuo conuerti debere cum, nihil attineret admonere, nisi omnes qui ante me hos libros transtulerunt, ipsum illud πρὸς his in rebus ad dicerent. Quàm autem inscitè, omnibus licebit existimare, qui hanc nostram interpretationem cum illorum conferre uolent.

Sic enim nati uidemur, ut inter omnes esset societas quædam, δοκεῖ γὰρ εἶναί τι δίκαιον παντὶ ἀνθρώπῳ πρὸς πάντα.) Cicero in Lælio ita hunc locũ tra- G
ctauit, Sic enim mihi perspicere uideor, ita natos esse nos, ut inter omnes esset societas quædam. Quanq̃ τὸ δίκαιον ius debet dici, tamen hoc loco malui interpretari societas, quasi τὸ κοινὸν, ἢ κοινωνία. propter Ciceronis quam protuli sententiam. Quòd si cui hæc minus probatur interpretatio (neq; enim idem ualet κοινὸν quod δίκαιον, siquidem adiuncta sunt aut cõsequentia.) sic interpretabor, ut idem Cicero in tertio de finibus, Quoniámq; ea natura esset hominis, ut cum genere humano quasi ciuile ius intercederet, qui id conseruaret, eũ iustum: qui nigraret, iniustum fore. Idem in I. de offic. illud quod Aristot. dicit, παντὶ ἀνθρώπῳ πρὸς πάντα, disertè interpretatur, omnibus inter omnes. Verba eius posui, Ac latißimè quidem patens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes societas hæc est. Nam H
quoniam uerba græca singularis numeri nõ potuissent cõmodè singulari numero latinè dici, ad pluralem transferre maluit, quod & diligenter uidendum est, & seruandum omnibus.

Nam utilitates ab his percipiuntur qui utuntur, ὠφελεῖται μὲν γὰρ ταῦτα ὑπὸ τῶν χρωμένων.) Cicero in Lælio, Nã utilitates sæpe quidem etiã ab ijs per-

A cipiuntur, qui simulatione amicitiæ coluntur, & obseruātur temporis causa. In libro 2. de finibus, Præclarè enim Chrysippus, Cætera nata esse causa hominum & Deorum, eos autem cōmunitatis & societatis suæ, ut bestijs homines uti ad utilitatem suam poßint sine iniuria.

Multa enim sunt æquo & pari iure uiuentibus hominibus inter se communia. πολλὰ γὰρ τὰ κοινὰ ἴσοις ἐστιν.) Cicero in 1. de offic. hunc locum ita conuertit, Multa enim sunt ciuibus inter se communia. ἴσους autem in libris de officijs dicit eos qui æquo & pari iure uiuunt.

CAP. XII.

GRADVS autem plures sunt coniunctionis sanguinis, καὶ ἡ συγγενικὴ φαίνεται πολυειδὴς εἶναι.) Cicero 1. de offic. Gradus autem plures sunt B societatis hominum. Paulo post, συγγένειαν appellat coniunctionem sanguinis: Sanguinis autem coniunctio & beneuolētia deuincit charitate homines. Ibidē etiam societatē propinquorū nominat. Arctior uero colligatio est societatis propinquorū.

Nam & parentibus liberi simul ac orti sunt, chari solent esse, & liberis parentes, progredientibus ætatibus, cum dispicere & sentire cœperunt, οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς γενόμενα στέργουσι, τὰ δὲ προελθόντα τοῖς χρόνοις τοὺς γονεῖς, σύνεσιν ἢ αἴσθησιν λαβόντα.) De illo genere εὐθὺς γενόμενα, alio loco disputatum est. προελθόντα τοῖς χρόνοις τέκνα &c. Cicero disertè interpretatus est in 5. de finibus, Nunc uerò à primo quidem ortu mirabiliter occulta natura est, nec perspici nec cognosci potest, progredientibus autem ætatibus sensim tardéue potius quasi C nosmetipsos cognoscimus. Paulo post, Cum autem dispicere cœperimus, & sentire quid simus, & quid animantibus cæteris differamus, tū ea sequi incipimus ad quæ nati sumus. Aliter etiam paulo hoc dicit, Cum autem paulum firmitatis accesserit, & animo utuntur & sensibus. Itaq; illud λαβόντα σύνεσιν & αἴσθησιν licet dicere, Cum autē ratio & sensus accesserit. Sic enim animaduerti & obseruaui Cic. dicere semper, quod Aristot. λαβεῖν ἢ νοῦν, ἢ σύνεσιν, ἢ αἴσθησιν appellat. Eodem libro paulo antè, At uerò si ad uitem sensus accesserit, ut appetitum quēdam habeat, & per se ipsa moueatur, quid facturam putas? i. ἐὰν δὲ λάβῃ αἴσθησιν. Sic Aristot in 6. huius operis lib. ἐὰν δὲ λάβῃ νοῦν, ἐν τῷ πράττειν διαφέρει.

Magnum est enim unà educatos & æquales esse, μέγα δὲ πρὸς φιλίαν καὶ τὸ σύντροφον καὶ τὸ καθ᾽ ἡλικίαν.) Cicero in 1. lib. de offic. Magnum est enim D eadem habere monumēta maiorum, eisdem uti sacris, sepulchra habere communia. Quoniam Cicero illud πρὸς φιλίαν non expreßit, id etiam prætermittendū putaui. Prætermisit autem ille, quòd ut mihi quidem uidetur, non erat futura latina oratio si dixisset, Magnum est ad amicitiam.

Optimè enim de nobis meriti sunt, εὖ γὰρ πεποιήκασι τὰ μέγιστα.) εὖ ποιεῖν, & εὖ δρᾶν Græci dicunt, pro quibus Cicero utitur semel quidem, idq; in primo

de legibus, Bene facere, aliàs benignè facere, conferre beneficia in aliquem, Beneficia deferre alicui, Bene mereri de aliquo. Idem autem efficit apud Græcos εὐεργετεῖν, quod illa duo superiora. Itaq; εὐεργέτην Cicero munificum & beneficum appellat, & εὐεργεσίαν beneficium, benignitatem. His autem tribus uerbis dant accusandi casum. εὖ ποιεῖν φίλους Aristoteles dicit nono lib. cap. 9. κάλλιον δ' εὖ ποιεῖν φίλους ὀθνείων. εὖ δρᾶν ἀλλήλους, dicit hoc ipso lib. octauo, cap. 13. οἱ μὲν δι' ἀρετὴν φίλοι ὄντες εὖ δρᾶν ἀλλήλους προθυμοῦνται. In 9. lib. cap. 11. εὐεργετεῖν τοὺς ἐπιεικεῖς. διὸ καὶ τοὺς ἐπιεικεῖς ζητοῦσι. τούτους γὰρ αἱρετώτερον εὐεργετεῖν. Aristoteles etiam hoc genere dicendi utitur, εὖ διδόναι, idq; in 9. cap. item 9. ὅθεν ὅταν ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων. Cicero in libris de officijs uerbum è uerbo exprimit, Dare beneficia. Nam cum duo genera liberalitatis sint, unũ dandi beneficium, alterum reddendi: demus nécne in nostra potestate est, nõ reddere bono uiro non licet, si modo possit sine iniuria. Illud autem, Conferre beneficium in aliquem, adeo est in promptu, ut probatione non egeat. At illud, Deferre beneficium, rarius est: itaq; probandũ. In 1. de offic. Multi enim faciũt multa temeritate quadam sine iudicio uel modo in omnes uel repentino quodã quasi uento, impetu animi incitati, quæ beneficia æquè magna nõ sunt habenda, atq; ea quæ iudicio cõsyderatè constanterq; delata sunt. Atq; etiã Ciceronis locũ proferendum putaui, eum in quo est positum illud, Bene facere, ex primo de legibus. Vbi enim beneficus, si nemo alterius causa benefacit? In 2. de officijs dicit semel atque iterum, Benignè facere. Nam aut opera benignè fit indigentibus, aut pecunia. Paulo post, At qui opera, uirtute, & industria benefici & liberales erunt, primum quo pluribus profuerint, eo plures ad benignè faciendũ adiutores habebunt. Mereri bene de aliquo usitatissimum est. Promereri bene de aliquo rarius. In 2. de officijs, Deinde consuetudine beneficẽtiæ paratiores erunt, & tanquã exercitatiores ad bene de multis promerẽdum. Hoc etiam eodẽ lib. usurpat, Collocare beneficium apud aliquẽ. Quamobrẽ melius apud bonos, q̃ apud fortunatos beneficiũ collocari puto. In epistolis aliquoties hoc utitur genere dicendi, Ponere apud aliquẽ beneficium. In 13. Ponere beneficium apud gratos. Quare quod reliquũ est à te peto, quando apud gratos homines beneficium ponis, ut eo libentius eis commodes operámq; des, quoad fides tua patiatur, ut socrus adolescentis rea ne fiat. Hæc autem genera similia sunt, nec quibus græcis paria sint, scio. εὖ τίθεσθαι nunq̃ legi in hoc dúntaxat genere. Itaq; ad illa superiora referẽda censeo. Cuius etiam generis illud est, Afficere beneficijs aliquem, quo utitur in 2. de offic. Danda igitur opera est, ut his beneficijs q̃ plurimos afficiamus, quorum memoria liberis posterísq; tradatur. Sequuntur etiam alia uerba & genera dicendi, quæ idem ualent illa quidẽ, sed alijs uerbis exprimuntur quã superiora, ἐπαρκεῖν τροφῆς γονεῦσι. Aristoteles dicit 9. lib. huius operis, cap. 11. δόξειε δ' ἂν τροφῆς μὲν γονεῦσι δεῖν μάλιστ' ἐπαρκεῖν ὡς ὀφείλοντας. βοηθεῖν ἀδελφῷ. hoc lib. 8. cap. 9. χρήματα ἀποστερῆ-

A σαι ἑταῖρον δεινότερον ἢ πολίτην, καὶ μὴ βοηθῆσαι ἀδελφῷ, ἢ ὀθνείῳ, ὠφελεῖν μεγάλα τινά. in 9. cap. 11. μάλιστα δὲ παρακλητέον, ὅταν μέλλωσιν ὀλίγα ὀχληθέντες, μεγάλα αὐτὸν ὠφελήσειν. Aristotelis etiam illud est, γίγνεσθαί τινι ὠφέλειαν εἰς χρήματα. In lib. 4. huius operis, cap. 6. ὁ μὲν τοῦ ἡδὺς εἶναι στοχαζόμενος, μὴ διά τι ἄλλο, ἄρεσκος. ὁ δ' ὅπως ὠφέλειά τις αὐτῷ γίγνηται εἰς χρήματα, καὶ ὅσα διὰ χρημάτων, κόλαξ. Hoc postremum Cicero dicit, esse adiumento ad opes alicui. Sed ad alia ueniamus. Apud Thucydidem in concione Corcyræorum hoc legitur, τὴν ἐπικουρίαν ποιεῖσθαι. γενήσεται δὲ ὑμῖν πειθομένοις καλὴ ἡ ξυμμαχία κατὰ πολλὰ τῆς ἡμετέρας χρείας. πρῶτον μὲν, ὅτι ἀδικουμένοις, καὶ οὐχ ἑτέρους βλάπτουσι, τὴν ἐπικουρίαν ποιήσεσθε i. Hæc autem societas si eos recipiatis, in dubijs nostris rebus, magnam
B uobis gloriam afferet, multis de causis. Primùm, quod nobis qui uiolati sumus, nõ alijs iniuriam intulimus, auxiliũ feretis. Nam ποιεῖσθαι τὴν ἐπικουρίαν, auxilium & opem ferre interpretor, T. Liuij auctoritate adductus, qui magna ex parte concionẽ illam Thucydidis cõuertens in 7. ab urbe cõdita, δεῖσθαι ἐπικουρίας trãsfert, petere auxiliũ. Hæc autem phrasis Græcorũ finitima est nostræ gallicæ. Dicimus enim facere adiutoriũ. Eadẽ cõcione Thucydides dicit, ὑπουργεῖν δεομένοις, quod Cicero appellat in 2. de offic. benignè facere indigentibus. Nam aut opera benignè fit indigentibus aut pecunia. Non quod illud, Benignè facere illi respondeat, ὑπουργεῖν, sed quod idẽ ualeat. Neq; enim his in uerbis quæ latina quibus Græcis quasi ex altera parte respõdeant, sciri potest, nisi in paucis. Vnũ genus si pro-
C ferã, quo utitur idem Thucydides, tum nullum addã. Illud est ἀμύνειν ἀδικοῦσι. In prima concione Corinthiorũ extrema, καὶ Κερκυραίους τε τούσδε, μήτε ξυμμάχους δέχεσθαι βίᾳ ὑμῶν, μήτε ἀμύνετε αὐτοῖς ἀδικοῦσι. Prodesse, utilitatẽ afferre, omnes dicunt: prodesse autem, auxiliũ uel opem ferre uel opitulari est rarius. Eo Cicero utitur & in 1. & in 2. de offic. Etenim si in eos quos speramus nobis profuturos, nõ dubitamus officia conferre, quales esse in eos debemus, qui iam profuerunt? In 2. id multo est euidentius. Cũ autem nõ possint ne multi quidem aut iurisperiti esse, aut diserti, licet tamen opera prodesse multis, beneficia petentem. Quod ex eo intelligi potest, quia cùm paulo ante duo faciat genera liberalitatis, unũ quod in opera positum est, alterũ in pecunia: quod tamẽ dixit, opera benignè
D fit, hoc loco dicit, opera prodesse. Hoc autem prodesse illi græco respondet ὠφελεῖν, uel auctore Cicerone, qui in lib. de finib. ut alio loco ostendimus, τὸ ὤφελος appellat quod prodest. βοηθεῖν appello adiuuare & iuuare. Cic. 1. de officijs, Sunt quædã officia quæ alijs magis quàm alijs debeantur, ut uicinũ citius adiuueris in percipiẽdis fructibus, quàm aut fratrẽ aut familiarẽ. Hæc idẽ ualẽt nostra, quod Græcorum superiora, subuenire, opitulari, inseruire. Hoc autem postremum Græci dicunt ὑπηρετεῖν. Cicero in 1. de offic. A quo enim plurimum sperant etiam si ille his non

eget, tamen ei potiſsimũ inſeruiũt. Dicimus etiam gratificari, quod illi χαρίζεσθαι. E
Cicero in 2. de offic. Quanquam enim in utroq; ineſt gratificandi liberalis uolun
tas, tamen altera ex arca, altera ex uirtute depromitur. Hoc uerbum græcum Ci-
cero duobus exprimit. In 1. de offic. Sin erunt merita, ut non ineũda, ſed referenda
ſit gratia, maior quædam cura adhibẽda eſt. Proferam locũ Ariſtotelis ex 5. huius
operis lib: in quo mihi uidetur dicere ἄρχειν χαρίζεσθαι, quod Cic. appellat, inire
gratiam, quoniam illud inire interdum incipere ſignificat, ἀνθυπηρετῆσαι γὰρ
δεῖ τῷ χαρισαμένῳ, καὶ πάλιν αὐτὸν ἄρξαι χαριζόμενον. Illud etiam ἄρ-
χειν χαρίζεσθαι prouocare beneficio dicitur. Cic. 1. de offic. Quòd ſi ea quæ acce-
peris utenda, maiore menſura ſi modo poſsis, iubet reddere Heſiodus, quidnam be
neficio prouocati facere debemus. i. ut mihi uidetur, ἄρξαντός τινος χαρίζεσθαι.
Illud χαρίζεσθαι interdum duobus uerbis dicit, Gratum facere. In Catone ma- F
iore, Atqui Cato gratiſsimũ nobis ut etiam pro Scipione pollicear, feceris, ſi, quo-
niã ſperamus & uolumus quidẽ ſenes fieri, ante multo à te didicerimus, quibus fa
cillimè rationibus ingraueſcentem ætatẽ ferre poſsimus. Plato in Gorgia, οὐκ ἔγω-
γε, ἀλλὰ συγχωρῶ, ἵνα σοι περανθῇ ὁ λόγος, καὶ Γοργίᾳ τῷδε χαρίσω-
μαι. i. Non equidem contradico, ſed concedo, ut & à te concludatur oratio ali-
quando, & Gorgiæ gratum faciam, uel ab eo ineã gratiam. Eodẽ lib. ſæpe hoc uer
bum uſurpat pro his noſtris, placere, inire gratiam, ut χαρίζεσθαι τοῖς θεαταῖς.
Non poſſum locũ præterire Demoſth. qui poſitus eſt in exordio orationis quã ha
buit pro Megapolitanis, συνεξηπατημένων ὑμῶν, καὶ τῶν μὲν ταυτὶ βουλομένων,
τῶν δὲ ταυτὶ, ἐάν τις μεταξὺ τις ἐγχειρῇ λέγειν, καὶ ὑμεῖς μὴ περιμείνητε G
μαθεῖν. χαριεῖται μὲν οὐδετέροις, διαβεβλήσεται δὲ πρὸς ἀμφοτέρους. Titus
Liuius hunc locum diſertiſsimè interpretatus eſt in defenſione Rhodiorum quæ eſt
in 45. lib. ab urbe condita, Hoc enim legatos utroq; de pace mittendo cõſecuti ſu-
mus, ut ne ab utraq; parte gratiam iniremus, ab altera etiam crimen & periculum
eſset. διαβάλλεσθαι ergo πρὸς ἀμφοτέρους, eſt crimen & periculum eſse ab
utraq; parte. Hæc genera dicendi hic finem habeãt & terminum. Sunt præterea
etiam alia pleraq; & apud Græcos & apud Latinos, ſed contenti ſumus his ut no
bis uidetur illuſtrioribus. εὖ πάσχειν dicitur, cui datur beneficiũ. Cicero dicit hoc
ferè, Accipere beneficia, interdum recipere merita: ut εὖ ποιεῖν dare merita. In Læ
lio, Sæpiſsimè igitur mihi de amicitia cogitanti maximè illud cõſyderandum uide- H
ri ſolet, utrum propter imbecillitatẽ atq; inopiam deſyderata ſit amicitia, ut dãdis
recipiendiſq; meritis, quod quiſq; minus per ſe ipſe poſſet, id acciperet ab alio, ui-
ciſsimq; redderet. In alijs paſsiua adhibent Græci, ut ὠφελεῖσθαι, ut εὐεργετεῖ-
σθαι. Ariſtot. 1. lib. cap. 6. ἄπορον δὲ καὶ τί ὠφεληθήσεται ὑφάντης ἢ τέκτων
πρὸς τὴν αὑτοῦ τέχνην, εἰδὼς αὐτὸ τἀγαθόν. 13. cap. huius 8. lib. ἐν ἀρχῇ δ'
ἐπισκεπτέον, ὑφ' οὗ εὐεργετεῖται, καὶ ἐπὶ τίνι. In quo Græcos imitamur. Vt enim

A conferre beneficia aliquis dicitur, sic cõferri beneficia dicuntur & dari. Cicero in Lælio, Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium, quæ meminisse debet is in quem collata sunt, non cõmemorare qui contulit. Quē locum magna ex parte mutuatus est à Demosth. cuius ex oratione περὶ στεφάνου eo uerba posui libẽtius, ut hæc nostra magis probarentur, ἐγὼ νομίζω τὸν μὲν εὖ παθόντα δεῖν μεμνῆσθαι τὸν πάντα χρόνον, τὸν δὲ ποιήσαντα εὐθὺς ἐπιλελῆσθαι. Quo ex loco intelligi potest, non solum quod supra docuimus uerum esse, εὖ ποιεῖν dici etiam latinè, conferre beneficia, sed etiã officia cõferre. εὖ παθὼν ergo is dicetur, & qui accepit, & in quem collatum beneficium est. εὖ ποιήσας qui contulit officium & beneficium. In quo perspici licet, pluribus nos uerbis cogi dicere, quod illi dicunt paucioribus. Sequitur ut de formulis ijs dicamus, quibus & nos & illi, beneficium
B quod datũ est reddi, exprimamus. Ac illi quidem ἀποδιδόναι dicunt, & ἀνθυπηρετεῖν, & ἀντευποιεῖν, quod Cicero appellat reddere beneficium. Ac interdum Aristoteles accusatiuũ illi ἀνταποδιδόναι tribuit εὐεργεσίας. In 9. lib. cap. 2. καὶ τὰς μὲν εὐεργεσίας ἀνταποδοτέον μᾶλλον ἢ χαριστέον ἑταίροις. Supra locum Ciceronis protuli: Nam cum duo genera liberalitatis sint, alterum dandi beneficiũ, alterum reddendi. Aristoteles enim ἀνταποδιδόναι χάριν dicit interdum. In 9. lib. cap. 2. ὁμοίως δὲ καὶ φίλῳ μᾶλλον, ἢ σπουδαίῳ ὑπηρετητέον, καὶ εὐεργέτῃ ἀνταποδοτέον χάριν μᾶλλον, ἢ ἑτέρῳ δοτέον. Aristoteles nonnunq̃ illis uerbis, ἀποδιδόναι, & ἀνταποδιδόναι nullum casum addit, interdum τὴν ἀξίαν, aut τὴν ἴσην solum adiungit. in quibus facile intelligitur substantiuum χά-
C ριν. Cicero conuertit his duobus modis, Reddere gratiam, & Referre gratiam, ἀποδιδόναι τὴν χάριν. Vtriusq; locos proferã quo facilius res intelligatur. Illud prius Ciceronis rarius est & minus usitatum: hoc posterius multo uulgatius & tritius. In 2. de offic. continuatis duabus orationibus his duobus generibus utitur: Sed animaduertendum est diligentius quæ natura rerum sit. Nimirum enim inops ille si bonus est uir, etiã si referre gratiã non potest, habere certè potest. Cõmodè autem quicunq; dixit, pecuniam qui habeat non reddidisse, & qui reddiderit non habere: gratiam autem & qui reddiderit habere, & qui habeat reddidisse. Aristoteles hoc libro octauo, cap. 12. δυναμένῳ δὴ ἀνταποδοτέον τὴν ἀξίαν ὧν ἔπαθε καὶ ἑκόντι. Animaduerti Ciceronem illud δυναμένῳ semper conuer-
D tere, si modo possit, uel possis. Quanq̃ Aristot. paulo post dicit, εἰ δυνατός. ὥστ' εἰ δυνατὸς, ἀποδοτέον. Cicero in primo de offic. Quòd si ea quæ acceperis utenda, maiore mensura, si modo possis, iubet reddere Hesiodus. &c. Paulo post, Non reddere bono uiro nõ licet, si modo id facere possit sine iniuria. Ergo Græci ἂν δυνάμενος, uel εἰ δυνατὸς dicunt solum, nec addũt uerbum quod illi sit par Ciceronis modo. Aristoteles paulo post τὴν ἴσην dicit, οὗτος γὰρ ὁ δεόμενος ᾧ ἐπαρκεῖ αὐτῷ ὡς κομιούμενος τὴν ἴσην. Omnes hodie illa duo τὴν ἴσην, & τὴν ἀξίαν

parem gratiam appellant. in quibus, ut dixi, substantiuum χάριν intelligitur. Illa E
autem ἀνταποδιδόναι, ἀνθυπηρετεῖν, & ἀντευποιεῖν, non solum referre gra-
tiam & reddere beneficium significant, sed uicissim reddere. ut ἀντιπάσχειν ui-
cissim accipere beneficiũ. Nam illud ἀντὶ in compositione uicissim significat. Pau-
lo antè locum protuli Ciceronis ex Lælio, in quo erat, uicissim redderet, cum
de hoc genere disputaremus, Recipere merita. Aristoteles in capite cuius modo
mentionem feci, καλὸν δὲ τὸ εὖ ποιεῖν, μὴ ἵνα ἀντιπάθῃ. Salustius uerbum è uer-
bo dicit in Catilinario, pulchrum est benefacere Reipub. Idem efficit quod su-
periora, κομιεῖσθαι τὰς χάριτας. i. accipere beneficium. Aristoteles 7. cap. 9.
οὕτω καὶ τοὺς εὐεργετήσαντας βούλεσθαι εἶναι τοὺς παθόντας, ὡς κομιου-
μένους τὰς χάριτας. Ab ἀνταποδιδόναι fit ἀνταπόδωσις, & ab ἀμείβε-
σθαι ἀμοιβὴ, quæ uerba dum interpretantur omnes, appellant retributionem, Ci F
cero semper remunerationem & uicissitudinem trãsfert, In Lælio, Nihil est enim
remuneratione beneuolentiæ, nihil uicissitudine studiorum officiorúmq; iucundius.
In primo de officijs dicit duobus uerbis, gratiam referendã. ἀνταπόδωσιν. Nul-
lum enim officium referenda gratia magis necessarium est. Idem ualet ἀντίδω-
σις. Quanquam Ciceronem inuenio semel illud ἀνταποδιδόναι & ἀμείβεσθαι
dicere retribuere, idq; in oratione quam habuit antequam iret in exilium. Sed
quoniam satis multa de conferendis his inter se generibus diximus, quíq; casus ijs
uerbis darentur, hoc loco illud intelligendum est, cum illud εὖ ποιεῖν & εὖ δρᾶν
significent, beneficia cõferre, si augere rem uelimus, uel imminuere, ut cum dicimus
magna uel maxima beneficia in me contulit, uel exigua. eos hoc exprimere illis ac- G
cusatiuis, μεγάλα, μέγιστα, μικρὰ, alijsq; generis eiusdem. Quod ex eo loco
intelligi potest, qui huius disputationis initium dedit, εὖ γὰρ πεποιήκασι τὰ μέ-
γιστα, id est, Maxima enim in nos beneficia contulerunt. Illud etiam supra protu-
limus, ὠφελεῖν μεγάλα τινί.

Est enim homo ad coniugium natus magis, quàm ad societatem ciuilem, ἄνθρω-
πος γὰρ τῇ φύσει συνδυαστικὸν μᾶλλον, ἢ πολιτικόν.) Hunc locum & qui se-
quuntur in primo de officijs tractat Cicero, Nam cum sit hoc natura commune
animantium, ut habeant libidinem procreandi, prima societas in ipso est coniugio,
proxima in liberis, deinde una domus, omnia communia.

CAP. XIII. H

EXISTVNT autem sæpe criminationes & querelæ, γίγνεται δὲ τὰ ἐγκλήματα καὶ αἱ μέμψεις.

Quasi uero nõ dederit, sed fœneratus sit beneficium, ὡς οὐ δεδωκὼς, ἀλλὰ χρήσας.) Paulo post, Pulchrum autem est benefacere non ut gratiam exi-

A ρις, καλὸν δὲ τὸ εὖ ποιεῖν, μὴ ἵνα ἀντιπάθῃ. Cicero in Lælio hos duos locos attigit, Vt enim benefici liberaléſque ſumus, non ut exigamus gratiam (neque enim beneficium fœneramur, ſed natura propenſi ad liberalitatem ſumus) ſic amicitiam non ſpe mercedis adducti, ſed quod eius omnis fructus in ipſo amore ineſt, expetendam putamus. Ciceronem perſpicere licet, illud εὖ ποιεῖν dicere, beneficũ & liberalem eſſe. In hoc autem Saluſtium ſecuti ſumus in Catilinario, cuius hæc uerba ſunt, Pulchrum eſt benefacere Reip.

Referenda eſt quidem par gratia, ſi modo poſsis, idq; ultro. Neq; enim amicus quicquam inuitus facere debet, δυναμένῳ δὲ ἀνταποδοτέον τὴν ἀξίαν ὧν ἔπαθε, καὶ ἑκόντι, ἄκοντα γὰρ φίλον οὐ ποιητέον. Illud ἄκοντα γὰρ &c. cauſam eſſe puto illius τῷ ἑκόντι. Quod non fiet, ſi dicamus, ut alij, Non enim amicus inuitus
B parandus eſt. In quo mihi quidem illi tam turpiter erraſſe uidentur, ut ne phraſim quidem intellexerint. Falſò enim putant hæc aduerbia poſitionis quæ uocant, datiuum tantummodo ante ſe exigere, ut in illo exemplo prolato, δυναμένῳ ἀνταποδοτέον τὴν ἀξίαν. Nam accuſandi etiam caſum ſibi præponi interdum uolunt, quod ex illo loco qui paulo poſt ſequitur, intelligi poteſt. τὸ ὀφείλοντα ὑὸμ γὰρ ἀποδοτέον.

Qui nihil confert in Rempub. ſtudij, nihil operum, nihil facultatum, ὁ μηδὲν ἀγαθὸν τῷ κοινῷ πορίζων.) Cicero in primo de officijs, Deſerũt enim uitæ ſocietatem, quia nihil conferunt in eam ſtudij, nihil operum, nihil facultatum.

Qui ſi omnia efficiat, nullam tamen partem uideatur illius meritorũ aſſecutus, οὐθὲν δὲ ποιήσας, ἄξιον τῶν ὑπηργμένων δέδρακε.) οὐθὲν ἄξιον τῶν ὑπηργμένων
C δρᾶν. Cicero mihi uidetur diſertè interpretatus in primo libro epiſtolarum familiarium, Nullam partẽ meritorũ aſſequi. Quid enim aut me oſtentem, qui ſi uitam pro tua dignitate profundam, nullam partem uidear tuorum meritorum aſſecutus. &c. Si uerbum è uerbo exprimens dicerem, Nihil dignum illius meritis fecerit, aliena à noſtra conſuetudine. i. latini ſermonis uidebitur oratio.

ANNOTATIONES IN LIBRVM ENONVM. CAP. I.



COMPARATIO & proportio, ut dictum est, & exæquat amicitias & conseruat, τὸ ἀνάλογον ἰσάζει καὶ σώζει τὴν φιλίαν, καθάπερ εἴρηται.) Cicero in Lælio, Virtus, inquam, C. Fanni & tu Q. Muti & conciliat amicitias & conseruat. Hoc loco τὸ ἀνάλογον pro ἀναλογία ponitur. ἀναλογίαν autem à Cicerone dici comparationem & proportionem, alio loco docui.

Quòd cum prius promiserit omnia, tamen nihil eorū F quæ promisit, exoluit omnino, ὅτι πρότερον ἐπαγγελλόμενος πάντα, νῦν οὐδὲν ἐπιτελεῖ.) Paulo post, Qui uero primum argentū accipiunt, deinde nihil præstant eorum quæ professi sunt propter promissorum magnitudinem, iure sunt ij quidem uituperandi. Neq; enim præstant quod professi sunt, οἱ δὲ προλαβόντες τὸ ἀργύειον, εἶτα μηδὲν ποιοῦντες ὧν ἔφησαν διὰ τὰς ὑπερβολὰς τῶν ἐπαγγελιῶν, εἰκότως ἐν ἐγκλήμασι γίνονται, οὐ γὰρ ἐπιτελοῦσιν ἃ ὡμολόγησαν. ὁμολογεῖν profiteri appellāt omnes Latini, ἐπαγγέλλεσθαι & φῆσαι idem ualet. Nam Cicero loquens in primo de Oratore, de Gorgiæ instituto, uerbū φάναι & ἐπαγγέλλεσθαι quod in Gorgia suo Plato usurpātem facit Gorgiam, interpretatur profiteri. Verba utriusq; posui. Ciceronis primum, Quod pri G mum ferunt Leontinū fecisse Gorgiam, qui permagnum quiddam suscipere ac profiteri uidebatur, cum se ad omnia, de quibus quisq; audire uellet esse paratum denuntiaret. Plato, ἐκέλευε γοῦν νυνδὴ ἐρωτᾶν ὅ,τι τις βούλοιτο τῶν ἔνδον ὄντων, καὶ πρὸς ἅπαντα ἔφη ἀποκρινεῖσθαι. Paulo post χαιρεφῶν his uerbis ipsum Gorgiam rogat, εἰπέ μοι ὦ Γοργία, ἀληθῆ λέγει Καλλικλῆς ὅδε ὅτι ἐπαγγέλλῃ ἀποκρίνεσθαι ὅ,τι ἄν τίς σε ἐρωτᾷ. Gorgias respondet, ἀληθῆ ὦ χαιρεφῶν, καὶ γὰρ δὴ νῦν αὐτὰ ταῦτα ἐπηγγελλόμην, καὶ λέγω, ὅτι οὐδείς μέ πω ἠρώτηκε καινὸν οὐδὲν πολλῶν ἐτῶν. Cicero de eodem loquens in 2. de finibus, eadem pene uerba dicit, quæ in 1. de Oratore, Eorum erat iste mos qui tunc Sophistæ nominabantur. quorum è numero primus est ausus Leontinus Gor- H gias in cōuentu poscere quæstionem. i. iubere dicere qua de re quis uellet audire. ποιεῖν autem & ἐπιτελεῖν ἅ τις ὡμολόγησε, ἢ ἔφησε, est præstare, efficere, facere & exoluere, quod quis professus sit, uel promiserit. Cicero in 3. de officijs loquens de Panetij diuisione & promisso, De tertio autem, inquit, genere deinceps se scripsit dicturum, nec exoluit id quod promiserat. In 1. de offic. Potest enim accidere promissum aliquod & conuētum, ut id effici sit inutile uel ei cui promissum

A ſit, uel ei qui promiſerit. Nam ſi, ut in fabulis eſt, Neptunus quod Theſeo promiſerat non feciſſet, Theſeus filio Hippolyto non eſſet orbatus. Hoc paulo poſt dicit, Seruare promiſſa, & Stare promiſſis.

CAP II.

ATQVE illud quidem perſpicuum eſt, officia non eadem omnibus tribuēda eſſe: nec patri quidem omnia, quēadmodum Ioui non fiunt ſacra omnia. Quoniam autem alia parentibus, alia fratribus, alia propinquis, alia beneficis tribuenda ſunt: ſuum cuiq; ac proprium, quódq; deceat tribuendū eſt, ὅτι μὲν οὖν οὐ ταὐτὰ πᾶσι ἀποδοτέον, οὐδὲ τῷ πατρὶ πάντα, καθάπερ οὐδὲ τῷ Διῒ θύεται, οὐκ ἄδηλον, ἐπεὶ δ' ἕτερα γονεῦσι καὶ ἀδελφοῖς καὶ ἑτέροις καὶ εὐεργέταις, ἑκάστοις τὰ οἰκεῖα, καὶ τὰ ἁρμόττοντα ἀπονεμητέον.) his locis non repetit τὰ δίκαια,
B Duobus modis hoc dicit, ἀπονέμειν τὰ δίκαια, & ἀποδιδόναι. Quæ Cicero appellat, tribuere officia. In primo de officijs, Sed ſi contentio quædam & cōparatio fiat, quibus plurimum tribuendum ſit officij, principes ſint patria & parentes, quorum beneficijs maxime obligati ſumus. Paulo poſt, Sed in his omnibus officijs tribuendis uidendū erit, quid cuiq; maximè neceſſe ſit. Eodem lib. locum hūc Ariſtotelis tractat, Et quoniam officia nō eadem diſparibus ætatibus tribuūtur, aliáq; ſunt iuuenum, alia ſeniorum, aliquid etiam de hac diſtinctione dicendum eſt.

Sed neceſſaria præſidia uitæ parentibus debentur maximè, δόξειε δ' ἂν τροφῆς μὲν γονεῦσι δεῖν μάλιστ' ἐπαρκεῖν. His uerbis q̄ alijs hunc locum interpretari malui, quoniam Cicero mihi ſic uiſus eſt interpretari. In 1. de offic. Quamobrē
C neceſſaria præſidia uitæ debētur eis maximè quos ante dixi. In quo perſpicere licet q̄ disertè τροφὴν interpretatus ſit, non cibū, non alimēta, ſed neceſſaria præſidia uitæ. Nam τὰ πρὸς τὸν βίον ἀναγκαῖα quanquā hoc modo dici poſſit, tamen alio loco docui dici à Cicerone, & quæ ad uiuendum & quæ ad uitam degendam neceſſaria ſunt.

Omni etiam ſeni honos tribuendus eſt. qui ætatem illam decet, aſſurgendo, decedendo de uia, alijsq́; generis eiuſdem, παντὶ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ τιμὴν τὴν καθ' ἡλικίαν ὑπαναστάσει, καὶ κατακλίσει καὶ τοῖς τοιούτοις. Cicero in primo de officijs hūc locum de tribuendo ſuo cuiq; officio tractat diffuſius. Eſt igitur adoleſcentis maiores natu uereri, &c. τὸν πρεσβύτερον maiorē natu appellat, & τιμὴν reuerentiam. Nam uereri eo loco pro honorē habere & tribuere dixit. Itaq;
D hūc locum ſic licet uertere. Eſt autem adoleſcentis maiores natu uereri. Vel adhibēda eſt reuerētia. Nam illa ὑπαναστάσει & κατακλίσει coactus ſum uerbis unde ducta ſunt interpetari, quoniam nomina apud nos nulla illis reſpondent. Cicero in Catone maiore uerbis illis utitur in paſſiua uoce, Hæc enim ipſa ſunt honorabilia quæ uidentur leuia atque communia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli, &c.

CAP. III. E

De dimittendis amicitijs, περὶ τοῦ διαλύεσθαι τὰς φιλίας.) Cicero in Lælio, διαλύεσθαι τὰς φιλίας dicit, Dimittere amicitias. Est etiam quædã calamitas in amicitijs dimittendis nonnunq̃ necessaria. nisi forte legendũ est dirimendis, εὐθὺς διαλύεσθαι τὰς φιλίας exponit, Repentè præcidere amicitias. Hunc autem locũ de dissoluendis amicitijs tractat Cicero in eodem lib. qui inscribitur Lælius. quem ἀλλοιωθέντα Aristoteles appellat hoc cap. ille non uno eũ uerbo appellat, sed à persona ad rẽ orationem dictionémq; traducit. Si autem morũ aut studiorum cõmutatio quædam, ut fieri solet, facta erit &c. Quod idẽ facit paulo antè in illo εὐθὺς διαλύεσθαι. Tales igitur amicitiæ sunt remissione usus leuandæ, & (ut Catonem dicere audiui) dissuendæ magis q̃ discindẽdæ sunt, nisi quædam admodum intolerabilis iniuria exarserit, ut neq; rectum neq; honestum sit, neq; fieri pos- F sit, ut non statim alienatio disiunctióq; facienda sit. Aristoteles, ἆρ' οὖν εὐθὺς διαλυτέον, ἢ οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀνιάτοις διὰ τὴν μοχθηρίαν. Illud εὐθὺς διαλυτέον, sic interpretatur, repentè amicitiæ præcidẽdæ sunt, uel, statim alienatio & disiunctio facienda est, uel distractio. διάλυσιν enim appellat distractionem, dissociationem, & disiunctionem. Aristoteles hoc cap. ὅτε μὴ διὰ ὑπερβολὴν μοχθηρίας ἡ διάλυσις γίνηται, id est, cum minimè propter singularem improbitatem disiunctio facta sit.

Ab eius se remouet amicitia, ἀφίσταται.) ἀφίστασθαι Cicero in hoc genere dicit & discedere ab amicis, & remouere se ab amicitia. In Lælio, Et sæpe incidunt magnæ res, ut discedẽdum sit ab amicis. Paulo post, Ab amicitia Q. Pompeij meo G nomine se remouerat, ut scitis, Scipio.

Vtrum uero erga eum alieniore animo esse debemus, quasi nunquam amicitia intercessisset, ἆρ' οὖν οὐθὲν ἀλλοιότερον πρὸς αὐτὸν ἑκτέον ἢ εἰ μὴ ἐγεγόνει φίλος μηδέποτε.)

Multa amicorum dissidia fiũt, πλεῖσται διαφοραὶ γίνονται τοῖς φίλοις.) διαφοραὶ γίνονται τοῖς φίλοις Cicero in Lælio uertit, dissidia amicorum fiũt. Quamobrem primum danda opera est, ne qua amicorum dissidia fiant.

Sic ueteri amicitiæ aliquid tribuendũ est. οὕτω τοῖς γενομένοις ἀπονεμητέον τι.) Cicero sic in Lælio, Quæ tamen si tolerabiles erunt, ferendæ sunt, & hic honos ueteri amicitiæ tribuendus est, ut is in culpa sit, qui faciat, non qui patiatur H iniuriam.

CAP. IIII.

STATVS, τὸ εἶναι.) Operæprecium est, q̃ indisertè illud τὸ εἶναι omnes interpretentur, cognoscere. Omnes enim esse exponunt, quo uerbo hac in re quid potest esse ineptius? Ego diu quidem ac multum quærendo apud Ciceronem in libris de finib. illud τὸ εἶναι statum dictum inueni. Locos ego permultos

A proferre possum, sed uno cõtenti erimus, eo qui positus est in 3. de finib. Placet his quorum ratio mihi probatur. simul atq; natum sit animal (hinc est enim ordiendũ) ipsum sibi cõciliari & commẽdari ad se conseruandum & ad suum statũ & ad ea quæ conseruantia sunt status eius diligenda, alienari autem ab interitu, iisq; rebus quæ interitum uideantur afferre. Id ita esse sic probant, quòd antequàm uoluptas aut dolor attigerit, salutaria appetant parui, aspernenturq; contraria, quod non fieret nisi statum suum diligerent, interitum timerent. Aristoteles cap. 7. huius lib. τούτου δ' αἴτιον ὅτι τὸ εἶναι πᾶσιν αἱρετὸν καὶ φιλητόν. Paulo post, στέργει δὴ τὸ ἔργον, διότι καὶ τὸ εἶναι. Ergo στέργειν τὸ εἶναι, est quod Cicero dicit, Statum suum diligere.

Ac mens sua quisq; est uel maximè, δόξειε δ' ἂν τὸ νοοῦν ἕκαστος εἶναι ἢ μά-
B λιστα) Cicero hũc locum in somnio Scipionis sic trãstulit, Nec enim is es quem forma ista declarat, sed mens cuiusque is est quisq;, non ea figura quæ digito demonstrari potest.

Vt enim lætamur iis bonis quæ recordamur, sic iis erigimur quæ expectamus, τῶν τε γὰρ πεπραγμένων ἐπιτερπεῖς αἱ μνῆμαι, καὶ τῶν μελλόντων ἐλπίδες ἀγαθαί.) Hunc locum conuerti uerbis Ciceronis ex 1. de finib. quoniam finitima uidebantur: Secundam autem partem in Catone maiore ita transtulit, Conscientia bene actæ uitæ, multorúmq; benefactorum recordatio iucundissima est.

In amicum etiam, quemadmodum in se est animatus, πρὸς δὲ τὸν φίλον ἔχει, ὥσπερ πρὸς ἑαυτόν.) In extremo hoc lib. ὥσπερ πρὸς ἑαυτὸν ἔχει, οὕτω καὶ
C πρὸς τὸν φίλον. Et paulo antè, ὡς δὲ πρὸς ἑαυτὸν ἔχει ὁ σπουδαῖος, καὶ πρὸς τὸν φίλον. Ciceronis in hoc genere conuertendo copiosior est & affluẽtior ditiórq; oratio. Cũ enim eundẽ locũ non solũ eodẽ lib. nõ semel tractet, sed in multis sæpe, tñ aliis atq; aliis uerbis explicat. In lib. qui inscribitur Lælius, Constituendi autẽ sunt qui sunt in amicitia fines, & quasi termini diligendi, de quibus tres uideo ferri sententias, quarum nullam probo. Vna, ut eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmetipsos, &c. Paulo post, Nec enim illa prima uera est, ut quemadmodum in se quisq;, sic in amicum sit animatus. In lib. primo de finibus extrema pagina illũ locum quẽ modo protulimus, exponit: ὡς πρὸς ἑαυτὸν ἔχει ὁ σπουδαῖος καὶ πρὸς τὸν φίλον. Quocirca eodẽ modo sapiens erit affectus erga amicum, quo in seipsum.
D In secundo quæ respõdens ad hunc locũ, eadem uerba græca aliis latinis exprimit. Posuisti autem dicere alios, fœdus quoddam facere inter se sapientes, ut quemadmodum sint in seipsos animati, eodem modo sint erga amicos.

Est enim is amicus quidem, qui est tanquam alter idem, ἔστι γὰρ ὁ φίλος ἄλλος αὐτός.) Hoc ipso libro nono cap. 11. ἕτερος γὰρ αὐτὸς ὁ φίλος ἐστί. Hos locos duos exponens, iisdem uerbis usus sum, quibus Cicero: iisdem enim ac totidem uerbis in libro qui inscribitur Lælius, explicat. αὐτὸς ergo idem non ipse dicitur.

Qui uero multa & grauia ſcelera admiſerunt improbitate uicti, & ſe oderũt E ipſi & uitam fugiunt. οἷς δὲ πολλὰ καὶ δεινὰ πέπρακται, καὶ διὰ τὴν μοχθηρίαν μισοῦνται, φεύγουσι τὸ ζῆν.) Cicero in 5. de finib. hunc locum copioſè tractat. Tantum proferam quantũ ſatis ſit ad huius interpretationẽ loci quẽ protuli, Quare quotieſcũq; dicetur male de ſe quis mereri, ſibiq; eſſe inimicus atq; hoſtis, uitam deniq; fugere: intelligatur aliquam ſubeſſe eiuſmodi cauſam, ut ex eo ipſo intelligi poſſit ſibi quenq; eſſe charum. Nec uero ſatis eſt id, neminem eſſe qui ipſe ſe oderit, ſed illud quoq; intelligendum eſt, neminem eſſe qui quomodo ſe habeat, nihil ſua cenſeat intereſſe.

Eorum enim animus à ſe ipſe diſſidet, ſecumq; diſcordat, στασιάζει γὰρ αὐτῶν ἡ ψυχή.) Cicero in 1. de finib. hunc locum attigit. Neq; enim ciuitas in ſeditione poteſt eſſe beata, nec in diſcordia dominorũ domus, quanto minus animus à ſe ipſe F diſſidens ſecúmq; diſcordans, guſtare partem ullam liquidæ uoluptatis & liberæ poteſt? Hæc etiam ſecunda pars eſt apud Ariſtotelem in 10. huius operis, 6. cap. ἄγευστοι γὰρ οὗτοι ὄντες ἡδονῆς εἰλικρινοῦς καὶ ἐλευθερίου. Cic. enim ſolet multis locis aut totas interdũ ſententias conuertere Ariſtotelis, Platonis, Demoſthenis & aliorũ Græcorum, aut particulas multis ex locis libriſq; decerptas in unam ſententiã cõmode coaceruare. Quod neceſſario ei faciendum fuit in 1. lib. de finib. in quo uoluptatem & ſummum bonum eſſe defendit, & ſummis effert laudibus.

CAP. V.

QVOCIRCA eam fontem amicitiæ licet dicere, διὸ μεταφέρων φαίη τις ἂν αὐτὴν ἀργὴν εἶναι φιλίαν,) ἀργὸς λόγος à Cicerone in libro G de Fato appellatur ignaua ratio, Nec nos impediet illa ignaua ratio quæ dicitur. Appellatur enim quidem à Philoſophis ἀργὸς λόγος. Vocat igitur Ariſtoteles beneuolentiam, ignauam & tardam amicitiam. Cicero autem beneuolentiam appellat fontem amicitiæ à natura conſtitutum. Itaq; non ἀργὴν legendũ puto, ſed πηγὴν. i. fontem. Et certè ἀργὸς tertiæ inflexionis eſt & cõmunis generis. ut ἄνθρωπος. Ciceronis ex lib. de amicitia qui inſcribitur Lælius, uerba poſui, Quamobrẽ hoc quidem Fanni, & Scæuola, conſtat, ut opinor, bonis inter bonos quaſi neceſſariam beneuolentiam eſſe, qui eſt amicitiæ fons à natura conſtitutus. Legendum ergo arbitror, πηγὴν εἶναι φιλίας. aut ἀρχήν.

Quam tempore confirmatam cum auxit cõſuetudo, tum amicitia naſcitur, χρονιζομένην δὲ καὶ εἰς συνήθειαν ἀφικνουμένην γίγνεσθαι φιλίαν.) Cic. in Lælio H ἀφικνεῖται ἡ εὔνοια εἰς συνήθειαν, dicit, Auxit beneuolẽtiam cõſuetudo. Quid enim? Aphricanus indigens erat mei? minimè hercle. ac ne ego quidẽ illius, ſed ego admiratione quadã uirtutis eius, ille uiciſſim opinione fortaſſe nõnulla quam de meis moribus habebat, me dilexit, auxit beneuolentiam conſuetudo. Quo in loco perſpicere licet Ciceronem εὐνοεῖν dicere diligere. Quod uerbum interdum apud Latinos &

A Ciceronem in epistolis minus ualet, quàm amo. Aliquot enim locis hoc dicit, Vt te antea dilexisse, nunc amare uidear. Quod uerbum non illi græco ἀγαπᾷν par est, quoniam idem ualet quod φιλεῖν.

Omnino autem uirtus & probitas beneuolentiā contrahit, si qua significatio honestatis, fortitudinis, aut alicuius uirtutis eiusdē generis eluceat, ὅλως δ' ἡ εὔνοια δι' ἀρετὴν ἢ ἐπιείκειάν τινα γίνεται, ὅταν τῳ φανῇ καλός τις ἢ ἀνδρεῖος ἤ τι τοιοῦτον. Cicero à Græcis mutuatus est illud omnino quod initijs solet præponere in 1. de officijs, Omnino fortis animus duabus rebus cernitur. φαίνεσθαι Cicero hoc loco multis modis solet exponere. aliàs fieri significationē probitatis, φανῆναι ἐπιείκειαν, aliàs transfert in actiuā uocē, perspicere quasi lumen quoddam probitatis in aliquo. In Lælio, Quamobrē hos quidem ab hoc sermone remoueamus, ipsi autem intelligamus à natura gigni sensum diligendi & beneuolentiæ charitatem facta significatione probitatis. Paulo ante, Deinde cum similis existit sensus amoris, si aliquem nacti sumus cuius moribus & naturæ cōgruamus, q; in eo quasi lumen aliquod probitatis & uirtutis perspicere uideamur. Quàm autem, ut ita dicā, sordida futura sit oratio, si dicam, Cum alicui quispiam honestus aut fortis apparet, quis ignorat? Ergo ad illustrandam philosophiam nobis optimi auctores adhibendi sunt, aliter enim semper spinosa est futura.

B

CAP. VII.

SED nescio quo pacto hoc in poëtis magis cernitur, quos sua opera præter modum delectant, ea ut liberorum loco diligant, μάλιστα δ' ἴσως τοῦτο περὶ τοὺς ποιητὰς συμβαίνει. ὑπεραγαπῶσι γὰρ οὗτοι τὰ οἰκεῖα ποιήματα, στέργοντες ὥσπερ τέκνα. Cicero in 5. Tusc. quæst. hunc locum tractat, Musicorū uero perstudiosum accepimus, poëtam etiam tragicum, q̄ bonum, nihil ad rem. In hoc enim genere nescio quo pacto magis quàm in alijs suum cuiq; pulchrum. Adhuc neminem cognoui poëtam, & mihi fuit cū Aquinio amicitia, qui sibi non optimus uideretur. Sic se res habet, te tua, me mea delectant.

C

Ad agendum nati, ἐσμὲν δ' ἐνεργείᾳ. Cicero in 5. de finibus, Ergo hoc quidem apparet nos ad agendum esse natos. Hic me locus Ciceronis admonuit, ut ita hunc cōuerterem. Inuexerunt alij hoc dicendi & transferendi genus, Sumus actu, quod mihi non probatur. Malim hoc dicere, Reipsa sumus. Vt illud quod paulo post dicit, δυνάμει ἐσμέν, esse possumus. Verba sunt hodie trita apud Philosophos, cū de eo qui nondum natus est, disputant. Ille, uerbi causa, Antichristus non est actu sed solum potentia. Quæ quidem uerba & alia eiusdem generis adeo obscura sunt, ut illis solis nota sint. At si quis dicat, Antichristus non est re ipsa, sed potest fieri ut sit, & latina erit oratio, & Latinis omnibus cognita. Has enim obscuritates aut monstra potius uerborum indiserti interpretes in latinam linguam inuexerunt, dum studiosius uerbum ex uerbo conati sunt exprimere. Proferam locum qui paulo post

D

sequitur, quo res quantũ habeat obscuritatis, facilius perspici poßit. ὃ γὰρ ἔστι δυνάμει, τοῦτο ἐνεργείᾳ τὸ ἔργον μηνύει. *Quem ego locum sic sum interpretatus. Quod enim potest esse, id opus quod reipsa est indicat. i. ut mihi uidetur. Quod nõ est in rerum natura, sed potest eße: ex eo opere quod in rerum natura est intelligi potest, quale sit futurum. Vt ex hominibus qui hodie sunt in rerum natura, intelligere possumus eos qui sunt futuri. Quod si ita conuerterem, [Quod est potestate, id actu opus indicat, quanta obscuritas cõsequatur? Licebit ijs existimare, qui hæc legerint, utrum illud* ἐσμὲν δ' ἐνεργείᾳ *commodius dicatur, Ad agendum nati sumus, an, Sumus reipsa.* E

Habet autẽ & eius quod præsens est actio, & rei futuræ expectatio, & præteritorum recordatio oblectationem, ἡδεῖα δ' ἐστὶ τοῦ μὲν παρόντος ἡ ἐνέργεια, τοῦ δὲ μέλλοντος ἡ ἐλπίς, τοῦ δὲ γεγενημένου ἡ μνήμη.) *Hunc ego locum cõuertens illum Ciceronis ex epistolis familiaribus mihi proposui, Habet præteriti laboris secura recordatio oblectationem.* F

CAP. VIII.

EOSQVE *diligentes sui, probri loco appellant,* καὶ ὡς ἐν αἰσχρῷ φιλαύτους ἀποκαλοῦσι.) φιλαύτους *Cicero appellat & diligentes sui, & sibi charos. nunquam sibi amicos. In 5. de finib. Eorum enim est hæc querela qui sibi chari sunt, seseq; diligunt. In 4. Omnis enim est natura diligens sui. i.* πᾶν γὰρ τὸ ὂν φίλαυτον. *Paulo ante locum ex 5. de finib. protuli, quo in extremo hæc sunt uerba, Sibi quẽq; charum esse. Hoc capite quoniam sæpe hoc uerbum Aristot. dicit, nunc diligentes sui appello* φιλαύτους, *nunc sibi charos, modo qui sese diligunt.*

Et cætera bona de quibus pleriq; inter se digladiari soleant, καὶ ὅλως περιμάχητα ἀγαθά. *Cicero in 1. de offic.* περιμάχητα ἀγαθὰ *appellat ea de quibus pleriq; inter se digladiari soleant. Itaq; uidẽdum est, ne nõ satis sit id quod apud Platonẽ est in philosophos dictũ, q in ueri inuestigatione uersentur, quódq; ea quæ pleriq; uehementer expetant, de quibus inter se digladiari solent, contemnant ac pro nihilo ducant, propterea iustos esse.* G

CAP. IX.

QVOD *quisq; minus per se poßit amicũ suppeditare,* τὸ δὲ φίλον ποιεῖν ἃ δι' αὐτοῦ ἀδυνατεῖ.) *Ciceronis uerba posui ex lib. qui inscribitur Lælius, Sæpißimè igitur mihi de amicitia cogitanti, maximè illud cõsyderandum uideri solet, utrum propter imbecillitatem atq; inopiam desyderata sit amicitia, ut dãdis recipiendísq; meritis, quod quisq; minus per se ipse poßet, id acciperet ab alio, uicißimque redderet. &c.* H

Turpibus autẽ offenditur, ταῖς δὲ ἀπὸ κακίας δυσχεραίνει.) *Paulo post pro eo dicit,* λυπεῖται καὶ τοῖς φαύλοις, καθάπερ ὁ μουσικὸς τοῖς καλοῖς μέλεσιν ἥδεται, καὶ δὲ τοῖς φαύλοις λυπεῖται. δυσχεραίνειν *ergo* ταῖς πράξεσι

A ἀπὸ κακίας, & λυπεῖσθαι ἐπὶ τοῖς φαύλοις est offendi. Cicero in tertio de finibus, Quis autem honesta in familia institutus & educatus ingenue, non ipsa turpitudine, etiamsi eũ non læsura sit, offenditur? Idem ualet μισεῖσθαι. Cicero enim uertens locum AEschinis ex oratione in Ctesiphontem in inuectiua in Salustium ita conuertit. Vtriusq; locum proferam. ἤδη γάρ ποτε εἶδον μισηθέντας τοὺς τὰ τῶν πλησίων αἰσχρὰ λίαν σαφῶς λέγοντας. Cicero nonnihil addidit, Sæpe enim grauius uidi offendere animos auditorum eos, qui aliena flagitia apertè dixerunt, q̃ eos qui cõmiserunt. αἰσχρὰ disertè flagitia interpretatus est. Quocirca Aristoteles in 10. lib. hæc duo uerba usurpat pro cõtrarijs, χαίρειν & μισεῖν. δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν, μέγιστον εἶναι τὸ χαίρειν οἷς δεῖ, καὶ μισεῖν ἃ
B δεῖ. Contraria enim uerba horũ sunt, χαίρειν & ἥδεσθαι quibus utitur hoc loco Arist. Dat autẽ eis dandi casum sine præpositione, ὁ γὰρ σπουδαῖος ᾗ σπουδαῖος ταῖς κατ᾽ ἀρετὴν πράξεσι χαίρει. Paulo post id sequitur quod modo protuli, καθάπερ ὁ μουσικὸς τοῖς καλοῖς μέλεσιν ἥδεται. Cicero ἥδεσθαι μέλεσι uertit, teneri cantiunculis in quinto de finibus, Vidit Homerus probari fabulam nõ posse, si cantiunculis tantus uir irretitus teneretur. In 4. Tusc. quæst. uertit eodem modo, teneri cantibus. Adhibita uero exercitatione & arte, ut oculi pictura tenentur, & aures cantibus, quis est qui non cernat, quanta uis est in sensibus? Sed quoniam de his cœpi dicẽdi generibus disserere, non alienum est hoc loco quot quamq;
C uarijs modis hæc apud Latinos & Græcos dicantur, exponere. Docui illud ἥδεσθαι iungi cum datiuo sine præpositione. Nunc ostendam etiam cum ἐπὶ præpositione. Nam decimo libro, capite tertio, dicit, ἥδεσθαι ἐφ᾽ οἷς τὰ παιδία. οὐδεὶς τ᾽ ἂν ἕλοιτο ζῆν παιδίου διάνοιαν ἔχων διὰ βίου, ἡδόμενος ἐφ᾽ οἷς τὰ παιδία ὡς οἷόν τε μάλιστα, id est, Nemóque degere omnem ætatem uelit in animo puerili, perfluens ijs uoluptatibus omnibus, quibus pueri quàm maximè putent oportere. Cicero enim hunc locum mihi uidetur attigisse in secundo de finibus extremo, Percõtare ipse te, perpetuísne malis uoluptatibus perfluens, in ea quã sæpe usurpas trãquillitate degere omnẽ ætatem &c. Ita ζῆν διὰ βίου, est degere omnẽ ætatem. Atque ut uim huius uerbi perspiciamus, intelligendum est quæ natura sit illius quæ ab ἥδεσθαι ducta est, ἡδονή. Cicero ἡδονὴν uoluptatem appellat, & lætitiam. de priore significatione nulla est controuersia, de posteriore proferam locũ, in quo ἡδονὴν appellat lætitiam. In tertio de finibus, Quámq; Stoici communi
D nomine corporis & animi ἡδονὴν appellant, ego malo lætitiam appellare, quasi gestientis animi elationem uoluptariam. Ergo ἥδεσθαι lætari etiam significat. In secundo de finibus ἡδονὴν uoluptatem nominat. Egóne non intelligo quid sit ἡδονὴ græcè, latinè uoluptas? Nunc uideamus quibus uerbis & apud Græcos ἡδονὴ, & apud nos uoluptas & lætitia iungatur. Iungunt illi cum uerbo εἶναι, Aristoteles tertio libro, capite decimo, οὐκ ἔστι δὲ οὐδὲ τοῖς ἄλλοις ζώοις κατὰ ταύτας τὰς αἰσθήσεις ἡδονή. Sic Cicero in secundo de finibus, Est' ne quæso, inquam,

ſitienti in bibendo uoluptas? Iungitur etiam ἡδονὴ cum uerbo γίνεσθαι. In 10. E
libro, capite quarto, dicit γίνεσθαι ἀπὸ τῶν πράξεων ἡδονήν. ἐλλείπεσθαι
γὰρ ἂν ταῦτα, καὶ εἰ μὴ γένοιτ' ἂν ἀπ' αὐτῶν ἡδονή. Paulo poſt hoc etiam
uſurpat, γίνεσθαι τὴν ἡδονὴν καθ' ἑκάστην τὴν αἴσθησιν. Quo loco γίνε=
σθαι non plus efficit q̃ εἶναι, quoniam paulo poſt dicit pro eodē κατὰ πᾶσαν γὰρ
αἴσθησιν ἔστιν ἡ ἡδονή. Alio autem loco oſtendi γίνεσθαι & εἶναι idem ualere
interdum. Cicero γίνεσθαι & εἶναι τὴν ἡδονὴν κατὰ πᾶσαν αἴσθησιν uertit, ha-
bitare, & uerſari in ſenſibus uoluptatem. In 5. Tuſc. quæſt. Primùm enim horribilis
iſta cæcitas, quibus tandē caret uoluptatibus? cum quidam etiam diſputent, cæteras
uoluptates in ipſis habitare ſenſibus: quæ autem aſpectu percipiantur, ea nō uerſa
ri in oculorum ulla iucunditate. Illud autem genus quod primū protuli, hoc modo
exponi poteſt. Sed pariuntur ab actionibus, & oriuntur uoluptates, uel capiun= F
tur ex actionibus. Neq; enim illud fiūt dici latina oratio patitur, & alio loco oſten
di illud γίνεσθαι multis locis oriri ualere. De his autem generibus dicendi, ἐπι=
φέρειν ἡδονὴν & λύπην alio loco diſputatum eſt. Quæ duo his noſtris reſpon=
dere, Afferre uoluptatē & dolorē, nemo dubitat. λαμβάνειν ἡδονὴν niſi ſemel
nō legi, idq; in 10. lib. quod haud ſcio an noſtro huic par ſit, Capere uoluptatem.
Locum proferam, ut alijs liceat exiſtimare, τούτῳ δ' ἔοικε καὶ ἡ ἡδονή. ὅλον γάρ τι
ἐστι, ὃ κατ' οὐδένα χρόνον λάβοι τις ἂν ἡδονήν, ἧς ἐπὶ πλείω χρόνον γινομέ
νης τελειωθήσεται τὸ εἶδος. Quo loco dubium mihi eſt, utrum illud λάβοι ἂν
ſignificet quod Philoſophi hodie dicunt, aſsignare poſsit, dicendum autem eſt,
intelligere poſsit, an uero id quod dixi, percipere. Quòd ſi λαμβάνειν ἡδο= G
νὴν nec eo loco id ſignificat quod dicimus, capere & percipere uoluptatem,
nec apud alium reperitur (neq; enim legi) profecto, hæc phraſis noſtra eſt, ut ple=
ræq; aliæ, percipere & capere ex aliqua re uoluptatem. Cicero quidē hoc gene=
re utitur uel pro ἥδεσθαι uel pro χαίρειν. Atq; etiam alio loco docui ab eo uſur
pari tum cum Græci nō addunt uerbū ut illud eſt, αἱ ἀπὸ τοῦ μανθάνειν ἡδοναί.
quem locum in 5. de finib. interpretatur, eæ quas ex diſcendo capiunt homines uo
luptates. In tertio Tuſc. quæſt. Cicero exponens locum Epicuri, hoc quod dico fa
cile indicat, Nec equidem habeo quod intelligam bonum illud detrahens eas uolu=
ptates quæ ſapore percipiūtur, detrahens eas etiam quæ auditu & cantibus, detra
hens eas etiam quæ ex formis percipiuntur oculis ſuaues motiones, ſiue quæ aliæ H
uoluptates in toto homine gignuntur toto è ſenſu. Ego quanq̃ nunquam legi hunc
locū græcum Epicuri, tamen facile intelligo, quod Cicero dicit eas uoluptates quæ
ſapore percipiuntur &c. apud Epicurum eſſe, τὰς ἀπὸ τῆς διὰ χυλῶν ἡδονῶν, ὅτι
τὰς ἀπ' ἀκοῆς καὶ μελῶν, ἀποκλειόμενα. Sic enim Ariſtoteles in 10. ἄλυποι
γάρ εἰσιν, αἵ τε μαθηματικαὶ, καὶ τῶν κατὰ τὰς αἰσθήσεις, καὶ διὰ τῆς ὀσφρή=
σεως. Illud etiam noſtrum eſt, Aſſici uoluptate, quod græcè dici ἥδεσθαι uel χαί=

A ρεῖν docebo. Cicero in 3. lib. de finib. Aut quis est qui Maximorũ aut Aphricanorum, aut eius quẽ tu in ore semper habes, proaui mei cæterorúmq; uirorũ fortium atq; omni uirtute præstantium, facta, dicta, consilia cognoscens, nulla animi afficitur uoluptate? Aristoteles 10. lib. cap. 3. ita utitur participio χαίρειν ποιοῦντά τι τῶν αἰσχρῶν, οὐδεὶς τ' ἂν ἕλοιτο ζῆν παιδίου διάνοιαν ἔχων διὰ βίου ἡδόμενος ἐφ' οἷς τὰ παιδία ὡς οἷόν τε μάλιστα, οὐδὲ χαίρειν ποιῶν τι τῶν αἰσχρῶν μηδέποτε μέλλων λυπηθῆναι. In superiore autem loco Cicero probat illud, Affici uoluptate, illi cõtrarium quod paulo post dicit, offendi. Quocirca quoniam initio huius loci ostendi χαίρειν, ἥδεσθαι, & δυσχεραίνειν & λυπεῖσθαι opponi illis duobus contrario nomine, nõ est id quidem dubium, quin ἥδεσθαι dixe-

B rit affici uoluptate. Quoniam autem ἡδονὴ à Cicerone definitur, esse motus quidã & cõmotio suauis iucunditatis, fit ut ἥδεσθαι idem ualeat quod moueri. i. gaudere. Ita Cicero in Lælio, Neq; enim fidũ potest esse multiplex ingenium & tortuosum: neq; uero qui non iisdem rebus mouetur & natura cõsentit, aut fidus, aut stabilis potest esse. Huic illam præposuerat sententiam. Simplicẽ præterea & communem & cõsentientem, & qui rebus iisdem moueatur, eligi par est. Hoc Aristoteles dicit & χαίρειν τοῖς αὐτοῖς, & ἥδεσθαι ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς. In 8. cap. 5. συνδιάγειν δὲ μετ' ἀλλήλων οὐκ ἔστι, μὴ ἡδεῖς ὄντας, μηδὲ χαίροντας τοῖς αὐτοῖς. In hoc 9. cap. 11. ἥδονται ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀγαθοῖς. Sed ad alia ueniamus. Aristoteles 3. lib. dicit, ἡδονὴ ποιεῖ λύπην. quod Cicero secundo de finibus, ad passiuam significationem transfert & ad dolorem. Vtriusq; uerba proferam, καὶ

C τὴν λύπην δὲ ποιεῖ αὐτῷ ἡ ἡδονή. Loquitur de libidinoso. Cicero, Quis autem uel eum iure reprehenderit, qui in ea uoluptate uelit esse, qua nihil molestiæ consequatur? uel illum qui dolorem eum fugiat, quo uoluptas nulla pariatur? Græcorũ illud est etiam, χαίρειν τὴν ἡδονήν. quo Aristoteles in 7. extremo utitur, διὸ ὁ θεὸς αἰεὶ μίαν καὶ ἁπλῆν χαίρει ἡδονήν. Quod Cicero in libris de finibus dicit, Gaudere uoluptate. In 2. de finibus, Simul atq; natum animal est, gaudet uoluptate, & appetit ut bonum: aspernatur dolorem, ut malum. Plato etiam illi ἥδεσθαι dat accusatiuum, τὰς ἡδονάς. In lib. qui Philebus inscribitur extremo, ἀπὸρ πάσας ἡδονὰς ἥδεσθαι διὰ βίου συμφέρον τε ἐστὶν ἢ μὴν ἐστὶ καὶ ἀβλαβὲς, ἅπασι πάσας συγκρατέον. Idem eodem libro illud χαίρειν iungit cum datiuo, ταῖς ἡδοναῖς. ψευδέσιν ἄρα ἡδοναῖς τὰ πολλὰ οἱ πονηροὶ χαίρουσιν, οἱ δ' ἀγα-

D θοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀληθέσι. Hoc uerbum non reperi iunctum cum accusatiuo alio. Nam aliàs ei datiuũ tribuitur sine præpositione, aliàs cum ἐπὶ præpositione. ut Aristoteles in decimo lib. χαίρειν τῇ ἀληθινῇ. Et in tertio, χαίρειν μὴ ἄλλων μὴ ῥόδων, ἢ θυμιαμάτων ὀσμαῖς, καὶ μύρων καὶ ὄψων, & ταῖς τῶν βρωμάτων. In septimo ad uerbum illud accusandi casum adiungit, ὅτι γὰρ ἔχουσιν ἑταίρας, ἐφ' οἷς χαίρουσι. Hoc autem uerbum par est illud quidem nostro illi gaudere, sed quoniã

nullum uerbum est apud Græcos usitatius, non est semper illo exponedum. quod E
idem iudicandum est de illo ἥδεσθαι. *Cicero quidem in quinto de finibus una ea-*
démque pagina his tot generibus utitur pro illis duobus, Teneri pompa, *ludis, spe-*
ctaculis, Duci *auditione fabularum,* Capi *cognitione,* Gaudere *scientia,* Delectari
historia, Hæc *paßiue: illa actiue,* Contemplationes *rerum cælestium homines mo-*
uere, historiam homines delectare: quorum posterius idem declarat quod græcè di
citur τέρπειν. *Aristoteles in decimo,* ἔνια δὲ τέρπει καινὰ ὄντα. *Quod uerbum*
cum adeo rarum sit apud eum, ut his decem libris eo solum loco sit usus, non est du
bium quin cum hoc nostrum Cicero tam crebro usurpet, plerunq; illa superiora
pro eo dixerit. Est etiam illud nostrũ, Aliquid *esse uoluptati, quod illi Græcorum*
respondet, εἶναί τι ἡδύ. *Quod ex illo loco Ciceronis intelligi potest, qui est apud*
eum in decimoquarto libro epistolarum familiarium, Vtinam *ea res ei uoluptati* F
sit, gloriæ quidẽ uideo fore. Ciceronis *etiam illud est,* Cum *uoluptate legere, quod*
Aristoteles in septimo dicit, μεθ' ἡδονῆς. ἔτι οὐδεὶς ὑβρίζει λυπούμενος, ὁ δὲ ὀρ-
γῇ ποιῶν πᾶς ποιεῖ λυπούμενος, ὁ δ' ὑβρίζων μεθ' ἡδονῆς. *Aristoteles hoc*
libro cap. 3. dicit, ἡδονὴν γίγνεσθαι ἀπό τινων. *quod Cicero in loco quem modo*
protuli, appellat, gigni uoluptatem ex aliquo. ἑλοίμεθα γὰρ ἂν ταῦτα, καὶ εἰ
μὴ γένοιτ' ἂν ἀπ' αὐτῶν ἡδονή. *Loquitur de aspectu, memoria, scientia &*
uirtutũ adeptione. Quo loco ἡδονὴν *etiam delectationem posse dici ut putem, ad-*
monet me locus Ciceronis pro Archia poëta, Quod *si hic non tantus fructus osten*
deretur, & si ex his studijs sola delectatio peteretur, tamẽ, ut opinor, hanc animad-
uersionem humanißimam ac liberalißimam iudicaretis. Illud *enim & si ex his stu-* G
dijs sola delectatio peteretur. uel sic exponendum græcè puto, καὶ εἰ γένοιτ' ἂν
ἀπὸ τούτων τῶν ἐπιτηδευμάτων ἢ προαιρέσεων μόνον ἡδονή. *aut sic pro illo* γέ-
νοιτ' ἂν, ἐπιζήτοιτ' ἂν μηδὲν παρὰ τὴν ἡδονήν. *ut idem Aristoteles hoc libro*
capite sexto, καθ' αὑτὰς δ' εἰσὶν αἱρεταὶ ἀφ' ὧν μηδὲν ἐπιζητεῖται παρὰ
τὴν ἐνέργειαν.

Vt etiam Theognidi placet, καθάπερ καὶ Θέογνις φησίν.) *Hæc eadem car*
mina sunt apud Platonem in Menone, quo loco de uirtute disputat, utrũ tradi pos
sit ac doceri. Ait autẽ ea carmina extare in Elegijs Theognidis quæ hodie extant.
Cum enim Socrates Menonem scire diceret, eandem sententiam à Theognide de-
fendi & teneri, at is in quibus ille uersibus hoc confirmaret, rogaret, respondit, ἐν H
ἐλεγείοις. *Apud Platonem autem uitiosè legitur* ἐόντα νόον, *pro* ἐνόντα. *i. men-*
tem quæ insita est. Variatur etiam uerbum συμμιγῆς, *cum apud Aristotelem scri-*
ptum sit, συμμίξαις, *quæ uarietas nihil de lege carminis detrahit.*

CAP. XI.

MOERORES *enim & luctus facit amicitia communicans partiénsque le-*
uiores, κουφίζονται γὰρ οἱ λυπούμενοι, συναλγούντων τῶν φίλων.) *Ci-*

A ceronis uerbis ex Lælio hunc locum sum interpretatus.

Sensus communis doloris, minorem ægritudinem facit, ἔννοια τοῦ συναλγεῖν ἐλάττω τὴν λύπην ποιεῖ.) Scio ἔννοιαν à Cicerone in Academicis exponi, notitiam, & notionem, & cognitionem. Hoc autem loco sensus mihi aptius dici uidetur. λύπην dixi ægritudinem, Ciceronem secutus, qui in tertio Tuscul. quæst. sic interpretatur. Illud autem ἐλάττω λύπην ποιεῖν, Cicero in secũdo Tusculanarum quæstionum mutuatus est in alia re. Consuetudo enim laborum perpeßionem dolorum efficiet faciliorem.

Neque enim rectum est cum amicis aut bene meritis consociare & coniungere iniuriam, μεταδιδόναι γὰρ ὡς ἥκιστα δεῖ τοῦ κακοῦ.) Hæc pauca pluribus illis exposuit Cicero in tertio de finibus.

B Inuocatum, ἄκλητον.) Cicero primo lib. de natura Deorum extremo, loquens de rerum imaginibus, Quid quòd etiam ad dormientem ueniunt inuocatæ?

ANNOTATIONES IN LIBRVM DECIMVM. CAP. I.

C NEQ etiam uis maxima est ad uirtutem, si quis bonis rebus lætetur doleátq; cõtrarijs, δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν μέγιστον εἶναι, τὸ χαίρειν οἷς δεῖ καὶ μι-

I σεῖν ἃ δεῖ.) De hoc genere satis multa alio loco dicta sunt. Cicero in Lælio, Ergo hoc proprium est animi bene constituti, & lætari bonis rebus, & dolere contrarijs. Si quis enim dicat, Gaudere quibus oportet, inepta uideatur oratio, & certè χαίρειν οἷς δεῖ, non est aliud quàm lætari bonis rebus, quoniam ijs lætandum est. Simile illud etiam quod paulo post sequitur, ἔχειν γὰρ ῥοπὴν καὶ δύναμιν πρὸς ἀρετήν τε καὶ εὐδαίμονα βίον. quod etiam alio loco tractauimus.

D Sed hæc nulla ex parte uera aut honesta oratio est, μή ποτε δὲ οὐδὲ καλῶς τοῦτο λέγεται.) Hoc ut ita uerterem, me admonuit locus ille Ciceronis in secũdo de officijs libro. Honesta oratio est. qui mihi ita exponendus uidetur. Bene dicitur, καλῶς λέγεται. Nam paulo supra hoc dixit, Sed cum in hominibus iuuandis aut mores spectari aut fortuna soleat, dictu quidem est procliue, itáque uulgo loquuntur, sese in beneficijs collocandis mores hominum non fortunam sequi. Honesta oratio est.

CAP II. E

QVAE eius rationes cōprobatæ sunt non sua ui solū & pondere, sed multo magis bonitate ipsius & moribus, ἐπιστεύοντο δ' οἱ λόγοι διὰ τ ἤθους ἀρετὴν μᾶλλον ἢ δι' αὑτούς. Cic. in 2. de finib. loquēs de Epicuro diserte interpretatus est illud διὰ τοῦ ἤθους ἀρετὴν, & totum hūc pene locum. Væneúntq; scripta eius bonitate ipsius & moribus. In primo etiam nonnihil dicit eiusmodi quod ad hunc locum pertineat, Neq; uero hoc oratione solum, sed multo magis uita & moribus comprobauit. Quem si quis locum cum eo quem interpretamur coniūgat, non eum huic dissimilem fatebitur. Neq; enim quicquam dissimilitudinis inuenio, nisi q̄ significationem passiuam in actiuam transtulit.

Qua etiam ratione Plato refellit esse summum bonum uoluptatem. Magis enim expetendam cū prudentia coniunctam iucundam uitā, q̄ ipsam separatim, τοιούτῳ F δὴ λόγῳ ὁ Πλάτων ἀναιρεῖ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡδονὴ τἀγαθόν. αἱρετώτερον γὰρ εἶναι μετὰ φρονήσεως τὸν ἡδὺν βίον, ἢ χωρίς.) Plato hoc tradit in libro qui inscribitur Philebus. Quo libro triplicem uitam facit, duas simplices, & tertiam coniunctam. Ponit alteram simplicem uoluptatis, quæ nullius sit particeps prudentiæ: alteram prudentiæ, in qua nihil sit uoluptatis: tertiam ex his duabus conficit, qua ex partitione concludit uitam coniunctam esse optimam.

Quæ bonum ad naturam accōmodatum appetit, ὃ ἐφίεται τοῦ οἰκείου ἀγαθοῦ.) οἰκεῖον Cicero in libro 4. Academicarum quæstionum, appellat quod ad naturam accōmodatum est. Nam quomodo non potest animal ullum non appetere id quod accōmodatum ad naturam appareat (Græci id οἰκεῖον appellant,) sic non G potest obiectam rem perspicuam nō approbare. In primo dicit, quod naturæ accōmodatum est, & eius contrarium alienum. i. græcè ἀλλότριον, quod Barbari hodie dicunt, conueniens & disconueniens. Quomodo autem moueri animus ad appetendum potest, si id quod uidetur, percipi non potest, accommodatúmne naturæ sit an alienum?

CAP. III.

NEC si uoluptas qualitas non est, idcirco in bonis non est, οὐ μὴν οὐδ' εἰ μὴ ποιοτήτων ἐστὶν ἡ ἡδονή, διὰ ταῦτα οὐδὲ τῶν ἀγαθῶν.) In hoc dicendi genere pares sumus Græcis. Nam ut illi in secundo membro illud διὰ ταῦτα, ἢ διὰ τοῦτο, prætermittunt interdum: sic nos idcirco & cōtinuo. Cicero secundo de finibus, Non enim si malum dolor est, carere eo malo, satis est ad bene uiuendum. Aristoteles hoc cap. paulo infra, οὐ γὰρ εἰ τοῖς κακῶς διακειμένοις ἡδέα ταῦτ' H ἐστίν, οἰητέον αὐτὰ καὶ ἡδέα εἶναι ἁπλῶς. Paulo infra in secundo membro dicit, διὰ τοῦτο δ' εἰ ἀγνοοῦσιν οὗτοι ὄντες ἡδονῆς εἰλικρινοῦς καὶ ἐλευθερίου, ἐπὶ τὰς σωματικὰς καταφεύγουσι, διὰ τοῦτο ταύτας οἰητέον αἱρετωτέρας εἶναι. Cicero illud διὰ ταῦτα in hoc genere secundo loco positum interdum dicit, uer=

A bum è uerbo, propterea. In Oratore, Nec uero si quid est unum inter eos simile (id autem est iudicium electióq; uerborum) propterea cæterarum rerum dissimilitudo intelligi non potest.

Contendunt autem bonum certum esse & finitum, uoluptatem infinitam & incertam, propterea quòd augeri & minui posit, λέγουσι δὲ τὸ μὲν ἀγαθὸν ὡρίσθαι τὴν δὲ ἡδονὴν ἀόριστον εἶναι, ὅτι δέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. Socrates hoc dicit in Philebo Platonis, Nam cum duo rerum genera posuisset, unum quod ἄπειρον.i. infinitum appellat, alterum quod πέρας: tandem ridens Philebi de uoluptate in qua summum bonum ponebat, sententiam, hoc ab eo quæsiuit. ἡδονὴ καὶ λύπη πέρας ἔχετον, ἢ τῶν τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον δεχομένων ἐστὸν.i. Vtrum uoluptas & dolor terminata sunt & finita, an uero in ijs sunt quæ augeri posint &
B minui? Philebus autem ita respondit, ναὶ τὸ μᾶλλον, ὦ Σώκρατες, id est, certè augentur Socrates.

Voluptatem quidem motum & ortũ ostendere conantur, τὴν ἡδονὴν κίνησιν καὶ γένεσιν ἀποφαίνειν πειρῶνται.) Hoc facit Socrates in eodem libro. Duo enim genera rerum ponit, τὴν οὐσίαν, & τὴν γένεσιν. quo posito, concludit cũ ortus ad naturam & bonum referatur, non contra, uoluptas autem sit in motu, ea autem quorum unum ad alterum referatur, in diuerso genere ponantur, ex his effici, ut quoniam natura bonum sit, uoluptatem non esse in bonis. Verba Socratis posui, ἆρ' οὖν ἡδονή γε, εἴπερ γένεσίς ἐστιν, εἰς ἄλλην, ἢ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μοῖραν αὐτὴν τιθέντες, ὀρθῶς θήσομεν.i. Num si uoluptatem quoniam in ortu est, ad aliud
C genus quã boni trãsferamus, rectè ponemus? Respondet Protarchus, ὀρθότατα.

Ex quo quicq; oritur, in id interit, ἐξ οὗ γίγνεται, εἰς τοῦτο διαλύεσθαι.) In primo Academic. quæst. exponit illud διαλύεσθαι. Sed subiectum putant omnibus sine ulla specie, atq; carentem omni illa qualitate (faciamus enim tractando usitatius hoc uerbum & tritius) materiam quandam ex qua omnia expressa atq; effecta sint, quæ tota omnia accipere posint, omnibúsque modis mutare atq; ex omni parte, eóq; etiam interire non in nihilũ sed in suas partes, quæ infinitè secari atque diuidi possunt. In secundo de diuinatione hoc appellat occidere in nihilũ, & quod uulgo dicitur, ex nihilo aliquid fit aut non fit, dicit oriri ex nihilo. Non ergo omnium interitus atque obitus natura continet, & erit aliquid, quod aut ex nihilo
D oriatur, aut in nihilum subito occidat. Quis hoc physicus dixit unquam? In Oratore dicit, Recidere in nihilum, pro quo Barbari dicunt, annihilari, & resolui, Græci ἀναλύεσθαι.

Non enim si male animo affectis & constitutis, οὐ γὰρ εἰ τοῖς κακῶς διακειμένοις.) Contrarium eius est εὖ διακείμενοι, quo utitur proximo cap. καθ' ἕκαστον δὲ βελτίστη οὖσιν ἡ ἐνέργεια τοῦ ἄριστα διακειμένου πρὸς τὸ κράτιστον τῶν ὑφ' αὐτήν. Cicero in Lælio, Ergo hoc proprium est animi bene constituti, & læ

tari bonis rebus, & dolere contrarijs. Paulo post eodem cap. Aristot. utitur uerbo illo εὖ ἔχειν πρὸς τὸ σπουδαιότατον, quod idem ualet, πλεῖστα τῇ ἕξει τοῦ εὖ ἔχοντος πρὸς τὸ σπουδαιότατον τῶν ὑφ᾽ αὐτήν. Cicero in 3. Tusc. quaest. hoc dicit, probe affectum esse ad munus suum fungẽdum. Et quemadmodum oculus cõturbatus non est probe affectus ad munus suum fungendum, & reliquae partes totúmue corpus cum statu est motum, officio suo & muneri deest: sic cõturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. E

CAP. IIII.

INGRESSVS, βάδισις.) Cicero βάδισιν appellat aliàs ingreßum, aliàs inceßum, nunquam ambulationem. Ambulatio enim idem ualet quod deambulatio. βάδισις autem latius patet. Cicero in primo de natura Deorum, Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda Deo, quae adhibetur homini, ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, seßio, comprehensio, ad extremum etiam sermo & oratio. In primo de officijs, Cauendum est autẽ, ne aut tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, &c. Vt autem intelligatur, βάδισις etiam incessus dici à Cicerone, eiusmodi locum ex primo de officijs proferam, in quo pro illo ingressus, dixit incessus. Status, incessus, seßio, accubatio, uultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum. Ambulationem autem pro deambulatione poni, ille locus indicat eiusdem in eodem libro. Tanta uis est loci & temporis, ut si quis cum causam sit acturus, in itinere aut ambulatione secum ipse meditetur, aut si quid aliud attentius cogitet, non reprehendatur. F

Siquidem termini à quo motus incipit, & in quo desinit, speciem conficiunt, εἴπερ τὸ πόθεν ποῖ εἰδοποιόν.) Hoc loco non erit alienum graeca uerba cum latinis comparare, quibus nos & illi rationem & causam rei superioris afferendã, & confirmandum aliquid putamus. Quod quo sit firmius, maiorémq; habeat auctoritatem, locos Platonis quos Cicero conuertit proferam. εἴπερ, siquidẽ ualet, cuius talis usus est, ut nunq̃ ad maiorem aliquam propositionem probandam afferri debeat, neq; in longiore ratione collocari. Itaq; errant multi qui hoc uerbo in ratione prima totius orationis utuntur. Quocirca nunq̃ fere maiuscula litera scribi debet. Quod ut intelligatur, duos locos Platonis proferam, quos Cicero transtulit. Plato in Timaeo, πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους, λέγειν ἦν ὀρθότερον; ἕνα, εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος ἔσται. Cicero in libro de Vniuersitate hunc locum conuertit hoc modo, Rectè ne igitur unum mũdum dixerimus, an sint plures, & innumerabiles, dictu uerius? Vnus profecto. si quid factus est ad exemplum. Sed quoniam hoc loco illud εἴπερ non causam dicere potest, ut illud nostrum, Si quidem duo sint uerba: idcirco locũ alterũ ex Phaedro Platonis proferẽdum puto, eũ quẽ cõuertit Cicero, & in 6. de Rep. & in 1. lib. quaest. Tusc. Sed quia locus ille superioribus sic cohaeret, ut sine G H

A bis uix intelligi posit, totum proferre malui, quod eo feci libentius, quòd is totus ad hoc nostrum institutum pertinet. In eo enim non solum illud εἴπερ positum est, sed γὰρ etiam & ὡς. γὰρ autem Cicero enim uertit, & nam: & ὡς nam. τὸ γὰρ ἀεὶ κινητὸν ἀθάνατον, τὸ δ᾽ ἄλλο κινοῦν καὶ ὑπ᾽ ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς. μόνον δὴ τὸ αὐτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα κινεῖται τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. ἀρχὴ δὲ ἀγένητον. ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι, αὐτὴν δὲ μηδ᾽ ἐξ ἑνός. εἰ γὰρ ἔκ του ἡ ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο. ἐπειδὴ δὲ ἀγένητόν ἐστι, καὶ
B ἀδιάφθορον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι. ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολλυμένης, οὔτε αὐτή ποτε ἔκ του, οὔτε ἄλλο ἐξ ἐκείνης γενήσεται. εἴπερ ἐξ ἀρχῆς δεῖ τὰ πάντα γίγνεσθαι. οὕτω δὴ κινήσεως μὲν ἀρχή, τὸ αὐτὸ κινοῦν. τοῦτο δὲ οὔτ᾽ ἀπόλλυσθαι, οὔτε γίγνεσθαι δυνατόν, ἢ πάντα τε οὐρανὸν πᾶσάν τε γῆν συμπεσοῦσαν στῆναι, καὶ μήποτε αὖθις ἔχειν στῆναι, ὅθεν κινηθέντα γενήσεται. ἀθανάτου δὲ πεφασμένου, τοῦ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ κινουμένου, ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτον αὐτό τις λέγων οὐκ αἰσχυνεῖται; πᾶν γὰρ σῶμα, ᾧ μὲν ἔξωθεν τὸ κινεῖσθαι, ἄψυχον. ᾧ δὲ ἔνδοθεν αὐτὸ ἐξ αὑτοῦ, ἔμψυχον. ὡς ταύτης
C οὔσης φύσεως ψυχῆς. εἰ δ᾽ ἔστι τοῦτο οὕτως ἔχον, μὴ ἄλλο τι εἶναι τὸ αὐτὸ αὐτὸ κινοῦν ἢ ψυχήν, ἐξ ἀνάγκης ἀγένητόν τε καὶ ἀθάνατον, ψυχὴ ἂν εἴη. Nunc quemadmodum hunc Cicero locum uerterit, audiamus, Quod semper mouetur, id æternum est. Quod autem motum affert alicui, quódque ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, uiuendi quoque finem habeat necesse est. Solum igitur quod seipsum mouet, quia nunquam deseritur à se, nunquam ne moueri quidẽ desinit. Quinetiam cæteris quæ mouẽtur, hic fons, hoc principium est mouendi. Principij autem nulla est origo. nam ex principio oriuntur omnia, ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. Nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. Quod si nunquã oritur, nec occidit quidẽ unquam. Nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec à se aliud creabit: siquidem necesse est à principio oriri omnia. Ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum à se moue-
D tur. Id autem nec nasci potest, nec mori. uel concidat oportet cælum omnisq; natura consistat necesse est: nec uim ullam nanciscatur, qua primo impulsa moueatur. Cum pateat igitur æternum id esse, quod seipsum moueat, quis est qui hanc naturam animis esse tributam neget? Inanimum est enim omne quod pulsu agitatur externo. quod autem est animatum, id motu cietur interiore & suo. Nam hæc est natura animi atque uis. Quæ si est una ex omnibus quæ seipsam semper moueat, neque nata certe est, & æterna est. Quàm diserte quæso, quàm splendide hunc Platonis locum Cicero interpretatus est? ut mihi interdum uerum esse ui-

deatur id quod ipse ait, quæ Latini à Græcis mutuati sunt & acceperunt, ea ab E
illis facta esse meliora. Copia certè Platonem in hoc Cicero longe multúmque superauit. Nam cum ille uno modo semper dicat, κινεῖν, κινεῖσθαι, τὸ κινοῦν ἑαυτὸ, καὶ τὸ κινούμενον, hic noster multis uarijsq; modis commutatis uerbis hæc ipsa expreßit. κινεῖν enim τὸ ἄλλο & afferre motum alicui, & mouere, & ciere, & agitare impulsu dicit. quod idem ad alia etiam transferri potest. Age uero in illo quod alio loco tractauimus, quanta eius ubertas orationis, quàm illustris oratio consumpta est, γίγνεσθαι. Nam & oriri dixit, & nasci, & gigni. Contraria etiam horũ quàm disertè? ἀπόλλυσθαι & mori & extingui. διαφθείρεσθαι occidere. ἀγένητον. & cuius nulla origo est, & quod natum nõ est, & quod nunquam oritur. ἀδιάφθορον, quod nunquam occidit. ἔξωθεν κινεῖσθαι, pulsu agitari externo. ἔνδοθεν κινεῖσθαι, motu cieri interiore & suo. Sunt & alia permulta quæ breuitatis causa omitto, fre F
tus eorum intelligentia & labore, qui hæc legerint. Hoc tantum dicam, si ad philosophiam eam quam naturalẽ uocant hæc transferre omnia uelimus, multo eã splendidiorem ac illustriorem futuram. Sed nos ad propositũ reuertamur. Ex eo loco quẽ protuli, facile intelligi potest quod dixi, quid ὡς, quid γὰρ, quid εἴπερ ualẽret. ὡς γὰρ etenim dicimus. quod uerbum & apud Græcos & apud Latinos tantũmodo primum in oratione debet eße. ἐπεὶ à Cicerone nã exponitur, & τί, quod Aristot. in 3. ἐπεὶ οὕτως γε καὶ οἱ ὄνοι ἀνδρεῖοι εἶεν πεινῶντες. τυπτόμενοι γὰρ οὐκ ἀφίστανται τῆς νομῆς. καὶ οἱ μοιχοὶ δὲ, διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τολμηρὰ πολλὰ δρῶσι. Hunc enim locum sic imitatus est Cicero in 4. Tusc. quæst. Nã isto modo quidem licet dicere utilem uiolẽtiam ad fortitudinem, utilẽ etiam demẽtiam. G
quod & insani & ebrij multa faciãt uehementius. ὅτι quod ualet. Cicero etiã nam ipsum illud ὅτι uertit. Plato in Timæo. ὄψις δὴ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον, αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν, ὅτι τῶν νῦν λόγων περὶ τοῦ παντὸς λεγομένων οὐδεὶς ἄν ποτε ἐρρήθη, μήτε ἄστρα μήτε ἥλιον μήτ᾽ οὐρανὸν ἰδόντων, Rerum enim optimarum cognitiones nobis oculi attulerunt. Nam hæc quæ est habita de Vniuersitate oratio à nobis, haud unquam esset inuenta, si neq; sydera, neq; sol, neq; cælum sub oculorum aspectũ cadere potuissent. In quo Platonis loco ἡμῶν uel intelligendũ est, uel si minus commode intelligi potest reddẽdum. In eo etiam δὴ reperitur pro enim positũ. Illud γὰρ alio loco demõstratum est sæpe redũdare in oratione. Cicero interdum illud γὰρ quia uertit, quoties breui propositioni breuis etiam H
ratio affertur. Plato in Timæo, ὀμμάτων τε γὰρ ἐπεδεῖτο. οὐδὲ ὁρατὸν γὰρ οὐδὲν ὑπελείπετο ἔξωθεν. οὐδ᾽ ἀκοῆς, οὐδὲ γὰρ ἀκουστόν. Cicero in lib. de Vniuersitate hũc locum ita cõuertit, Nec enim oculis egebat, quia nihil extra quod cerni posset relictum erat: nec auribus, quia ne quod audiretur quidẽ. ὅτι etiam quia dicit Cicero, præsertim in respondendo, ut διὰ τί; ὅτι &c. i. quamobrem? quia. Orationes Ciceronis & Demosthenis plenæ sunt eiusmodi exemplorum. Anteq̃ iret in exilium.

A Ego'ne inimicus huic ciuitati? quamobrem? quia inimicos necaui. Ego'ne hostis? quid ita? quia hostes interfeci. ἅτε Cicero uertit quia, in eo loco Platonis quē paulo antè protuli. Hæc autem dictio apud Platonem usitata est & trita, quam iunctam cum participio ferè inuenio. Locum Platonis non incōmodum erit repetere. μόνον δὴ τὸ αὑτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτὸ, οὔποτε λήγει κινούμενον. Cicero sic, Solum igitur quod seipsum mouet, quia nunquam deseritur à se, nunq̄ ne moueri quidem desinit. ἅτε etiam quippe Cicero uertit in lib. de Vniuersitate. Et quoniam iungitur, ut dixi, cum participio, eo loco Cicero addit ad ipsum qui, ut dicat, quippe qui. In media quidem oratione illud ipsum, quippe qui, usitatißimum est. in initio maximè rarū. Cicero in 4. de finibus, Quis tibi ergo istud dabit, præter Pyrrhonem, Aristonē, eorúmue similes, quos tu nō probas? Aristoteles, Xenocrates, tota illa familia non dabit, quippe qui ualetudinē, uires, diuitias, gloriam, multa alia bona eße dicant, laudabilia nō dicant. Datur ei etiam cum cōiunctio, Cicero in Lælio. Nihil est enim uirtute amabilius, nihil quod magis homines alliciat ad diligendū, quippe cū propter uirtutem & probitatē etiam eos quos nunquā uidimus, quodā modo diligamus. Longum autē esset Platonis ex Timæo locum totū explicare: tantum initium proferam. Cicero sic loquens de animo, Quippe qui ex eadem uinctus alteráq; natura, adiuncta materia temperatione trium partium proportione compacta, seipse conuersans, cum materiam mutabilem arripuißet, &c. Plato in Timæo, ἅτε οὖν ἐκ τοῦ ταὐτοῦ καὶ τῆς θατέρου φύσεως, ἔκ τε οὐσίας τριῶν τούτων συγκραθεῖσα μοιρῶν, καὶ ἀνάλογον μερισθεῖσα καὶ ξυνδεθεῖσα, αὐτή τε ἀνακυκλουμένη πρὸς αὑτὴν, ὅταν οὐσίαν σκεδαστὴν ἔχοντός τινος ἐφάπτηται. &c. In hoc loco οὖν adiunctum redundat. Mirari satis nequeo eos, qui nobis dictionaria græcorum uerbornm composuerunt & reliquerunt, illud ἅτε tanq̄ exponere.

Auditiones, ἀκούσματα.) Aliud est ἀκοὴ, aliud ἄκουσμα, ut aliud auditus, aliud auditio.

Humanæ enim res laborem sempiternum non possunt pati, πάντα γὰρ ἀνθρώπεια ἀδυνατεῖ συνεχῶς ἐνεργεῖν.) συνεχῶς ἐνεργεῖν agere semper aliquid Cicero dicit in 5. de finibus, & quod hic Aristoteles de labore & actione sentit, ille ad quietem accōmodat, Sunt autem, inquit, & clariora uel plane perspicua, nec dubitanda indicia naturæ, maxime scilicet in homine, sed in omni animali, ut appareat animus aliquid agere semper, neq; ulla conditione quietem sempiternam poßet pati. συνεχῶς in 4. Academ. quæst. appellat continēter. Quia continenter laberentur & fluerent omnia.

D Cum præsertim actionē comitetur, ἕπεται γὰρ τῇ ἐνεργείᾳ.) ἕπεσθαι Cicero uertit comitari. & ἑπόμενα πάθη, comites motus. Cicero in 5. Tusc. quæst. Est præclara epistola Platonis ad Dionis propinquos, in qua scriptum est his ferè uerbis, Quo cum uenißem, uita illa beata, quæ ferebatur, plena Italicarum Syracusa-

narúmq; mensarum, nullo modo mihi placuit, bis in die saturum fieri, nec unquam E
pernoctare solum, cæteráq; quæ comitātur huic uitæ, in qua sapiens nemo efficitur
unquã, moderatus uero multo minus. Eum locum quem hic Cicero exponit, ut ple-
rosq; alios, magna diligentia conquisitum inueni, quem ob eam causam hic addendũ
putaui, ut studiosi Græci sermonis semper haberent quod imitarẽtur, ἐλθόντα δὲ
μὲ, ὁ ταύτῃ λεγόμενος αὖ βίος εὐδαίμων, Ἰταλιωτικῶν τε καὶ Συρακου-
σίων τραπεζῶν πλήρης, οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἤρεσε, δίς τε τῆς ἡμέρας ἐμπι-
πλάμενον ζῆν, καὶ μηδέποτε κοιμώμενον μόνον νύκτωρ, καὶ ὅσα τούτων
ἐπιτηδεύματα ξυνέπεται τῷ βίῳ, ἐκ γὰρ τούτων τῶν ἐθῶν οὔτ᾽ ἂν φρόνιμος
οὐδείς ποτε γενέσθαι τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἀνθρώπων ἐκ νέου ἐπιτηδεύων δύ-
ναιτο, οὔτ᾽ οὕτως θαυμαστῇ φύσει κραθήσεται. σώφρων δὲ οὐδ᾽ ἂν μελλήσαι
ποτὲ γενέσθαι. Nunc locum Platonis ex Timæo proferã, quem in libro de Vni- F
uersitate Cicero transferens, ἑπόμενα παθήματα αὐτοῖς appellat motus co-
mites horum. Is autem locus est quem Cicero multis locis tractat, cũ de animi par-
tibus eodem modo quo Plato differit. Est bene longus locus, sed utilitas cõpensabit
satietatem, ὁπότε δὴ σώμασιν ἐμφυτευθεῖεν ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ μὲν προσίοι,
τὸ δὲ ἀπίοι τοῦ σώματος αὐτῶν, πρῶτον μὲν αἴσθησιν ἀναγκαῖον εἴη μίαν
πᾶσιν ἐκ βιαίων παθημάτων ξύμφυτον γίγνεσθαι, δεύτερον δὲ, ἡδονῇ καὶ
λύπῃ μεμιγμένον ἔρωτα, πρὸς δὲ τούτοις φόβον καὶ θυμὸν, ὅσα τε ἑπό-
μενα αὐτοῖς, καὶ ὁπόσα ἐναντίως πέφυκε διεστῶτα. Cicero sic, Cũ autem ani-
mos corporibus cum necessitate inseuisset, cúmq; ad corpora necessitate accessio
fieret, tum abscessio, necesse erat sensum existere unũ, communémq; omnium, uehe- G
mentiore motu excitatum cõiunctúmq; naturæ: deinde uoluptate & molestia mi-
xtum amorẽ, post iram & metum & reliquos motus animi comites superiorũ, &
his etiam contrarios dissidentes. Ex collatione horum duorum locorum facile est
intellectu, alios libros emendandos esse, in quibus legitur, Cum animis corpora in-
seuisset. Deinde illi etiam errores corrigendi, Vehementiore motu excitato con-
iunctoq; naturæ. σύμφυτον enim pertinet ad αἴσθησιν, non ad παθημάτων. Et cer-
tè nõ motus excitatur sed excitat sensum. Hic autẽ fructus nobis ostenditur. προσ-
ιέναι accedere, ἀπιέναι abscedere & decedere. nã sic alio loco interpretatus est.
Sed hoc quoq; obseruandum & intelligendũ, disertè pro uerbis nomina dixisse, ac-
cessio & abscessio, quod quo faceret commodius, illud cũ his maluit dicere. Est au- H
tem accessio augmentatio quam uocant, seu nouæ rei additio ad superiorem. Ab-
scessio & decessio cõtra, imminutio. Βίαια παθήματα disertè interpretatus est
uehementiores motus. αἴσθησις ergo βιαίων παθημάτων, sensus dicetur uehemen-
tiore motu excitatus. γίγνεσθαι existere, quod alio loco ostendimus. ξύμφυτον con-
iunctum naturæ. διιστάναι, dissidere. Sed ut ad propositum reuertamur, hoc loco
Græcos cum Cicerone imitati sumus. iunximus enim illud comitari cum dandi ca-

A *su, quemadmodum Cicero in superiore loco.*

Copulata enim hæc inter se uidentur, ut neutrũ ab altero nec diuelli poßit, nec distrahi, συνεζεῦχθαι μὲν γὰρ ταῦτα φαίνεται. καὶ χωρισμὸν οὐ δέχεσθαι.) Cicero sic in primo lib. de finib. Vt enim temperantiam, sapientiam, fortitudinẽ copulatas esse docui cum uoluptate, ut ab ea nullo modo nec diuelli, nec distrahi possint: sic de iustitia iudicandum est.

CAP. V.

QVI enim tibiarum cantu tenentur, φίλαυλοι.)

Non possunt uerba quæ interim fiunt aduertere, ἀδυνατοῦσι τοῖς λόγοις προσέχειν.) Interdum additur accusatiuus νοῦν. Itaque hinc nostrum Animaduertere natum est. Terentius dicit, aduertere. Idem in Andria dicit, adiungere, ap-
B plicare, & appellere animum ad scribendum, ad uxorem. Hoc etiã dicit, Attẽdere animum. Hoc loco illud προσέχειν τοῖς λόγοις attẽdere uerba, & attentè audire etiam dicitur. Demosth. prima Olynthiaca dicit προσέχειν τῷ πολέμῳ. i. incumbere in bellum. ut Cicero in primo de Oratore dicit, Incumbite in hæc studia. Idem fere ualet ἐνεργεῖν περί τι, & κατά τι. quo utitur Aristot. paulo infra, ὁμοίως δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει, ὅταν ἅμα περὶ δύο ἐνεργῇ. Paulo infra, ὥστε μηδὲν ἐνεργεῖν κατὰ τὴν ἑτέραν. In his locis illud ἐνεργεῖν expono intendere animum & aciem animi in duas res. Ita mihi uidetur dixisse in 4. Academ. quæstionum, Mens enim ipsa quæ sensuum fons est, atq; etiam ipsa sensus est, naturalem uim habet,, quam intendit ad ea, quibus mouetur. Illud ἐνεργεῖν etiam occupari
C ualet in hoc loco.

CAP. VI.

DANT enim eis incommoda potius, q̃ prosint: uidemúsq; eos nec ualetudinis, nec rei familiaris habere rationem, βλάπτονται γὰρ ἀπ' αὐτῶν μᾶλλον ἢ ὠφελοῦνται, ἀμελοῦντες τῶν σωμάτων, καὶ τῆς κτήσεως.) Cicero in quinto lib. de finib. hunc locũ sic uertit, ut feci. De quo alio loco satis multa dicta sunt.

Partem nullam liquidæ uoluptatis & liberæ unquam gustarunt. ἄγευστοι ὄντες ἡδονῆς εἰλικρινοῦς καὶ ἐλευθερίου.) Cicero in primo de finibus hunc locum & alios una oratione complexus est, Neq; enim ciuitas in seditione potest esse beata, nec in discordia dominorum domus, quo minus animus à se ipse dißidens secúmq;
D discordans gustare partem ullam liquidæ uoluptatis & liberæ potest.

Vt optimæ cuiusq; partis & hominis actio & uirtus sit præstantißima, ἡ τοῦ βελτίονος ἀεὶ μορίου καὶ ἀνθρώπου σπουδαιοτέραν τὴν ἐνέργειαν.) Cicero in quinto de finibus hunc locum attigit, Quibus expositis, est coniectura, ea maximè esse expetenda ex nostris, quæ plurimum habent dignitatis, ut optimæ cuiusq; partis, quæ per se expetatur, uirtus sit expetenda maximè.

CAP. VII. E

QVAM eandem sitam esse necesse est in ea parte quæ est omnium optima, siue ea quidem mens est, αὐτὴ δ' ἂν εἴη τοῦ ἀρίστου, εἴτε δὴ νοῦς (τοῦτο.) Cicero in 5. quæst. Tusc. hunc locum pene iisdem uerbis tractauit, Etenim quæ pars optima est in homine, in ea situm esse necesse est illud, quod quæris omnium optimum. Quid autem in homine sagaci ac bona mente melius?

Seu ea nihil est in nobis diuinius, εἴτε τὸ ἐν ἡμῖν τὸ θειότατον.) Superlatiuū in hoc genere Cicero per comparatiuum exponere solet. Hunc enim locum ita interpretatur in 5. lib. de finib. Quæ quidem propriè uirtutes appellantur multúmq; excellunt, propterea q ex ratione gignuntur, qua nihil est in homine diuinius.

Rerum quæ ad uitam degendā sunt necessariæ, τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων.) Cicero in primo de officiis, τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαῖα, appellat, & quæ sunt ad uiuēdum necessaria, & res ad uitam degendam necessarias. Principio generi animantium omni est à natura tributum, ut se, uitam, corpúsq; tueatur, declinétque ea quæ nocitura uideantur, quæq; sint ad uiuendum necessaria inquirat & paret, ut pastum, ut latibula, ut alia eiusdem generis. Paulo infra, Homo autem qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum uidet, earúmq; progressus, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines cōparat, rebúsq; præsentibus adiungit atq; annectit futuras: facile totius uitæ cursum uidet, ad eámq; degendam præparat res necessarias. Alio loco docui, παρέχεσθαι τὰ εἰς τὸν βίον esse quod hic Cicero, præparare ad uitam degendam res necessarias, & paulo ante, parare quæ sunt ad uiuendum necessaria. quanquam illud παρέχεσθαι τὰ εἰς τὸν βίον dici potest commodius, quod idem auctor eodem libro paulo infra ait, Parare ea quæ suppeditent ad cultum & ad uictum. Malim enim ego παρέχεσθαι hoc loco appellare parare, quàm suppeditare, quoniam nono lib. unde hoc genus sumptum est, Aristoteles de uiro & uxore disserit, qui cum unam in domum habitandi & procreandi causa conuenerint, parant ea quæ ad uictum cultúmq; pertinēt. Nisi forte suppeditant eo magis placet, q deinceps eo libro idem ait, ἴδια τιθέντες εἰς τὸ κοινόν. i. sua in cōmune conferentes, q iam ea habeant, ut nō sit necesse ea parare. Libera sunt iudicia hominum, licebit iis existimare qui hæc legerint. Ex huius autem loci explicatione hoc commoditatis reportabimus, quid Græci pro gerundiis & gerundiuis nostris usurpent. utuntur enim infinitiuis. Nihil hic dico de aduerbiis quæ uocant positionis. Hoc etiam loco nō est alienum, quæ ad uiuendum pertinent, græca & latina uerba conferre. Quāquam hoc iam magna ex parte cōfectum negotium est. Nam ζῆν & uiuere transferri à Cicerone ostendimus, & uitam degere. Illud tamē nostrum, Degere uitam, magis illi respōdet græco διάγειν. Sic de illo, Agere uitam iudicandum est. ζῆν βίον apud Græcos legi, & διάγειν βίον. Et Latini illud ζῆν βίον nunquam dicunt uiuere uitam, sed agere uitam, &

A degere, & traducere. Aristoteles paulo ante hunc locum quem explicamus, καὶ γὰρ
τῷ καθεύδοντι διὰ βίου ὑπάρχοι ἂν φυτοῦ ζῶντι βίον. Cicero in secundo de
finibus dicit Degere omnem ætatē, quod Aristoteles appellat ζῆν διὰ βίου, & ἅ-
παντα τὸν βίον. Quæ orationes etiam apud Platonem sunt usitatissimæ. Locū Ci-
ceronis alio loco protuli. Vitam agere, Cicero dicit in 3. de finibus, Quódq; nemo in
summa solitudine uitam agere uelit, ne cum infinita quidem uoluptatum abundan-
tia, facile intelligitur, nos ad coniunctionem cōgregationémq; hominum, & ad na-
turalem cōmunitatem esse natos. Quo loco duas Cicero Aristotelis ex nono com-
plexus est orationes, ἄτοπον δ᾽ ἴσως καὶ τὸ μονώτην ποιεῖν τὸν μακάριον. οὐθεὶς
γὰρ ἕλοιτ᾽ ἂν ζῆν καθ᾽ αὑτὸν τὰ πάντα ἔχων ἀγαθά. πολιτικὸν γὰρ ὁ ἄν-
θρωπος καὶ συζῆν πεφυκός. ζῆν ἔχων, uel ἔχοντα τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάν-
B τα. Cicero in Lælio uertit, Viuere in omni rerum abūdantia. Locū protuli in ini-
tio octaui libri. In superiore autem exemplo, quod apellat Vitam agere cū infini-
ta uoluptatum abūdantia, Aristoteles dicit in hoc nono, ζῆν ἡδόμενον ὡς μάλι-
στα, οὐδεὶς τ᾽ ἂν ἕλοιτο ζῆν παιδίου διάνοιαν ἔχων διὰ βίου, ἡδόμενος ἐφ᾽ οἷς
παιδία ὡς οἷόν τε μάλιστα. Illud idem ζῆν ἡδόμενον μέγιστα magis ad uer
bum exprimit in 3. de officijs, & illud ἔχειν πάντα τἀγαθὰ, abundare omnibus
copijs. Quem ego locū quanquam primū librum cū explicarem, protulerim, tamē
non est incōmodum repetere eundē. Itémq; magis est secūdum naturam pro omni-
bus gentibus, si fieri posset, conseruandis ac iuuādis maximos labores molestiásque
suscipere, imitantes Herculem illum, quem hominum fama beneficiorum memor in
C cōcilio cælestium collocauit, quàm uiuere in solitudine, nō modo sine ullis molestijs,
sed tiam in maximis uoluptatibus, abundantē omnibus copijs, ut excellas etiam pul
chritudine & uiribus. Ex his locis facile intelligi potest, quemadmodū possint di-
sertè participia adiecta uerbo ζῆν exponi. Quù etiam ille eiusdē ex oratione pro
lege Agraria pertinet. Singularis homo priuatus, nisi magna sapientia præditus,
uix facile sese regionibus officij magnis in fortunis & copijs cōtinet. ἀγαθὰ ergo
uocat Cic. copias, & fortunas. ἔχειν πάντα τἀγαθὰ, abundare omnibus copijs.
ἀγαθὰ in primo docui utilitates dici. ἀγαθὰ etiam commoda uertit Cicero, idq;
facit uariandæ orationis gratia. Nam in 3. de finib. lib. cum bona corporis sæpe di
xisset, ad postremum hac usus est oratione, Nam cum ita placeat, ne eorum quidē
D bonorum quæ nos bona naturæ appellemus, frequentia, beatiorem uitam fieri, aut
magis expetēdam, aut pluris æstimandam: certe minus ad beatam uitam pertinet
multitudo corporis cōmodorum. Hunc locum tractaui etiam cùm primum librum
exponerem, in quo me eo iuuat diutius cōmorari, ut omnes qui se ad conuertendos
libros ex græco cōferent, habeāt quibus modis illud genus, quo uix ullū est usita-
tius apud Græcos, interpretari uel disertè possint. ζῆν etiam est esse & manere
& retineri in uita, ut ἀποθνήσκειν deficere à uita, exire de uita, abire, migrare,

excedere è uita. Cicero lib. 3. de finib. In quo plura sunt quæ secũdum naturã sunt, E
huius officium est in uita manere: in quo autem aut sunt plura cõtraria au fore uidentur, huius officium est è uita excedere. Paulo infra, Itaq; & manendi in uita & migrandi ratio in omnibus his rebus quas supra dixi, metienda. Nam neq; his qui uirtute retinentur in uita, neq; his qui sine uirtute sunt, mors est oppetenda: ut sæpe officium est sapiẽtis deficere à uita. In Lælio dicit, Exire de uita. Quamobrem cum illo quidem, ut supra dixi, actum optimè est, mecum autem incõmodius, quem fuit æquius, ut prius introieram in uitam, sic prius exire de uita. Ex uita discedere in Catone maiore, Ex uita ista discedo, tanquam ex hospitio, non tanquã ex domo. τελευτᾶν idem ualet quod uerbum semel, idq; in Salustium interpretatus est decedere: Neque me cum ijs cõferri decet P. C. qui iam decesserunt. Locum Demosthenis ex oratione περὶ στεφάνου alio loco protuli, in quo est scriptum his ferè F
uerbis, οὐ μέντοι δίκαιόν ἐστιν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι πρὸς τοὺς τετελευτηκότας ἐξετάζειν τὸ παραβάλλειν ἐμέ. Sed quoniam illud ζῆν dixi interdum exponẽdum esse, manere in uita, asserẽdum locum putaui Aristotelis ex nono, [ex quo id perspici possit. Loquitur in eo libro de sapiente, his ferè uerbis, τὸ ζῆν δὲ βούλεται ἑαυτὸ σώζεσθαι. Qui locus illi respondet Ciceronis, Sapientis officium esse in uita manere. βιῶναι etiam uiuere ualet. Aristoteles in nono dicit, βιῶσαι καλῶς loquẽs de sapiente, ὀλίγον γὰρ χρόνον ἡσθῆναι σφόδρα μᾶλλον ἕλοιτ᾽ ἂν ἢ πολὺν ἠρέμα, καὶ βιῶσαι καλῶς ἐνιαυτὸν, ἢ πολλὰ ἔτη τυχόντως. Ex quo loco intelligere possumus spatium temporis etiam apud Græcos significari accusatiuis, καλῶς βιῶσαι in Catone maiore dixit Cicero, honestè uiuere, quoniam τὸ G
καλὸν honestum dicitur. Breue enim tempus ætatis satis est longum ad bene honesteq; uiuendum. βιῶναι ἐν δίκῃ Cicero appellat uiuere iustè, & ἀδικίᾳ iniuste, in libro de Vniuersitrte conuertens locum Platonis ex Timæo. Is autem locus eũ sequitur proximè quem supra protuli cum differerem de ἔπειτα, ὧν εἰ μὲν κρατήσειαν, ἐν δίκῃ βιώσοιντο, κρατηθέντες δὲ ἀδικίᾳ. Cic. sic, Quos qui ratione rexerit, iuste uixerit: qui autẽ his se dediderit, iniustè. Loquitur de motibus. Sequitur locus in quo illud εὖ βιῶναι τὸν προσήκοντα χρόνον, interpretatur, Rectè & honestè curriculũ uiuẽdi à natura datum conficere, καὶ ὁ μὲν εὖ τὸν προσήκοντα βιοὺς χρόνον, πάλιν εἰς τὴν τοῦ συννόμου πορευθεὶς οἴκησιν ἄστρου, βίον εὐδαίμονα ἕξει. Sic Cicero, Atque ille qui rectè & honestè curriculum uiuendi à natura datum confecerit, ad illud astrum quo cum aptus fuerit, reuertetur. Hic Cicero H
omisit illud βίον εὐδαίμονα ἕξει. i. uitã beatam adipiscetur, quod id satis quod dixit illud significare uideatur. Sed hic locus finem tandem habeat. Neq; enim omnes dicendi rationes explicandas conferendas suscepi.

Bella suscipimus, ob eam causam, ut in pace uiuamus, πολεμοῦμεν ἵνα εἰρήνην ἄγωμεν. Cicero in primo lib. de officijs hunc locum explicauit, Quare sucipienda

A quidem bella sunt ob eam causam, ut in pace uiuamus. Cicero in lib. de Vniuersitate uertit τὴν εἰρηνικὴν ἄγον, tranquillum & moderatum. Locum Platonis & Ciceronis alio loco protuli, cum dissererem de illo ἀτάκτως.

Quæ talis uita certè præstantior est, q̃ ut attribuere eam sibi homo debeat, ὁ δὲ τοιοῦτος ἂν εἴη κρείττων βίος, ἢ κατ' ἄνθρωπον.) Cicero in libro de Vniuersitate transfert, μεῖζον, ἢ καθ' ἡμᾶς, maius est, quàm ut profiteri scribere nos audeamus. Locum disertè, ut solet, interpretatus est, itaq; non est alienum eum proferre. Cic. sic, Reliquorum autem quos Græci Dæmonas appellãt, nostri, ut opinor, Lareis, (si modo hoc rectè conuersum uideri potest) & nosse & nũciare ortum, maius est q̃ ut profiteri scribere nos audeamus. Plato in Timæo, περὶ δὲ τῶν ἄλλων Δαι-
B μόνων εἰπεῖν καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν, μεῖζον, ἢ καθ' ἡμᾶς.

Ei quod cõcretum est, (συνθέτῳ.) σύνθετον alij dicunt cõpositum, idq; habent in ore uerbum Philosophi totos dies. Cõpositum ex materia & forma, Cicero appellat, id quod ex materia & specie concretum est.

Spectare humana, φρονεῖν ἀνθρώπινα.) Philosophi φρονεῖν uocant & uertũt, sapere. Proferam ego locum Ciceronis ex 2. de offic. in quo est scriptum, Spectare magna, pro illo φρονεῖν, ni fallor. Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione uersatur, hi simul ac iuuenes esse cœperunt magna spectare, & ad ea rectis studijs debent contendere.

C Ad mortalem gloriam niti, ἀπαθανατίζειν. In huius uerbi interpretatione ut in alijs ferè omnibus, Ciceronem mihi proposui. In Catone maiore, Quod quidem, ni ita se haberet, ut animi immortales essent, haud optimi cuiusq; animus maximè ad immortalem gloriam niteretur.

CAP. VIII.

INCERTI enim sunt animi hominum, αἱ γὰρ βουλήσεις ἄδηλοι.) Cicero ad Brutum, Sed non ignoras q̃ sint animi incerti hominum.

Deos enim putamus esse beatissimos. Quas tandem ijs actiones quæ officia tribuemus? Num iustitiæ? At ridiculi uidebuntur, si & res contrahant, & deposita reddant, cæteraq; faciant eiusdem generis? An fortes dicemus eos, qui res asperas perferant, periculaq; adeant ob eam causam quia deceat? Num liberales? At cui largiẽtur? Absurdum etiam sit, si numum aut quid tale habeant. An uero temperã-
D tes? At qui esse possunt? τοὺς θεοὺς γὰρ μάλιστα ὑπειλήφαμεν μακαρίους καὶ εὐδαίμονας εἶναι. πράξεις δὲ ποίας ἀπονεῖμαι χρεὼν αὐτοῖς. πότερα τὰς δικαίας; ἢ γελοῖοι φανοῦνται συναλλάττοντες καὶ παρακαταθήκας ἀποδιδόντες, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. ἀλλὰ τοὺς ἀνδρείους; ὑπομένοντας τὰ φοβερὰ καὶ κινδυνεύοντας, ὅτι καλόν; ἢ τοὺς ἐλευθερίους; τίνι δὲ

δώσουσιν; ἄτοπον δ' εἰ ἔσται αὐτοῖς νόμισμα, ἤ τι τοιοῦτον. αἱ δὲ σώφρονες, τί ἂν εἶεν; Hic locus tractatur dilemmate, seu subiectione. Eundem tractat Cicero in tertio libro de natura Deorũ, sic: Quid enim? prudẽtiámne Deo tribuemus, quæ constat ex scientia rerum bonarũ & malarum & nec bonarum nec malarum, cui mali nihil est nec esse potest? Quid huic opus est delectu bonorũ & malorum? quid autem ratione? quid intelligẽtia? quibus utimur ad eam rem, ut apertis obscura assequamur? At obscurum Deo nihil esse potest. Nam iustitia quæ suum cuique distribuit, quid pertinet ad Deos? Hominum enim societas & cõmunitas, ut uos dicitis, iustitiam procreauit. Temperãtia autem constat ex prætermittẽdis uoluptatibus corporis, cui si locus in cælo est, etiam uoluptatibus. Nam fortis Deus intelligi qui potest? in dolore, aut in labore, an in periculo? quorũ Deum nihil attingit. E

Sublata igitur uiuendi, faciendique ac multo etiam magis ratione, quid tandem uiuenti Deo, præter contemplationem relinquitur? τῷ δὴ ζῶντι τοῦ πράττειν ἀφῃρημένου, ἔτι δὲ μᾶλλον τοῦ ποιεῖν, τί λείπεται, πλὴν θεωρίας;) Cicero in quinto Tusculanarum quæstionum locum eodem modo tractat, Contẽpto igitur honore, contempta etiam pecunia, quid relinquitur quod extimescendum sit? F

Imbecilla enim, non satis munita natura est, ad rerum contemplationem) οὐ γὰρ αὐτάρκης πρὸς τὸ θεωρεῖν. Cicero in Lælio mihi hunc locum uidetur adumbrasse, Imbecilla enim natura est ad contemnendum imperium.

Sed certe opus est corpus ualere & uigere, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸ σῶμα ὑγιαίνειν.) Cicero quinto de finib. hunc etiam locum mutuatus est, Sed certe opus est ea ualere & uigere, & naturales motus ususq; habere, ut nec quid absit eorum, nec ægrum debilitatúmue sit. Id enim natura desyderat. G

Quæ magnam quandam habent illæ quidẽ auctoritatem. πίστιν μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα ἔχει τινά.) Initio huius libri docui Ciceronem πίστιν appellare auctoritatem, in hoc genere, quo utitur, habere auctoritatem orationem, quod est uerbum è uerbo ἔχειν πίστιν. Idq; hic locus confirmat. Nam si dicamus sic, Rationes habent fidem, non erit latina oratio, nec ulla subiecta erit sententia.

Spectanda igitur sunt antedicta omnia, σκοπεῖν δὴ τὰ προειρημένα χρή.) σκοπεῖν hac in re Cicero uertit spectare. In 3. lib. de offic. extremo, Quãuis enim multis locis dicat Epicurus, sicut hic dicit, fortiter de dolore, tamen non id spectandum est quid dicat, sed quid cõsentaneum sit ei dicere, qui bona uoluptate terminauerit: mala, dolore. H

Quæ si cum factis consentiant, cõprobare: sin discrepent, uerba existimare debemus, καὶ συναδόντων μὲν τοῖς ἔργοις, ἀποδεκτέον, διαφωνούντων δὲ, λόγους ὑποληπτέον.) διαφωνεῖν Cicero appellat discrepare. Dicit in 2. de finibus, Cũ dictis facta discrepare, quod hoc loco Aristoteles appellat τὰ ἔργα τοῖς λόγοις ἢ εἰρημένοις διαφωνεῖν. Audi, ne longè abeam, quid moriẽs dicat Epicurus.

A & intellige facta eius cum dictis discrepare. Ponit autem hæc duo semper contraria, cōsentire, & discrepare, quæ his duobus græcis paria sunt, (συνᾴδειν, uel ὁμοφωνεῖν uel συμφωνεῖν & διαφωνεῖν. Cicero in 4. de finib. Vidésne igitur Zenonem tuum cum Aristone uerbis cōsentire, re dißidere? cum Aristotele & illis re consentire, uerbis discrepare? Alio loco docui Ciceronem uocare ac uertere, Discordare secum, & dißidere à se, quod Aristoteles diceret, διαφέρεσθαι ἑαυτῷ, & στασιάζειν. συμφωνεῖν Cicero semel uertit consonare, idq; in Salustium, Vt omnis oratio moribus consonet.

Vt autem quisq; rationem uitæ actionísque ducem maximè sequitur, ὁ δὲ κατὰ νοῦν ἐνεργῶν.

CAP. IX.

B NAM si in uerbis satis magna uis esset ad uirtutem, εἰ μὲν οὖν ἦσαν οἱ λόγοι αὐτάρκεις πρὸς τὸ ποιῆσαι ἐπιεικεῖς.) De hoc genere dicēdi alio loco diximus. Hoc tamen exemplo etiam Ciceronis hoc modo uertere possumus, Si satis magna uis eßet in uerbis, ut nos bonos efficerent. In qninto lib. de finib. de uite autem disserit: In ipsa enim parum magna uis est, ut quàm optime se habere poßit, si nulla cultura adhibeatur. Quo ille loco hunc adumbrauit. Nam paulo post sequitur, καὶ ἔδει τούτους πορίσασθαι. quod exposuit sic, eaq; adhiberi oporteret. Illud enim πορίζεσθαι adhiberi hoc loco mihi uidetur ualere. Alijs locis χρῆσθαι idem efficit, ut Cicero in 4. Academicarum quæst. dicit, Interdum cum ad eos adhibemus orationem. Verbum est quod Cicero crebris usurpat sermonibus. Alio loco ostendi quod Aristot. in primo dixißet, ποιεῖσθαι ἐπιμέλειαν, id esse quod Cicero uocaret, Adhibere diligentiam. ἰατρεύειν & θεραπεύειν etiam dicit & curare, & adhibere curationem.

C Valere ad hortādos excitādósq; pueros, προτρέψασθαι καὶ παρορμῆσαι ἰσχύειν.) Græci illi ἰσχύειν dant infinitum uerbū, nos nostro Valere tribuimus accusandi casum cum ad præpositione. ut Cicero in 3. de finib. dicit, Valere ad beatè miseréue uiuendum. Dant etiam accusatiuum Græci huic uerbo πρὸς præpositione adiecta, qua de re alio loco dixi.

Cum iam mores recta educatione exculti sunt, κατακώχιμον ἐκ τῆς ἀρετῆς.) Paulo antè ponitur ἦθος. ἀρετὴ hoc loco, ut placet Eustratio, nō accipitur pro ueris illis uirtutibus, prudentia, iustitia, fortitudine & temperantia, sed pro affectione ea quam pueri ex optima educatione percipiunt. D κατακώχιμον autem, ut idē ait, significat hoc loco ὑπήκοον καὶ εὐπειθές, id est, quod obsequitur & paret & quasi cedit, non τὸ πλῆρες, id est plenum. nec τὸ ἐχόμενον καὶ κρατούμενον, id est, quod hæret, tenetur, & uictum est.

Pueros ingenuos, ingenuísque moribus præditos, τῶν νέων τοὺς ἐλευθερίους καὶ ἦθος τε εὐγενές.

Nec deterret eos à facinorosa uita ipsa turpitudo, sed pœna, οὐδ' ἀπέχονται E
τῶν φαύλων διὰ τὸ αἰσχρὸν, ἀλλὰ διὰ τὰς τιμωρίας.) Cicero primo de legi-
bus, Quòd si pœna, si metus supplicij, non ipsa turpitudo deterreret ab iniuriosa
facinorosaq; uita, nemo est iniustus. In tertio de finibus dicit utrunq; & abstinere se
à dedecore, & turpitudinem deterrere. Quid autem dici poterat, si turpitudinẽ
non ipsam per se fugiendam esse statueremus, quo minus homines, tenebras & soli-
tudinem nacti nullo dedecore se abstineant, nisi eos per se fœditate sua turpitudo
ipsa deterreret. In 2. Nã nec uir bonus ac iustus haberi debet, qui ne malũ habeat,
abstinet se ab iniuria. Docui alio loco etiã ἀφιστάναι idẽ ualere quod deterreri.

Honesti autem ueræq; uoluptatis, quam nũquam degustarunt, nec partem norũt
ullam, nec unquam nosse uoluerunt, τοῦ δὲ καλοῦ καὶ ὡς ἀληθῶς ἡδέος, οὐδ' ἔν-
νοιαν ἔχουσιν ἄγευστοι ὄντες.) Hoc quod Aristoteles de honesto & uera uolupta F
te dicit, Cic. Ad Remp. refert in 1. de legibus, Ab omni societate Reip. cuius partẽ
nec norũt ullam, nec nosse uoluerunt, paulisper facessant, rogemus. Hoc genus Græ
corum Galli sequimur. Dicimus, habere notitiam & cognitionem alicuius rei.

Non enim potest, aut uix facile potest, si quid est penitus insitum moribus, id
oratio euellere, οὐκ ἔστιν, ἢ οὐ ῥᾴδιον τὰ ἐκ παλαιοῦ τοῖς ἤθεσι κατειλημ-
μένα, λόγῳ μεταστῆσαι.) Cicero ad Q. fratrem epistola prima, Neq; hoc nunc
contendo, quod fortasse cum in omni natura, tũ iam in nostra ætate difficile est, mu
tare animum, & si quid est penitus insitum moribus, id subito euellere. καταλαμ-
βάνειν percipere, & comprehendere dicit Cic. in 4. Academic. quæst. & κατα-
λήψεις perceptiones animi & cõprehensiones. uocat etiam imprimere. Hic malui G
Ciceronem imitari, qui mihi uidetur exposuiße disertè τὰ κατειλημμένα τοῖς
ἤθεσι singulari numero, quod insitum est moribus. μεθιστάναι mutare, & euellere.

At uero lex uim habet ad cogendum idoneam, ὁ δὲ νόμος ἀναγκαστικὴν ἔχει
δύναμιν.) Cicero tractat hunc locum in primo de legib. sic, Est enim ratio mensq;
que sapientis ad iubendum & ad deterrendum idonea. Nam Aristoteles hæc uer
ba adiungit superioribus, λόγος ὢν ἀπό τινος φρονήσεως καὶ νοῦ. Cicero pau-
lo infra alijs etiã uerbis explicat. Erat enim ratio profecta à rerũ natura & ad re
ctè faciendũ impellens, & à delicto auocãs. Paulo infra, Quamobrẽ lex uera atq;
princeps apta ad iubendũ & ad uetandũ, ratio est recta summi Iouis. Ibidẽ dicit
legẽ uim habere ad rectè facta uocãdi, & à peccatis auocandi. His enim tot uerbis H
mihi uidetur explicasse & aperuisse, quod Aristo. ait, ἀναγκαστικὴν δύναμιν.

Quæ sit ratio mensq; sapientis, λόγος ὢν ἀπό τινος φρονήσεως καὶ νοῦ.) Cice-
ro in primo de legibus hunc locum & superiorẽ, ut Aristoteles fecit, una oratione
tractauit. Loquens enim de lege sic ait, Est enim ratio mensq; sapientis, ad iubendũ
& ad deterrendum idonea. Itaq; iisdem uerbis libenter eum tractassem, nisi alio-
rum ducendam rationem putassem.

A At lex non est inuisa, ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐπαχθής.) ἐπαχθὴς inuisus à Cicerone dicitur in præfatione 2. lib. Tusc. Est enim philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinem consultò ipsa fugiens, eiq; ipsa & suspecta & inuisa.

Vt enim in Rep. ius legitimum & consuetudo, sic domi priuatim rationes paterniq; mores & instituta ualent, ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν ἐνισχύει τὰ νόμιμα καὶ τὰ ἤθη, οὕτω καὶ ἐν οἰκίαις οἱ πατρικοὶ λόγοι καὶ τὰ ἤθη.) Hoc loco in animo est, quibus modis & uerbis argumentũ quod à simili ducitur, à Græcis & Latinis tractetur, ostẽdere. In hoc sumus pares illis, quod οὕτως ipsi dicũt in secundo loco semper, Cicero semper illud uertit sic, nũquam ita. Et in primo loco illi ὥσπερ, uel ὡς semper dicũt. Cicero uerbũ è uerbo, ut ferè usurpat. Dicũt quidem & ὥσπερ & καθάπερ, sed quando nõ sequitur οὕτω. Aristote. in 2. huius
B operis lib. cap. 4. εἰ γὰρ πράττουσι τὰ δίκαια καὶ τὰ σώφρονα, ἤδη εἰσὶ δίκαιοι καὶ σώφρονες, ὥσπερ οἱ τὰ γραμματικὰ καὶ μουσικά, γραμματικοὶ καὶ μουσικοί. In cap. quod exponimus positũ est, καθάπερ. καθάπερ καὶ ἰατροὶ ἔνιοι δοκοῦσιν ἑαυτοῖς ἄρεστοι εἶναι, ἕτερον οὐδὲν ἀναδυόμενοι ἐπικρίσαι. Cum autẽ sequitur, aut ponitur οὕτω, nunquã legi illud καθάπερ, sed ὡς & ὥσπερ. Isocrates ad Dæmonicum, πρέπει γὰρ τοὺς παῖδας ὥσπερ τῆς οὐσίας, οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν. i. Debet enĩ ad liberos ut patrimonij, sic amicitiæ & necessitudinis patriæ hæreditas peruenire. Cice. interdũ his utitur uocibus cum ad eas idem uerbum pertineat. 1. de offic. Nam ut aduersas res, sic secundas immoderatè ferre, leuitatis est. Sæpe duo uerba adhibet. Ibidem, Vt enim
C pueris non omnem licentiam ludendi damus, sed eam quæ ab honestis actionibus non sit aliena, sic in ipso ioco aliquod probi ingenij lumen eluceat. In ijs libris eadẽ pagina sex inuenire licet locos, in quibus, Vt, primo loco positũ sit, sic in secundo, ut facile eas duas dictiones studiosè ab eo usurpatas esse intelligere possimus. Interdũ priore loco dicit, Quemadmodũ, & quomodo. Tanquã etiam idq; semel usurpat. In lib. de senect. Pugnãdum tanq̃ cõtra morbũ est, sic contra senectutem. Quomodo dicit in 4. Academ. Vt enim necesse est lancẽ in libra põderibus impositis deprimi, sic animũ perspicuis cedere. Nã quomodo non potest animal ullum nõ appetere id quod accõmodatum ad naturam appareat: Græci id οἰκεῖον appellant: sic non potest obiectam rẽ perspicuam nõ approbare. Quẽamodum in hoc genere nõ solet
D dicere omnino in principio orationis, sed in medio, neq; id facit nisi coactus, cum propter rationem orationis utitur ut in aliam sentẽtiam, & cõtinenter ducit argumentum à simili. In lib. de Vniuersit. Sed cum soliditas mũdo quæreretur, solida autem omnia uno medio nunquã, duobus semper copulẽtur: ita cõtigit, ut inter ignem & terram, aquam Deus aërémq; poneret, eáq; inter se cõpararet, proportionéq; cõiungeret, ut quẽadmodum igni aëri, sic aër aquæ: quódq; aër aquæ, id aqua terræ proportione redderet. Sic tractatur argumentum in lib. de offic. Ex his igitur

tot locos perspici potest, Ciceronem in secundo loco nũquam ita in primo, Vt ferè solitum dicere. Quãquam locum unum inueni in 3. de legib. lib. in quo illud ita est secundo membro. Vt enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus. Vt autem Cicero ut fere semper, quomodo & quemadmodũ raro, sic Græci ὥσπερ interdũ καθάπερ solẽt dicere. Infinitos locos ad illud superius cõfirmandũ proferre poßũ, sed duos satis esse decreui. In extremo 3. huius op. ὥσπερ δὲ τὸν παῖδα δεῖ κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ ζῆν, οὕτω καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν κατὰ τὸν λόγον. i. Vt enim puer ex pædagogi, sic pars ea animi in qua sita est cupiditas, ex legis debet præscriptione uiuere. In secundo cap. 4. ὥσπερ οὖν οὐδ' ἐκεῖνοι εὖ ἕξουσι τὸ σῶμα, οὕτω θεραπευόμενοι, οὐδ' οὗτοι τὴν ψυχὴν οὕτω φιλοσοφοῦντες, .i. Vt igitur illis nunquã bene habiturũ est corpus qui sic curantur, sic nec his animus qui isto modo philosophantur. In hoc posteriore exemplo non ponitur οὕτω in secunda parte, quod frequens & usitatum est apud Platonem. De illo καθάπερ illud unum afferam Platonis ex Timæo, καθάπερ οὖν αὐτὸ τυγχάνει ζῶον ἀΐδιον καὶ τόδε πᾶν οὕτως εἰς δύναμιν ἐπεχείρησε τοιοῦτον ἀποτελεῖν, id est, Quemadmodum igitur id animans æternũ est, atq; hæc uniuersitas, sic eiusmodi eã suis omnibus partibus quoad fieri potuit conatus est absoluere. Aristoteles etiam interdum καθάπερ dicit eodem modo. Dicit etiam ὡς solum, ueluti in 7. huius operis cap. 12. ὡς γὰρ τὰ ἡδέα πρὸς ἄλληλα συνέστηκεν, οὕτω καὶ αἱ ἡδοναὶ αἱ ἀπὸ τούτων.

Nam generatim omni homini qui æstu febrique iactatur, prodest inedia, καθόλου μὲν γὰρ τοῖς πυρέττουσι συμφέρει ἀσιτία.) καθόλου hoc loco aduerbij partes optinet, de quo multa alio loco dixi. Hoc loco id etiam dicã, à Cicerone uerti generatim in 4. Academicarum, pro quo alij dicunt uniuersaliter, alij uniuersim. Verba eius adieci, Exponam igitur generatim argumenta eorum. Nisi forte illud generatim eo loco ualet id quod uulgo dici solet, de puncto ad pũctum. Exponere generatim argumẽta. i. per capita. quod tamẽ idem ualet. Nã exponere generatim argumẽta, nihil aliud est, q̃ summas & capita argumentorũ narrare. Ita hoc loco prodesse generatim omnib[9] qui febri iactantur inediã, nõ aliud efficit q̃ prodesse ei generi omniũ hominũ qui febri afflictantur. κεφαλαιωδῶς δεικνύναι mihi uidetur id dici, quod Cic. dixit, generatim exponere. Aristot. sic loquitur in tertio extremo Rhetor. ἐκεῖ μὲν οὖν δεῖ τὸ πρᾶγμα εἰπεῖν ἵνα μὴ λανθάνῃ περὶ οὗ ἡ κρίσις, ἐνταῦθα δὲ, δι' ὧν δέδεικται κεφαλαιωδῶς. πυρέττειν Cicero exponit, in Catilinam, æstu febriq; iactari, quoniam ἀπὸ τοῦ πυρὸς πυρέττειν, dicitur.

Qui sit ille quidẽ inscius, sed tamen omnia notarit & obseruarit, quæ quãq; rẽ consequãtur, ἀνεπιστήμονα ὄντα, τεθεαμένον δὲ ἀκριβῶς τὰ συμβαίνοντα ἐφ' ἑκάστῳ.) θεᾶσθαι spectare ferè dicitur, hinc θέατρον spectaculum. & quia qui spectant ludos, diligenter & attentè quæ fiunt & dicuntur aduertunt, fit, ut obser

A uare & notare dicatur, præsertim in re medica & astrologica. τὰ συμβαίνοντα ἐφ᾽ ἑκάστῳ est quod Cicero solet dicere, Quæ quámq; rem res cõsequitur. In lib. de fato, Qui autem ex eo cogi putat ne ut sedeamus quidem aut ambulemus, uolũtatis esse, is non uidet quæ quámq; rem res consequatur.

Id quod in medicina uidere licet, reliquísq; rebus omnibus, quarum est disciplina, ὥσπερ ἐπ᾽ ἰατρικῆς καὶ τῶν λοιπῶν, ὧν ἐστιν ἐπιμέλειά τις καὶ φρόνησις.) Non est mihi dubium, quin μάθησις dicatur disciplina. Etiam illud nõ ignoro, ἐπιμέλειαν dici curam & diligentiam. Sed tamen hoc intelligendum est, aliter accipi disciplinam, cum dicimus rectè uiuendi disciplinam, quam illa sit quæ μαθήσεως nomine declaretur, Itémq; illud ἐπιμέλειαν hoc capite non rectè dici posse diligẽtiam & curã multis locis. Quocirca Ciceronis loco admonitus sum eo qui positus B est in 2. de Diuinatione, ut hic quoq; ἐπιμέλειαν uerterem disciplinã. Hunc enim locum expreßit iisdẽ prope uerbis. Eadem in literis ratio est, reliquisq; rebus, quarum est disciplina. Neq; enim dubium est quin idẽ hæc duo ualeant, ἐπ᾽ ἰατρικῆς καὶ τῶν λοιπῶν, ὧν ἐστιν ἐπιμέλεια, & quod ait Cicero, In literis reliquisq; rebus quarum est disciplina, si pro literis medicinã dixisset. Quod autem ait, Eadẽ est ratio, id Aristoteles dicit, οὕτως ἔχει, quemadmodum alio loco ostendimus.

Etsi præstãtius sit profecto, καίτοι καλλίον ἦν ἴσως.) ἴσως hic & multis aliis locis nõ idem ualet quod nostrũ forte aut fortaßis, sed certè, profecto. Nec id admonuissem, nisi semper sine delectu ab aliis sic expositũ animaduertissem. Hoc loco nõ erit incõmodum de græcis & latinis uocabulis, quæ aduersatiua dicũtur, déq; eo- C rum usu disputare. Nostri his omnibus utũtur, Quãquam, Etsi, Tametsi, Etiamsi, Quãuis, Licet. Atq; hæc duo quidem Quãquam & Etsi, Cicero initiis præponit librorum, orationũ, & epistolarum, eisq; tum uerba semper indicatiui modi adiũgit. In media autem oratione nũc eas iungit cum indicatiuo, nũc cum subiectiuo, idq; rarius. Secundum etiam uocabulum totius orationis interdum ponit illud quanquam aliàs attribuit indicatiuum aliàs subiunctiuum. Illa autem duo, Quanuis & Licet idem semper & subiunctiuis coniungit, & in media oratione collocat. Tametsi raro utitur, & principiũ ei totius orationis nunquam dat, sentẽtiæ interdũ, tuncq; indicatiuo iungitur ferè. De eo quod primũ proposui, nõ est id quidẽ dubiũ, quin cũ indicãdi uerbo iungantur duo illa tum cũ primum locum tenent uel in libris, uel in D orationibus, uel in epistolis. Itaq; non est opus hoc exemplis, quoniam perspicuum est, facere longius. Illud autẽ alterum, ea cum in media oratione collocata sunt, iungi interdum cũ indicandi, interdum cum subiungendi uerbo copulari, forte sit obscurius. Id autem nõ intelligendum sic est, quasi in media oratione aut in cursu orationis cũ in principio sunt sentẽtiæ, interdũ coniungi ea subiunctiuo dicam (neq; enim solent, quod si quãdo reperiantur, culpam in librarios cõferendam puto, ut in præfatione secũdi de officiis uitiosè legitur, excitauerint, pro excitauerũt) sed ita intel

ligendum est, cum secundum, uel tertium, uel quartũ, uel etiam quintum locum tenet E
in oratione. Quod quo facilius intelligatur, aliquot locos proferã. In primo de officijs, Quæ quatuor quanquam inter se colligata atq; implicita sunt, tamẽ ex singulis certa officiorum genera nascuntur. In quinto de finib. Qua quidem de re quãquam assentior ijs qui hæc omnia regi natura putant, quæ si natura negligat, ipsa esse nõ possunt: tamem concedo, ut qui de hoc dissentiunt, existiment quod uelint. Ibidem, Quod quanquã dubitationem non habet &c. Hoc usitatius & tritius apud Ciceronem. Illud rarius cum subiunctiuo. In primo de offic. Quæ quanquam sita sint in promptu, ut res disputatione non egeat, sunt tamen à nobis alio loco disputata. Vsitatius etiam illud cum non sequitur, tamen, sed in priore mẽbro facile intelligitur. Est enim difficilis cura rerum alienarum, quãquam Terentianus ille Chremes, humani nihil à se alienum putet. In lib. de Vniuersitate, Ac difficillimè factu est à dijs F
ortis fidem non habere, quãquam nec argumẽtis, nec rationibus certis corũ oratio confirmetur. Facile in his tamen intelligitur. Interdum in media oratione ponitur, nec sequitur, nec in priore membro intelligitur illud tamen, ac tum cum indicatiuo iungitur. In 3. de legibus, Nec enim tantum est mali, peccare principes, quanq́ est magnum per se ipsum malum, quantum illud, quod permulti etiam imitatores principum existunt. Quãquam illud tamen hic quoq; intelligi potest. Inuenitur etiã quanquã sine illo tamen iunctum semper cum indicatiuo, quod solum facit orationem. Apud Græcos idem ualet δὲ certis quibusdam locis. Hoc apud Ciceronem usitatissimum est, & tamen à paucis in transferendis libris obseruatum & notatũ. Itaq; id explicabo pluribus. In Lælio, Quãquam confirmatur amor & beneficio G
accepto, & studio perfecto, & cõsuetudine adiuncta. In Catone maiore, Quanq́ quis est tam stultus, quanuis sit adolescens, cui sit exploratum se ad uesperum esse uicturum? Ibidem, Quanquã non me quidem fructus modo, sed etiam ipsius terræ uis atq; natura delectat. Paulo supra, Quanquam non caret is qui non desyderat. In 2. de offic. Quanquam Italia ornata, domus ipsa mihi uidetur ornatior. Efficit sententiam unam in hoc genere ut intelligi potuit. Ego cõiungendis Græcis cum Latinis illud, Quanquam, animaduerti ferè, ut dixi, δὲ respondere, idq́; tum maximè, cum oratio ea in qua δὲ positum est, contrarium dicit eius quod superiore continebatur. Quod quo facilius perspiciatur, locos Græcos cum Latinis conferam. In 7. huius operis, διὸ καὶ οὐ καλῶς ἔχει τὸ αἰσθητὴν γένεσιν φάναι εἶναι τὴν ἡδονὴν, ἀλλὰ μᾶλλον λεκτέον ἐνέργειαν τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως. ἀντὶ δὲ τοῦ αἰσθητὴν, ἀνεμπόδιστον. Tũ quod sequitur, δοκεῖ δὲ γένεσίς τις εἶναι, ὅτι κυρίως H
ἀγαθόν. Sic ego, Itaq; illud non est præclare dictum, uoluptatem motũ esse quendam cum suauitate ad sensus affluẽtem: sed definienda fuit potius, actio esse habitus naturæ cõgruentis, & pro illo, ad sensus illabens, non impedita. Quanquam motus uidetur esse, quod proprie & uerè sit in bonis. Cũ enim negasset primum esse mo-

A tum, deinde quatenus illis uideatur exponit. Sic est illud Ciceronis, quod supra
protuli, Cupidis enim rerum taliũ odiosum fortasse & molestum est carere: satia=
tis uero & expletis iucundius. Quãquam non caret is, qui non desiderat. Corrigit
hoc quanquam, id quod dixerat satiatis & expletis molestum nõ esse carere. Nã
qui expletus est aliquo cibo, eum non desyderat. Ita ne eo quidem caret. Carere
enim in eo dicitur, qui desyderat. Eodem modo iudicandum est de illo loco qui tra
ctatur in 10. huius operis cap. ἡ δόξα δ' αὕτη δοκεῖ γεγενῆσθαι ἐκ τῶν περὶ τὴν
τροφὴν λυπῶν καὶ ἡδονῶν, ἐνδεεῖς γὰρ γινομένους καὶ προλυπηθέντας, ἥ=
δεσθαι τῇ ἀναπληρώσει. τοῦτο δὲ οὐ περὶ πάσας συμβαίνει τὰς ἡδονάς.
Qui locus ferè Ciceronis proximo respondet. Sic ego, Ac mihi quidem certe ma=
B nasse hæc sententia uidetur ex iis uoluptatibus & doloribus, qui ex cibo alimen=
toq; capiuntur. Cum enim homines aliquid dolentes desyderant, post eius satietate
capiuntur. Quanquam non omnibus id uoluptatibus contingit. Corrigit etiam hic
quod dixerat. Multos præterea locos proferre possum, sed satis est rem intelligi.
Idem καίτοι ualet eodem in genere correctionis. Vnum tantũmodo locum profe=
ram. In 7. huius operis, ὅτι δὲ, τέχνης μὴ εἶναι ἔργον μηδεμίαν ἡδονὴν, εὐλό=
γως συμβέβηκεν. οὔτε γὰρ ἄλλης ἐνεργείας οὐδεμιᾶς τέχνη ἐστὶν, ἀλλὰ τῆς
δυνάμεως. καίτοι ἡ μυρεψικὴ τέχνη, καὶ ἡ ὀψοποιητικὴ δοκεῖ ἡδονῆς εἶναι.
id est, Quod autem afferũt arti nulli uoluptatẽ quasi materiam quã tractet pro=
positam, præclare cecidit. Neque enim ullius alterius actionis ars est, sed potius
C facultatis. Quanquã uoluptatis uidentur esse unguẽtaria & culinaria. Græci his
etiam tribus utuntur, καίπερ, ὅ εἰ, & κἄν, quod ualet καὶ ἄν uel ἐάν. Neque
ferè in ullo nisi in secundo membro, duntaxat apud ueteres, reperiuntur. Ita nun=
quam iunctas has particulas cum ὅμως uidere possis. Harum apud nos locũ te=
nent, quãquam, & si, etiamsi. Itaq; nonnunquam iunctæ reperiuntur ut apud illos,
sic apud nos cum subiunctiuo, sed apud nos sæpius. Cicero in secundo de finib. lib.
Quid est autem amare, è quo amicitiæ nomen ductum est, nisi uelle bonis aliquem
affici quàm maximis, etiamsi ad se ex his nihil redeat? Aristotelis locum his uerbis
adumbrauit eum qui positus est in nono huius operis libro, φασὶ γὰρ δεῖν φι=
λεῖν μάλιστα τῷ μάλιστα φίλον. φίλος δὲ μάλιστα, ὁ βουλόμενος, ᾧ μάλ=
λιστα βούλεται, ἀγαθὰ, καὶ εἰ μηδεὶς εἴσεται. Alio loco mihi uideri dixi, pro μηδεὶς
εἴσεται legendum esse μηδὲν οἴσει, uel οἴσεται, propter Cic. locum, qui huic uide=
D tur finitimus. κἄν in octauo, cap. 8. Aristoteles subiunctiuum adhibet, loquẽs de ma
trum amore erga liberos, καὶ αὗται φιλοῦσιν αὐτοὺς, κἂν ἐκεῖνοι μὴ δυνῶν=
ται τῇ μητρὶ ἃ προσήκει ἀπονέμειν διὰ τὴν ἄγνοιαν. Illud etiam notan
dum est, illud καίπερ interdum sine uerbo, dũtaxat sequente participio inueniri.
Plato in Timæo, ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν καίπερ ἄνευ τε εἰκότων

τῶν ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν. Est enim λέγουσι datiuus participij λέγων, E
quod ad nomen πᾶσι pertinet. Ac ne quis me id temporis causa dicere ac fingere
existimet, proferam locũ Aristotelis, in quo participium est eiusmodi, ut uerbum
etiam esse non poßit. Scribit enim in 2. huius operis lib. cap. 2. his ferè uerbis, ἀλ=
λὰ καὶ πρὸ ὄντος τοιούτου τοῦ πρὸ ὄντος λόγου, πειρατέον βοηθεῖν. In illis duo=
bus, καὶ εἰ & κἂν, non idem contingit, quod εἰ & ἂν, seu ἐὰν exigant uerbum ne=
cessario. καὶ εἰ, non legi iunctum cũ subiunctiuo. κἂν etiam subiunctiuo datur. A=
ristoteles hoc cap. 1. ultimo decimi loquens de prauis hominibus, τῶν μὲν ἀν=
θρώπων ἐχθραίνουσι τοὺς ἐναντιουμένους ταῖς ὁρμαῖς, κἂν ὀρθῶς αὐτὸ δρῶσι.
Sed quia illud δρῶσι potest esse etiam indicatiui modi, proferam locum ex oratio=
ne AEschinis in Ctesiph. τηλικαύτην αὑτὸς αὑτῷ δυναστείαν κατεσκεύασεν,
ὥστ᾽ ἤδη πολλάκις ἐπὶ τὸ βῆμα πρεσβεύειν μὲν ἔφη, ὅποι ἂν αὐτῷ δοκῇ, κἂν μὴ F
ὑμεῖς ἐκπέμψητε &c. i. Tantam etiam ipse sibi potentiam cõparauit, ut cũ modo
in locũ superiorem ascenderet, ausus sit dicere, se quocũq; ipsi uideatur, etiã si non
mittatis, legationem esse obiturum. καίτοι subiunctiuo uel optatiuo etiã iungitur.
Demosth. in prima oratione quæ ad epistolam Philippi respondet, καίτοι τί γέ=
νοιτ᾽ ἂν νεώτερον, ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ καταφρονῶν Ἀθηναίων καὶ τολμῶν ἐπι-
στολὰς πέμπειν τοιαύτας, οἵας ἠκούσατε μικρῷ πρότερον; i. Quãquam quid
tam nouum eße potest, quàm Macedonem quẽdam esse, qui Athenięses despiciat,
ausitq; epistolas eiusmodi mittere quales paulo ante recitatæ sunt? Illud καίτοι
usitatum est apud Demosth. in interrogatione, præsertim si quid sit aut reprehen=
dẽdum, aut corrigendum, uel augendum. Cicero in 1. Tusc. pro eo quanquã in hoc G
genere dicit, eiq; dat subiunctiuũ, nisi error sit. Quanq̃ quid opus sit in hoc philo=
sophari &c. Etiã si iungi cum subiunctiuo & perspicuũ est, & ex loco Ciceronis
quem paulo antè protuli, intelligitur. Dat eidem etiam indicatiuũ, quod est multo
rarius. In lib. de senectute, Eundẽ igitur esse creditote, etiãsi nullum uidebitis. Licet
& quãuis aperta sunt, & nota. Cicero interdum, Cum, dicit pro quanuis, eiq; dat
semper subiunctiuũ, & in posteriore membro tamen collocat. In 5. de finib. loquens
de Philoctete, Qui cum cruciaretur nõ ferendis doloribus, propagabat tamen uitã
aucupio sagittarum. Græci hoc exprimunt per participium. Neq; enim habent uo=
cabulum quod huic nostro respõdeat. Demosth. in Aristogit. oratione, ἀλλ᾽ ὅμως
ταῦτα ποιῶν καὶ τοιοῦτος ὤν, ἐν ἁπάσαις ἀεὶ βοᾷ ταῖς ἐκκλησίαις. ἐγὼ H
μόνος εἰμὶ λοιπὸς ὑμῖν. Salustius in Ciceronem sic hũc tractauit locum, Atq; is
cum eiusmodi sit, tamen audet dicere, O fortunatam natam me Consule Romam.
Illud autem à nemine puto animaduersum, id genus nos mutuatos à Græcis, in quo
non ponitur illud quanquã, nec consimilis dictio in priore membro uel inciso, & in
posteriore tamẽ dicitur. Id sæpe notaui à Græcis genitiuo absoluto, & à Cic. abla
tiuo absoluto exprimi solitũ. In secundo de finib. Vt A. Varus qui est habitus iudex

A durior dicere cõsessori solebat, cum datis testibus, alij tamẽ citarentur &c. Græci in hoc genere præponunt ὅμως. Vt etiam apud Ciceronem reperio in hac significatione, iunctum semper cũ subiũctiuo, interdúmq; in 2. membro ei respõdet certè, interdum tamen, interdum nulla dictio. In 1. Tusc. Nihil est enim profecto hominis prudentia dulcius, quam ut cætera auferãt, affert certe senectus. Ibidem, Vt enim rationem nullam Plato afferret (uide quid homini tribuam) ipsa auctoritate me frangeret. In primo de finib. Vt enim æquè doleamus animo, cũ corpore dolemus, fieri tamen permagna accessio potest. Græci hoc genus non exprimunt: nec suo ἵνα, nec ὡς, nec ὥστε. sed modo imperandi, ut apud Aristotelem hoc 10. lib. cap. 8. τῶν μὲν γὰρ ἀναγκαίων ἀμφοῖν χρεία καὶ ἐξ ἴσου ἔστω, εἰ καὶ μᾶλλον διαπονεῖ περὶ τὸ σῶμα ὁ πολιτικὸς καὶ ὅσα τοιαῦτα (μικροὶ γὰρ ἄν τι διαφόρη) πρὸς
B δὲ τὰς ἐνεργείας, πολὺ διοίσει. Nam si sic uertas hunc locum, Sit enim utrisq; opus idq; ex æquo rebus necessarijs, etiamsi magis occupatus sit is qui in Rep. uersatur, in corpore tuendo alijsq; eius generis (nam parua est distinctio) ad alias autẽ actiones permultum intererit: obscura erit, nec satis latina oratio. Dicamus igitur, Nam ut, uel quemadmodum Cicero, Vt enim rerũ ad uitam necessariarum &c. ad alias certe actiones &c. Sed hæ omnes Græcorum particulæ nunquã initijs adhibentur librorum, epistolarũ, nec orationum, ne in cursu quidem orationis, duntaxat cum sequitur tamen. Itaq; cum quærerẽ quæ particulæ his locis apud eos tritæ essent, nullam reperire potui quæ idẽ ualeret quod hæ nostræ, Quãquam, Etsi,
C & aliæ eiusdem generis, sed tum cõuertendis græcis eis locum esse cõperi, cum duæ sententiæ aduersariæ duabus orationibus cõtinerentur, ac tum in posterioris principio semper legi positum οὐ μὴν ἀλλὰ, aut simile aliquid quod tamen efficit. Id quoniam nullo proposito exẽplo, uix intelligi potest, illustrandum putaui. Isocratis orationis de pace hoc principium est, Ἅπαντες μὲν εἰώθασι οἱ παριόντες ἐνθάδε, ταῦτα μέγιστα φάσκειν εἶναι, καὶ μάλιστα σπουδῆς ἄξια τῇ πόλει, περὶ ὧν ἂν αὐτοὶ μέλλωσι συμβουλεύειν. οὐ μὴν ἀλλ᾽, εἰ καὶ περὶ ἄλλων τινῶν πραγμάτων ἥρμοζε τοιαῦτα προειπεῖν, δοκεῖ μοι πρέπειν καὶ περὶ τῶν νυνὶ παρόντων πραγμάτων ἐντεῦθεν ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν. Duo hic proponit, consuetudinẽ dicendi, & quod ei cõsuetudini uidetur cõtrarium. Itaq; sic cõuerti rectè posse arbitror, Quanquã oẽs qui huc uiri Athen. ad dicendã sententiã ueniũt, eas res & de quibus ipsi cõsulunt esse maximas & grauissimas soliti sunt dicere,
D atq; eiusmodi de quib⁹ tota ciuitas maximè laborare debeat: tñ si de alijs nõnullis rebus idẽ recte dici possit, hinc initium dicẽdi de ijs quæ nunc aguntur, fieri decere iudico. Eodem modo iudicandũ est de illo loco Aristotelis qui in hoc ipso cap. positus est, ἀλλ᾽ ἐπιμεληθείη μὲν ἄριστα τοῦ καθ᾽ ἓν καὶ ἰατρὸς καὶ γυμναστὴς καὶ πᾶς ἄλλος, ὁ τὸ καθόλου εἰδὼς, ὅτι πᾶσιν, ἢ τοῖς τοιοῖσδε. τοῦ κοινοῦ γὰρ αἱ ἐπιστῆμαι λέγονταί τε καὶ εἰσιν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἑνός τινος οὐδὲν ἴσως κω-

λύει καλῶς ἐπιμεληθῆναι τὸν ἀνεπιστήμονα ὄντα, τεθεαμένον δὲ ἀκριβῶς E
τὰ συμβαίνοντα ἐφ' ἑκάστῳ δι' ἐμπειρίαν, id est, Et quanquam optime res singulas tractat & medicus & gymnastes, & quiuis alius, qui genus totum omninibus prodesse, uel certe his talibus intelligat (Scientiæ enim ut dicuntur, sic sunt rerum uniuersarum) tamen nihil fortè prohibet rectè curare aliquid eum qui scit ille quidem inscius, sed tamen longo usu & exercitatione notarit & obseruarit quæ quamque rem res consequatur. Ex his duobus locis perspicuum est, quando huic generi conuertendis Græcis sit locus futurus. In priore enim oratione ponitur μὲν, in posteriore οὐ μὴν ἀλλά. Etsi nostro in media oratione par est, τὸ εἰ, εἰ καί, & κἄν. Interdum iungitur cum indicatiuo, ut illa græca, interdum cum subiunctiuo. Cicero in quinto Tusculanarum quæstionum, Facile patior te isto modo agere, & si iniquum est præscribere mihi te, quemadmodum à me disputari uelis. F
Tametsi iunctum cũ indicatiuo reperio & cum sequitur tamen, & cum nõ sequitur. Cicero in oratione pro Roscio Amerino, Tametsi miserum est, tamen ei qui hũc accuset, posim aliquo modo ignoscere. In eadẽ, Si id actum est, fateor me errasse, qui hoc maluerim: fateor insanisse, qui cum illis senserim. tametsi inermis iudices sensi. In ea oratione sæpe hoc uocabulo utitur, quod in alijs scriptis non facit. Est enim genus dicendi eius orationis ualde remotum à cæterarum. Nec hoc dico propter illud tametsi solum (est enim alijs etiam in locis ab eo usurpatum) sed propter alia uocabula quæ in alijs libris nunquam usurpat. In act. in Verrem in media oratione tametsi iunctum est cum infinitiuo, Quod ubi est Philodamo nunciatum, tametsi erat ignarus &c. In quarta accusatione dat ei subiunctiuum in media ora G
tione, Sic mihi persuadeo iudices, tametsi omnia in istum hominẽ conuenire putetis, tamen hoc uobis falsum uideri. Initio etiam orationis & periodi iunctum cum eodem modo reperitur. In tertio accusationum, Tametsi positæ essent ex testamento, putabat tamen &c.

Quasi delectus non sit prudentiæ, ὥσπερ οὐδὲ τὴν ἐκλογὴν οὖσαν συνέσεως.) Cicero in hoc genere aliàs quasi solum dicit, aliàs quasi uero. In primo Tusculanarum quæstionum, Quasi uero intelligant, qualis sit in ipso corpore, quæ cõformatio, quæ magnitudo, qui locus &c. In quarto de finibus, Quasi uero concedatur in omnibus stultis æquè magna esse uitia, & eadem imbecillitate & inconstantia L. Tabullum fuisse qua illum, cuius is rogatu est condemnatus, P. Scæuo- H
lam: & quasi nihil inter res quoque ipsas in quibus peccatur, intersit. Alia est ratio & natura nostri quasi, cum uocabulo uni propter similitudinem, non proprietatem coniungitur. Ei apud Græcos par esse reperi ὅτι, & ὡς. Quod quo magis intelligatur, coniungam locos Platonis atque Ciceronis. Plato in Timæo, ταύτην οὖν τὴν ξύστασιν πᾶσαν διπλῆν κατὰ μῆκος σχίσας, μέσην πρὸς

A μέσῳ ἑκατέραν ἀλλήλαις, οἷον προσβαλὼν, κατέκαμψεν εἰς κύκλον &c. Sic Cic. conuertit hunc locum in lib. de Vniuersitate, Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediæq; accõmodans mediam quasi decussauit. deinde in orbẽ torsit. Quidam uir & græcè & latinè doctißimus quid sit decussare in libro quẽ edidit, ex hoc loco Ciceronis intelligi sic cõfirmat, ut decussare idem dicat, quod per medium secare. Recte ille quidem, sed parum dixit. Neque enim si perticam in duas partes diuidã, decussare dicar perticam. Quanquam, ut uerè dicam, non sit secare illud decussare, sed committere & copulare duo aliqua sic, ut figuram X efficiant. Nam id significat προσβάλλειν οἷον. Nã προσβολὴν paulo infrà Cicero uertit commissuram. Eodem libro Plato ὡς pro eodem dicit, ξυστήσας δὲ τὸ πᾶν διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις,
B ἔνειμέ θ᾽ ἑκάστην πρὸς ἕκαστον, καὶ ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα &c. Sic Cicero, Toto igitur omnino constituto, syderibus parem numerum distribuit animorum, & singulos adiunxit ad singula, atque ita quasi in currum imposuit. Genera dicendi hæc præclara elicere licet, ἐμβιβάζειν εἰς ὄχημα, imponere in currum. διαιρεῖν ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, Distribuere, id est, diuidere parem numerum animorum syderibus. Sic & ex hoc libro quem conuertit Cicero, & ex locis innumerabilibus quos etiam transtulit, copiam magnam trahere possumus. Hanc igitur locutionem à Græcis etiam mutuatus est Cicero, quam toties repetit, ut hinc apparere poßit, quàm eius studiosus fuisse uideatur. Atq; hinc etiam intelligi idem potest, quòd illud ipsum quasi in conuertendo Timæo
C nonnullis locis usurpauit, in quibus nec ὡς, nec οἷον Plato dixit. Hoc declarat ille locus, Omnia autem duo ad cohærendum tertium aliquid requirunt, & quasi nodum uinculúmque desyderant. Plato sic, δύω δὲ μόνω ξυνίστασθαι τρίτου χωρὶς, οὐ δυνατόν. δεσμὸν γὰρ ἐν μέσῳ δεῖ τινα ἀμφοῖν ξυναγωγὸν γίγνεσθαι. Tam autem usitatum est & tritum in eius libris omnibus hoc uocabulum, ut omnibus pene paginis sese legentibus ostendat & offerat. Nonnunquam pro eo dicit, tanquam. In libro qui inscribitur Lælius, Nouitates autem si spem afferunt, ut tanquam in herbis fallacibus fructus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ, uetustas tamen suo loco conseruanda est. In primo de officijs, Panætius quidem Aphricanum auditorem & familiarem suum,
D solitum ait dicere, Vt equos propter crebras contentiones præliorum, ferocitate exultantes domitoribus tradere solent, ut his facilioribus poßint uti: sic homines secundis rebus effrenatos sibique præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere, ut perspicerent rerum humanarum imbecillitatem. Idem in libro de Senectute, ὥσπερ, dixit, sicut,

uertens locum Platonis qui positus est in primo de Rep. Νῦν δ' ἐγὼ ἤδη ἐντετύ-χηκα οὐχ οὕτως ἔχουσιν καὶ ἄλλοις, καὶ δὴ καὶ Σοφοκλεῖ ποτε τῷ ποιητῇ παρε-γενόμην, ἐρωτωμένῳ ὑπό τινος, πῶς ἔφη, ὦ Σοφόκλεις ἔχεις πρὸς τ' ἀφρο-δίσια; ἔτι οἷός τ' εἶ γυναικὶ συγγενέσθαι; καὶ ὅς, εὐφήμει, ἔφη, ὦ ἄνθρωπε, ἀσμενέστατα μέντοι αὐτὸ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δε-σπότην ἀποφυγών. *Cicero sic, Bene Sophocles respondit, cum ex eo quidam iã effœto ætate quæreret, uteretúrne rebus uenereis: Dij, inquit, meliora. Libenter uero istinc, sicut à domino agresti ac furioso profugi.* ἔχειν πρὸς τ' ἀφροδίσια, *di-xit, uti rebus uenereis.* εὐφήμει *disertißimè interpretatus est, Dij meliora. Quod Dauus Terentianus mihi uidetur dicere, Bona uerba. Alij inepte dicunt, Bene omi nare.* ὡς *quemadmodum intelligi potuit, multis nostris uerbis respõdet. Nam & ut & quasi, & tanquam ualet. Alio loco etiam docui efficere q̃, in quo sumus pares* F *Græcis, Nam ut illi suo* ὡς, *sic nos nostro quàm damus gradũ superlatiuum. Idem ualet* ὅτι *iunctum cũ superlatiuo. Platonis sunt hæc duo, sed* ὅτι *est apud eum usi-tatius. Contra fit apud Aristotelem. Locum Platonis proferam ex Timæo, in quo uno hæc duo collocauit, & si eum Cicero cõuertens, neutrum uerbum expresserit,* τὰς δὲ πέντε κινήσεις ἀκίνητον καὶ ἑστώς, ἵν' ὅτι μάλιστα αὐτῶν ἕκαστον γέ-νοιτο ὡς ἄριστον. *Cicero hoc modo, Quinq; autem reliquis motibus orbem eũ esse uoluit immobilem, & stantem. Reliqua enim uel non conuertit, uel quod magis cre do, interciderunt. Nisi forte eo uertere noluit, q̃ genera dicendi nobis non concessa continerẽt. Neq; enim sic recte quod prætermisit, uertere licet, ut quàmmaximè u-nusquisq; eorum quàm optimus fieret. Est autem illud* ὅτι *in hoc genere apud Pla tonem, ut dixi, usitatißimum. Itaq; nõ semper illud uertit Cicero. Satis erunt duo* G *eorum loci ad rem intelligendam. Cic. in lib. de Vniuersitate, Atq; ut esset mensura quædam euidens, quæ in istis octo cursibus celeritates tarditatésq; declararet, Deus ipse solem quasi lumen accẽdit ad secundum supra terram ambitum, ut quàmmaxi mè cælum omnibus colluceret. Plato sic,* ἵνα δὲ εἴη μέτρον ἐναργές τι πρὸς ἄλλη-λα βραδυτῆτι καὶ τάχει, καὶ τὰ περὶ τὰς ὀκτὼ φορὰς πορεύοιτο, φῶς ὁ θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν περιόδων, ὃ δὴ νῦν κεκλήκαμεν ἥλιον. ἵνα ὅτι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοι τὸν οὐρανόν. *In hoc genere illud* ὡς *uertit interdum Cicero ut, cui dat superlatiuum, ac tum ut apud Græcos sequitur* δυνά-μαι, οἷός τε, *uel alia eiusdẽ naturæ dictio, sic apud nos possum. Aristot. 1. lib. huius operis cap. 9.* εἴπερ τὰ κατὰ φύσιν ὡς οἷόν τε κάλλιστα ἔχειν, οὕτω πέφυκε. *Cice-* H *ro 5. de finib. lib. hunc locum, ut dixi aliàs, expreßit, Omne animal seipsum diligit, & simul ac ortum est, id agit, se ut cõseruet, atque ita sit affectum, ut optime secun dum naturam affectum esse poßit.* ὡς *etiam idem ualet, quod id quod eleganter di cimus, quòd & quia, in hoc genere, non quòd, sed quia, uel q̃. Itaque etiam Græci præponunt negationem in primo mẽbro, & in secundo* ἀλλά. *Aristot. lib. 4. huius*

A operis loquens de liberali, ὅθεν δὲ δεῖ λήψεται, οἷον ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων, οὐχ ὡς καλὸν, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον, ὅπως ἔχῃ διδόναι. i. Vnde autem æquum erit accipiet, tanquam de ſuis facultatibus, nō quòd honeſtum ſit, ſed quia neceſſe, ut ei ad largiendum ſuppetant copiæ. Sed ut interim aliud genus tradam, ex locis ſuperioribus & Platonis & Ariſtotelis intelligi licet, quæ particulæ apud Græcos noſtro, ut, reſpondeant, cum finē indicat. Has enim duas ὅπως & ἵνα, idq́; iunctas cū ſubiunctiuo reperimus. Quod idem de noſtro, ut, iudicandum eſt. Idem ualet apud Ciceronem quo, quod quidē ſine comparatiuo nūquam reperitur. Idq́; ei adeo placet, ut ſæpe cacophoniam uitare negligat. Dicit enim ſæpe, Quod quo magis. Atque quo facilius. Idq́; quo facilius intelligi, & alia generis eiuſdē. In lib. de ſeneƈt. Quod quo magis intelligi poſſet, fingere aliquē animo iubebat, tanta incitatum uoluptate,
B quanta percipi poſſet maxima. Nullum habent Græci uerbum quod huic proprie reſpondeat. Atque etiā alijs modis Græci finem ſignificant, de quibus alio loco forte erit proprius diſſerendi locus. Nunc ad propoſitū reuertamur. Illud ὡς non ſolum cum ſuperlatiuo pro quàm, ſed etiam cū poſitiuo iungitur. Sed hoc intereſt, ꝙ cum iungitur poſitiuis, ei par eſt noſtrum q̄ pro quantum: cum uero ſuperlatiuo, noſtrum quàm pro ualde. Nam quæ dicimus tantum, tantūdem, & quantū, Græci dicunt τόσον & τοσοῦτον & ὅσον. Poëtæ uerſus cauſa, σ, ingeminātt. Aratus in phænomenis, loquens de finiente circulo, id eſt, horizonte,

τοῦ δ' ὅσον κοίλοιο κατ' ὠκεανοῖο δύηται,
τόσον ὑπὲρ γαίης φέρεται.

Cicero hos conuertit hoc modo,

C Hic quantum terris conuexis pellitur orbis,
Tantundem patens ſupra mortalibus extat.

In uulgatis exemplaribus, ut ſunt in his duobus uerſibus duo errores, ſic in cæteris prope innumerabiles. Quod ij intelligent, qui Aratum quem edimus cum his commentarijs, cum alio contulerint. Ariſtophanis Pluti hoc initium eſt,

ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστὶν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ,
δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου.
Quàm dura & moleſta eſt res ô Dijq́; & Iuppiter,
Seruum eſſe eius qui ſanæ mentis non eſt heri.

ὡς autem & οἷον pro ut & ſi idē ualent, tamē diuerſus eorum uſus eſt. Nā ſemper
D apud Græcos ſi quod exēplum profertur declarandæ rei cauſa, nunquā ὡς dicunt, ſed οἷον, quod Cicero interdum uelut, interdum ueluti, nōnunquam dicit ut. Atq; idē cum ſunt plura exēpli cauſa proferenda, ſemper ut dicit, idq; interdum ſemel tātum, interdum iterum, interdū tertio, & eo ſæpius repetit quod nunquā apud Græcos animaduerti. De his omnibus exēpla proferam. Cicero primo de officijs, loquēs de quatuor uirtutibus, Quæ quatuor quanquam inter ſe colligata atque implicata ſunt, tamen ex ſingulis certa officiorum genera naſcuntur. Velut ex ea parte quæ

ἢ κοίτῳ πλευρὰς ἐπὶ δεξιτερὰς τανύσωνται,
ἀμβολίην ἀρότοιο γέρων ἐπιέλπετ' ἀροτρεύς.
ἢδ' ὅτε μυκηθμοῖο περίπλεοι ἀγέρωνται,
ἐρχόμεναι σταθμὸν δὲ βόες βουλύσιον ὥρην,
σκυθραὶ, λειμῶνος πόιες καὶ βουβοσίοιο,
αὐτίκα τεκμαίρονται ἀχείμβροι ἐμπλήσεσθαι.
οὐδ' αἶγες πρίνοιο περισπεύδουσαι ἀκάνθαις,
ἐσθλοί, οὐδὲ σύες φορυτῷ ἐπιμαργαίνουσαι.

καὶ λύκος, ὁππότε μακρὰ μονόλυκος ὠρύηται,
ἢ ὅτ' ἀροτρήων ὀλίγον πεφυλαγμένος ἀνδρῶν
ἔργα κατέρχηται, σκέπαος χατέοντι ἐοικὼς
ἐγγύθεν ἀνθρώπων, ἵνα οἱ λέχος αὐτόθεν εἴη,
τρὶς περιτελλομένης ἠοῦς χειμῶνα δοκεύειν.

Id parui cum ſtridunt denique Mures
Cum geſtire ſolo, cum ludere forte videntur
Portendunt, tibimet Canis in præſentia vltro
Tellurem fodiens. tamen hæc tamen omnia rerum
Adfore, vel primo nimbis mox Sole docebunt:
Vel cum curriculis lux ibit cœpta ſecundis,
Tertius aut verſo cum venerit ortus olympo.

Non ſpernenda tibi ſint vlla. ſed memor vni
Adde aliud ſemper, ſi tertia denique ſigna
Proueniant, firmo venturum pectore fare
Et tranſactorum ſolers componere menſum
Signa laborabis, ſi ſic fluxere reperta
Nequaquam trepidare pudor perſuadeat vllos
Aſtrorum lapſus, aſtrorum protinus ortus.
Diſcute ſi caſus ſimilis & ſtella per æthram,
Prodidit exacti iam ſumma crepuſcula menſis,
Et ſurgentis item primordia conſcius artis
Fare ſacræ menſum confinia ſumma duorum
Cæca latent lucis hæc ſemper ſemet in octo
Inſcia lunaris tendunt facis. Ipſe fideli
Perquires ſtudio, & ſi quid tibi forte repertum
Pluribus indiciis, ſolers fulcire memento.

FINIS.

οὕτω καὶ προτέροις τῶν σήμασι τεκμήραιο
ἐσσομένων ἀνέμων ἢ χείματος ἢ ὑετοῖο,
αὐτῆς, ἢ ἐν μετ' αὐτήν, ἢ τριτάτην ἔτ' ἐς ἠῶ.
ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ μύες τετριγότες, εἴποτε μᾶλλον
εὔδιοι ἐσκίρτησαν, ἐοικότες ὀρχηθμοῖσιν,
ἄσκεπτοι ἐγένοντο παλαιοτέροις ἀνθρώποις.
οὐδὲ κύνες. καὶ γάρ τε κύων ὠρύξατο ποσσὶν
ἀμφοτέροις χειμῶνος ἐπερχομένοιο δοκεύων.
καὶ μὴν ἐξ ὕδατος καρκίνος ᾤχετο χέρσῳ
χειμῶνος μέλλοντος ἐπαΐσσεσθαι ὁδοῖο.
καὶ μύες ἡμέριοι ποσσὶ στιβάδα στρωφῶντες
κοίτης ἱμείρονται, ὅτ' ὄμβρου σήματα φαίνοι
κἀκεῖνοι χειμῶνα μύες τότε μαντεύονται.
τῶν μηδὲν κατόκνει. καλὸν δ' ἐπὶ σήματι σῆμα
σκέπτεσθαι. μᾶλλον δὲ δυοῖν εἰς ταυτὸ ἰόντων
ἐλπωρὴ πελέθοι. τριτάτῳ δέ κε θαρσήσειας.
αἰεὶ δ' ἂν παριόντος ἀριθμοίης ἐνιαυτοῦ
σήματα, συμβάλλων εἴπου καὶ ἐπ' ἀστέρι τοίη
ἠὼς ἀντέλλουσα κατέρχεται ἢ κατιοῦσα
ὁπποῖον καὶ σῆμα λέγοι. μάλα δ' ἄρκιον εἴη
φράζεσθαι φθίνοντος, ἐϊσταμένοιό τε μηνὸς
τετράδας ἀμφοτέρας. αἱ γάρ τ' ἄμυδις συνιόντων
μηνῶν πείρατ' ἔχουσιν, ὅτε σφαλερώτατος αἰθὴρ
ὀκτὼ νυξὶ πέλει χήτει χαροποῖο σελήνης.
τῶν ἅμυδις πάντων ἐσκεμμένος εἰς ἐνιαυτὸν,
οὐδέ ποτε σχεδίως κεν ἐπ' αἰθέρι τεκμήραιο.

τέλος.

IOACHIMI PERIONII BENEDICTINI OBSERVATIONES IN *Aratum Ciceronis*.

QVIA *carmina Arati quæ à se Cicero admodum adolescentulo in secundo de natura* Deorum *ait esse conuersa, non solum omnia quæ extant, infinitis prope erroribus liberaui, sed multis etiam uersibus, qui & ab illo in eo quẽ modo nominaui libro, & in primo de* Diuinatione *proferuntur, & à* Vergilio *conuersi sunt, eadem auxi & amplificaui: id quidem quibus in uersibus fecissem, quósque errores correxissem omnibus tradẽdum & aperiendum putaui. Sic enim & fructum eos ex nostro labore maximum consecuturos, & magnam me ab ijsdem gratiam initurum esse speraui. Omnes igitur sic habeãt, me cũ nonnullis locis, tũ uel maxime in prognosticis, quoniã Ciceronis fere omnia interciderunt, à* Vergilio *cõuersos uersus cũ maxima diligentia nactus essem, eos suis locis accommodasse, ita tamen, ut qui Latini quibus Græcis respondeant, facile omnes intelligere poßint. Non enim solum in eo elaborauimus, ut id quod in* Timæo *præstitimus, paginæ pagina, uerum etiam uersus uersui, quasi ex altera parte responderet. Idq; in Ciceronianis etiam omnibus perfecimus. Sed ne magna interualla relinquere cogeremur, ubi* Ciceronis & Vergilij *deerant,* Germanici Auieniq; *uersus adiunximus. Nunc ad carmina ea enumeranda & expendenda in quibus aliquid dignum esse uidebitur cognitione & admonitione, ueniamus. Nã longum esset de omnibus dicere. Ille primus omniũ,*

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα,) *à* Vergilio *sic cõuersus est in* Damœta, Ab Ioue principium, Musæ. *Tres autem uersus qui sequuntur ab eodem in miram breuitatem redacti cõtractiq; sunt eã, qua uersum superiorẽ absoluit,* Iouis omnia plena. *Aratus singulas res enumerauit, quæ plenæ sunt* Iouis, *ut rura, ut cœtus hominum, ut maria, ut portus: in quo usus est copia & ubertate dicẽdi.* Virgilius *uno uocabulo uniuersa complexus est. Itaque plura significauit quàm* Aratus. *Non est opus uersus* Arati *repetere, quoniam sunt in promptu. Narratio ab hoc uersu incipit.*

οἱ μὲν ὁμῶς πολέες τε καὶ ἄλλυδις ἄλλοι ἐόντες
οὐρανῷ ἕλκονται πάντ' ἤματα συνεχὲς αἰεί.) *In horum priore* ὁμῶς *similiter ualet, per syncopam* Doricam. *Quod uocabulum* Cicero *extra uersum interpretatur in secundo de natura* Deorum, *Sine ulla mutatione aut uarietate, Hæc sunt enim eius uerba, Ergo, ut oculis aßidue uidemus sine ulla mutatione, aut uarietate,*

Cætera labuntur celeri cælestia motu

Cum cælóque simul noctésque diésque feruntur.) Vertit αἰεὶ πάντ᾽ ἤματα noctésq; diésq;. Ex quo intelligi potest, non hæc duo eße prima carmina, à quibus incipit narrare Cicero, sed aliud antecesißisse, cuius principium esset, Ergo. Intelligendum autem est à Cicerone in libro de Natura Deorum commemorari ea tantummodo carmina, in quibus signorum cælestium fiat mentio. Quocirca Germanici Cæsaris quædam interijcienda fuerũt necessario, ut interualla uitaremus, qui cum hæc ipsa carmina in eo libro solo nacti simus, nec alibi potuerimus, ea quæ Cicero prætermisit, coacti etiam sumus prætermittere.

ἀλλ᾽ ὁ μὲν οὐκ ἐπίοπτος, ὁ δ᾽ ἀντίος ἐκ βορέαο

ὑψόθεν ὠκεανοῖο.) Hæc Vergilius his duobus in I. Georgicorum transtulit,

Hic uertex nobis semper sublimis, at illum
Sub pedibus styx atra uidet, manésque profundi.

δύω δέ μιν ἀμφὶς ἔχουσαι

ἄρκτοι ἅμα τροχόωσι.) Has duorum uersuum particulas in unum carmen Cicero conclusit.

Hunc circum ἄρκτοι duæ uertuntur. In hoc uerbum græcum reliquit, quod apud Græcos diphthongi οι, & αι in plurali breues etiam sunt, & apud Latinos i, longum in eodem loco. In alijs est scriptum feruntur non aptè ad legem carminis. Vertuntur ergo restitui.

Quas nostri septem soliti uocitare triones.) Cicero hoc carmen addidit.

ἡ δ᾽ ἑτέρη ὀλίγη μὲν, ἀτὰρ ναύτῃσιν ἀρείων.) Hunc Cicero sic transtulit,

Hæc uero parua est, sed nautis usus in hac est. μὲν & ἀτὰρ inter se respondent, quod apud Oratores nunquam reperi. De hoc genere in commentarijs nostris multa diximus. ἀρείων ναύτῃσιν. Cicero dixit, usus in hac est nautis. Vsum ergo appellat commoditatem.

κείνη που κεφαλὴ τῇ νίσσεται, ἧχί περ ἄκραι

μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσι. Hos duos his duobus Cicero conuertit,

Hoc caput hic paulum sese subitóque recondit,
Ortus ubi atque obitus partem miscentur in unam. Vitiosè in alijs scriptũ erat, miscetur partim in uno, pro partem in unam miscentur. Est enim græcè μίσγονται ἀλλήλῃσι. i. miscentur oriens & occidens inter se.

Attingens defessa uelut mœrentis imago.) Cicero ne cogeretur alios proferre uersus, in secundo de natura Deorum, casum solum illius Attingens addidit. Id autem caput, Attingens defessa &c. Atque hæc duo uerba, Id caput, initiũ esse carminis quod prætermisit, arbitror. Id quod eo libro sæpe factitat. Hoc carmen illud sequitur apud Ciceronem, Vertitur,

Ἐν γόνασιν dicunt, genibus quòd nixa feratur. In alijs multa adduntur, quæ leges impediunt carminis, Vertitur quam quidem Græci ἐν γόνασιν uocant, genibus

quod nixa feratur. Ego Ciceronem adiecisse hæc omnia non puto. præsertim cum & carmina tota eodem libro proferre soleat, & huius principium ac finem dixerit. Sustuli ergo quæ obstabant, ut legitimi germaniq; carminis retineret locum.

Atq; oculos urget pedibus pectúsque Nepai.) Vocat Nepã Scorpium. Neque enim hoc toto libro eo latino utitur cum sæpißime id transferat. Aut enim hoc quod hic usurpat semper, aut græcum σκορπίον.

Huic autem subter præcordia fixa uidetur
Stella micans &c.) In alijs scriptum est, Huic enim Booti &c. Ego enim Booti sustuli, & autem restitui Est enim apud Aratum δὲ non γάρ.

Et natos geminos inuises sub caput Arcti
Subiectus medio est Cancer, pedibúsque tenetur
Magnu' Leo &c.) In alijs exemplaribus scriptum est, Subiectus media, uitiosè, ut apparet. Apud Aratum quidẽ est, μέσσῃ δ᾽ ὑπὸ καρκίνος ἐστί. quod Theon interpretatur de medio capite. Ait enim hic ab Arato arctum distribui in tres partes, & capitis eam partem qua media linea ducitur (diametros autem appellatur) Geminis tribui, medium Cancro, pedes Leoni. Mediæ ergo nõ cohæreret, quoniam ad Arctum mediam non refertur, sed ad medium caput. Ac fortè græcus corrigendus est codex in quo est μέσσῃ, præsertim cum κρατὶ, quod neutrius generis est, antecesserit. μέσσῳ ego legam libentius.

Nanque ipsum ad tergum Cynosuræ uertitur Arcti.) Cicero de Cepheo loquitur, Itaque perperam & corrupte positum est in secundo de natura Deorũ Cynosura, pro Cynosuræ. Idq; hinc etiam intelligi potest, quod apud Aratum est κυνοσουρίδος in genitiuo, qui ad κατόπισθεν pertinet, sicut Cynosuræ ad tergum apud Ciceronem. Sed uersum ipsum etiam qui in promptu est, proferri est melius.

αὐτὸς μὲν κατόπισθεν ἐὼν κυνοσουρίδος ἄρκτου
κηφεύς, ἀμφοτέρας χεῖρας τανύοντι ἐοικώς.) Quoniam partem hanc postremam huius superioris uersus in eo libro quem sæpe nominaui, oratione soluta interpretatur, non erit hic alienum eius proferre interpretationem, Minorem autem Septentrionem Cepheus paßis palmis à tergo subsequitur. Nanque ipsum ad tergum &c. Alij libri sunt hac etiam parte corrupti. Est enim scriptũ in omnibus, terga subsequitur, &c. Minorem septentrionem. Nam aut minoris septentrionis terga subsequitur dicendum est, aut id quod posui.

Hũc antecedit Obscura specie stellarũ Casßiepia.) In secundo de natura Deorum hoc totum positum est, Hunc antecedit obscura &c. Ego id utrum ne à Cicerone dictum sit, an ab aliquo adiectum, quod deesse uerbum uideretur, ignoro. Certè in faciendis carminibus uerbum interdum non est uitiosum prætermittere. Quod hic nisi fiat carmen stare non poterit.

hanc ſubter poßis cognoſcere fultum.) Hic primus uerſus eſt eorum qui hodie extant in fragmento uerſuum quos Cicero tranſtulit. Eius principium omnino malui nō adhibere, quàm id quod in alijs eſt exemplaribus, E quibus. Neque enim apud Aratum fit de multis aſtris mentio, è quibus hic unus Aries (nam loquitur hic de Arietis ſigno) ſubter Andromeden fultus ſit. Diſſerit enim ſolum de Ariete & Andromeda, Si quod initium à Cicerone adiectum eſt, id eſſe arbitror. Nam, uel, Quē paulum, ut hic plenus uerſus Cic.

Nam paulum hanc ſubter poßis cognoſcere fultum, illi Arati reſpondeat, ὀλίγον γὰρ ὑπ' αὐτὴν ἐστήρικται. Ex quo uerſu perſpicuum eſt deprauatum eſſe illum Ciceronis, in quo hinc ſubter legitur, in omnibus exemplaribus quæ quidem legerim. Eſt enim ὑπ' αὐτὴν ſcilicet ἀνδρομέδην.

Iam cæli mediam partem terit, ut prius altæ.) In cæteris omnibus uitioſè poſitum eſt illæ pro altæ. Eſt enim apud Aratum ἄκραι. i. altæ, ſuperæ. Apud eundē eſt ἧχί περ quod ualet ubi, quo loco, Cic. ut pro eo dixit, niſi error ſit.

Chelæ, tum pectus quod cernitur Orionis.) Tum enim dicendum, non cum. Eſt enim apud Aratum καὶ. Cicero autem ordinis uidetur habuiſſe rationem. Illud enim prius poſitum eſt ab eo pro primum, & in ſuperiore uerſu, & in hoc tum pro deinde.

Et prope conſpicies paruum ſub pectore claro
Andromedæ ſignum.) In alijs ſic legitur, Et prope conſpiciens &c. Ego dicendum eſſe arbitror, Et prope conſpicies.

Huic ſpatio ductum ſimili latus extat utrunque
At nō tertia pars lateris.) Hi duo Ciceronis, ijs qui ſequūtur Arati reſpondēt.
τῷ δ' ἐπὶ τρισὶν ἐστάθμηται
δελτωτὸν, πλευρῇσιν ἰσαιομένῃσιν ἐοικὸς
ἀμφοτέρῃς, ἡ δ' οὔτι τριτή. Ex his coniunctis collatisq; inter ſe carminibus intelligi poteſt, in græcis codicibus uitioſè legi, τόση, pro τριτή.

Andromedæ læuo ex humero ſignum
Ac poſitum ſupra poteris cognoſcere piſcem.) Priorem uerſum fine carere malui, q̄ eum habere qui in alijs corruptus eſt. Eſt enim hic finis, ſi qua exere perges. In quo illud ſi qua corruptum eſt, pro ſignum. Debet enim genitiuus piſcis, ſi eſſet ad ſignum referri, quemadmodum apud Aratum ἰχθύος ad σῆμα.

Et pedibus uatum ſummo natum Ioue Perſeum
Quos humero retinet defixo corpore Perſeus. Hi duo uerſus exprimi non poteſt quantum mihi negotij exhibuerint. Cum enim deprauatos eos in alijs eſſe animaduerterem, uix tamen coniungendis græcis cū latinis, adhibitis etiam commentarijs, inire rationem potui tandem, qua corrigi poſſent. Alijs autem exiſtimare licebit, recténe correxerim. In alijs omnibus ita erant, E pedibus uatū ſummo natus Ioue Perſeus. Quos humero retinet defixo corpore Perſeus. Ho=

rum posteriorem humeros non recte continere & ego facile intellexi, & omnes mihi concessuros arbitror. Illud enim, Quos, refertur ad pedes Andromedæ quos Perseus humeris sustinet. ἐπωμάδιοι enim πόδες dicuntur quasi ἐπὶ τὸμ ὦμον. i. in humerum impositi. Cicero autem illud αἰεὶ quod est apud Aratum quódque ualet semper, dixit, defixo corpore. At prioris non perinde facilis fuit explicatio. Nominatiuos illos non rectè cohærere posse puto. Illa etiam è præpositio quid efficiat, nō uideo. Quo enim pertinet? quid efficit? Accusatiuos enim refero ad infinitiuum cognoscere, qui est in superiore uersu, ad quem ipsum & coniunctio coniungendo trahit. Id autem hinc etiam perspici potest, quod uerbum ἐπισημαίνοιεν quod est in priore horum duorum transtulit in superiorem, in quo tamen à re ad personam retulit significationem. Ille autem ablatiuus pedibus ad præpositionem in uel sub intellectam pertinebit: ut intelligamus id quod dixi, Persei humero Andromedæ pedes sustineri. Nisi forte in illo ablatiuo pedibus ex præpositionem intelligendam putamus. Nam Theon exponens hunc locum illud ἐπισημαίνοιεν γαμβροῦ περσέως, ait figuram esse græcam, pro, pedes Andromedæ notant & declarant Perseum. Hæc autē oratio illi par est, ex pedibus Andromedæ Perseum cognoscimus. γαμβρὸν Cicero uertit natum. Theon uult hic idem ualere Aeolice, quod νυμφίον. i. sponsum.

At propter læuum genu omni ex parte locatas
Paruas Vergilias tenui cum luce uidebis.) Miror omnes qui hunc librum impresserunt non animaduertisse errorem uel perspicuū maxime. Omnes enim genus non solum in his carminibus, uerum etiam in multis alijs sequentibus posuerunt. Quod eo dixi, ut quoties in hoc libro genu legerit quispiam, pro eo in cæteris notet positum esse genus. Quod Cicero dicit, propter læuū genu, est apud Aratum pene ad uerbum, σκαιῆς ἐπὶ γουνίδος.

Alcyone, Meropéque, Celeno, Taygetéque,
Electre, Steropéq;, simul sanctissima Maia.) In alijs scriptum est Electra, falso ut intelligi potest. Nā est apud Aratum, ut ἀλκυόνη & alia, sic ἠλέκτρη per η.

Ipse autem labens multis Equus ille tenetur
Piscibus. huic ceruix dextra mulcetur Aquari.) Legendum est huic potius quam hinc, ut significetur ad quē pertineat eius uis actionis. In alijs omnibus hos duos uersus subsequitur, Serius hæc obitus terrai iussit, cui nullus apud Aratum respondet. Itaque eum redundare arbitror.

Vt sese ostendens emergat Scorpios alte
Posteriore trahens flexum ui corporis arcum.) In alijs bis erat, ostendens ostendat: emergat, dicendum est. Nam & αἰπέλλῃ est apud Aratum, & ita scriptum est in secundo de natura Deorum. Falso etiam scriptum est ferè in alijs omnibus, flexu se corporis arcum.

Iam supra cernes Arcti caput esse minoris.) Supra dicendū est, nō id quod est

in alijs, supera. Apud Aratum enim est, ἀκρόθι. Hic error per totum hunc librum fusus est. Semper enim in alijs pro supra positum est supera.

Lumborúm tenus à palma depulsus ad undas.) Insignis hic error in alijs omnibus grassatur. Nam pro à palma, positum est, à prima. Quem ego errorem nec intelligere nec corrigere potuissem, si græca cum latinis non contulißem. Apud Aratum est, ἀπὸ χειρός. i. à manu, & à palma.

Propter quadruplices stellas in fronte locatas.) In alijs codicibus est, præter, propter melius esse existimo. Est enim apud Aratum διὰ τέσσαρα. Sæpe autem in hoc libro Cicero διὰ propter, id est iuxta dicit.

At canis ad caudam serpens prælabitur Argo
Conuersam præ se portans cum lumine puppim,
Non aliæ naues ut in alto pandere proras
Ante solent rostro, Neptunia prata secantes.
Sed conuersa retro cæli semper loca portat.
Sicut cum cœptant tutos constringere portus,
Obuertunt nauem magno cum pondere nautæ,
Aduersámque trahunt optata ad littora puppim:
Sic conuersa uetus super æthera uertitur Argo.) Hæc carmina ualde corrupta sunt in uulgatis exemplaribus. Nam & ei cuius hoc principium est, Sicut cũ cœptant &c. hæc pars primi omnium quæ hic prolata sunt, subijcitur, At canis ad caudam: & in illo, Nõ aliæ naues, pondere positũ est pro pandere. qui error inde natus est, ꝙ uidebatur, In alto, esse adiectiuum, itaque substantiuum esse oportere eius pondere, ut diceretur, In alto pondere. Sed substantiuum est. Nam, In alto, in mari dicitur, quod mare altum sit. i. profundum. Dicendum autem esse pandere, uerbum solent sequentis uersus indicat. In eo autem uersu illud, ut, traiectum est carminis causa. Sensus enim est, Argo non portat præ se proram, ut aliæ naues solent in mari, sed puppim. Cicero ex uocabulo πρύμνοθεν carmen secundum fecit, Connersam præ se portans cum lumine puppim. Vergilius in I. Georgic. duo Arati carmina eadem quæ hic Cicero conuertit quæ sequuntur.

οἷα καὶ αὐταὶ
νῆες, ὅταν δὴ ναῦται ἐπιστρέψωσι κορώνην
ὅρμον ἐσερχόμενοι.

Ceu pressæ cum iam portum tetigere carinæ,
Puppibus & læti nautæ imposuere coronas.) οἷα ergo Vergilius ceu dixit, Cicero sicut, Vergilius ὅρμον ἐσέρχεσθαι, portum tangere, Cicero constringere portus. Vergilius solus illud ἐπιστρέψωσι κορώνην expreßit, imposuere coronas. In alijs libris nisi ijs qui proximè in Vrbe excusi sunt, sic est principium postremi uersus. Sin conuersa uetus. Legendum est pro, Sin, sic, ut respondeat illi Sicut. Est enim à simili ductum argumẽtum, & apud Aratum est ὡς pro οὕτως.

Hinc una stella uertuntur, quam iacit ex se
Pistricis spina ualida cum luce refulgens.) In priore horum duorum præpostere legitur in alijs libris, hanc, ut facile apparet. Hinc autem aduerbium est ordinis quo sæpe utitur Cicero, ostendens ordinem stellarum signorúmque cælestium. Itaq; secundo ab hoc, dicit, exinde pro eodem. In posteriore etiam uitiosè positum est spinæ genit. uel datiui casus, etiam si datiui sit ἀκάνθῃ apud Aratū, ὅς κείνου πρώτῃ ἐπίκειται ἀκάνθῃ. i. quæ stella illius. s. pistricis primæ parti spinæ inhæret. Pistrix autem à Cicerone semper uertitur quod est apud Aratum κῆτος, id est, Cete.

Qui autem sequuntur Arati, sunt illi quidem integri, sed à Cicerone conuersi multo paucioribus,

μεσσόθι πηδαλίου καὶ κήτεος εἱλίσσονται
γλαυκοὶ πεπτηῶτες ὑπὸ πλευρῇσι λαγωοῦ
νώνυμοι. οὐ γὰρ τοίγε τετυγμένου εἰδώλοιο
βεβλέαται μελέεσιν ἐοικότες. Hi quidem rectè & ordine. In quarto νώνυμοι positum est pro ἀνώνυμοι. Cicero enim sic, his neq; nomen, Nec formam ueteres certam statuiſse uidentur, In quo illud neq; nomen, ad illud νώνυμοι pertinet. & illud nec formam, ad illud οὔτε εἰδώλοιο. Sed hæc rectè, ut dixi, & ordine. Quæ autem sequuntur Cicero prætermisit,

οἷά τε πολλὰ
ἑξείης στιχόωντα παρέρχεται κέλευθα
ἀνυμένων ἐτέων. Nam quæ sequuntur paucioribus illis quidem, sed non minus elegantibus reddidit.

τοὺς τις ἀνδρῶν οὐκ ἔτ' ἐόντων.
ἐφράσατ' ἠδ' ἐνόησεν ἅπαντ' ὀνόμασι καλέσσαι
ἤλιθα μορφώσας. οὐ γάρ κε δυνήσατο πάντων.
οἷαι ἐκκεκριμένων ὄνομ' εἰπεῖν, οὐδὲ δαῆναι.
πολλοὶ γὰρ πάντῃ. πολέων δ' ἐπὶ ἶσα πέλονται
μέτρα τε καὶ χροιή, πάντες γε μὲν ἀμφιέλικτοι.
τῷ καὶ ὁμηγερέας γε ἐείσατο ποιήσασθαι
ἀστέρας, ὄφρ' ἐπιτὰξ ἄλλῳ παρακείμενος ἄλλος
εἴδεα σημαίνοιεν, ἄφαρ δ' ὀνομαστὰ γένοιντο
ἄστρα. καὶ οὐκ ἔτι νῦν ὑπὸ θαύματι τέλλεται ἀστήρ,
ἀλλ' οἱ μὲν καθαροῖς ἐναρηρότες εἰδώλοισι
φαίνονται. τὰ δ' ἔνερθε διωκομένοιο λαγωοῦ
πάντα μάλ' ἠερόεντα, καὶ οὐκ ὀνομαστὰ φέρονται.) Hos enim multos his septem expreßit. nisi forte aliqui interciderunt.

Namque quæ ſyderibus claris natura poliuit,
Et uario pinxit diſtinguens lumine formas:
Hæc ille aſtrorum cuſtos ratione notauit,
Signáque ſignauit cæleſtia nomine uero.
Has autem quæ ſunt paruo ſub cardine fuſæ,
Conſimili ſpecie ſtellas pariliq; nitore,
Non potuit nobis nota clarere figura. Multa in his ut intelligitur, prætermiſit quæ Aratus dixit. In his igitur non curauit, uerbum pro uerbo reddere, etiamſi in reliquis eum uideamus ſingula pene uerba interdum eodem ordine perſecutum.

Voluitur inferior Capricorno piſcis ad Auſtrum
Piſtricem obſeruans, procul illis piſcibus hærens.) In alijs codicibus his duobus uerſibus hic antecedit, Exinde Auſtralem ſoliti conuincere Piſcem, qui certe nec ad rem pertinet, nec alicui reſpõdet Arateorum. Subſequuntur enim apud eum hæc tria carmina illud quod poſtremum protulimus, πάντα μάλ᾽ ἠερόεντα, ὃ οὐκ &c.
νειόθι δ᾽ αἰγοκερῆος ὑπὸ πνοιῇσι νότοιο
ἰχθὺς ἐς κῆτος τετραμμένος ᾐώρηται
οἶος ἀπὸ προτέρων. νότιον δέ ἑ κικλήσκουσι. His autem tribus illa duo reſpondent, In priore pro, piſcis, legebatur, uerſus, quam male, hinc apparet, quòd in ſecundo Arateo eſt, ἰχθὺς ἐς κῆτος. Itaque ſi piſcis nomen tollatur, non erit res ulla ſubiecta. Quod Aratus tertio uerſu dicit, οἶος ἀπὸ προτέρων, Cicero fecit planius, procul illis piſcibus hærẽs. Loquitur enim de duobus piſcibus quos in zodiaco .i. ſignifero orbe collocauit. Quanquã uideri poteſt uerſus ille prætermiſſus illi Arateo reſpondere, νότιον δέ ἑ κικλήσκουσι

At prope conſpicies experteis nominis omnes
Inter piſtricem & piſcem quem diximus auſtri
Stellas ſub pedibus ſparſas radiantis Aquari.) In alijs poſitum eſt, ſtratas: ego reſtitui ſparſas, quoniam uerbum Arati id declarat. Eſt enim apud eum ἀπορραίνω.

Aſt omnes ſtellæ perhibentur nomine aquai.) Magnus in hoc eſt error. Primum in ueteribus omnibus principium huius eſt, Et enus. Quod cum uitioſum intelligerent ij qui proximè opera Ciceronis impreſſerunt, Et tenues, poſuerunt aptè illud quidem ad rationem carminis, ſed ad ſententiam non ſatis. Deinde in omnibus alijs, etiam hoc quem modo nominaui, poſitum eſt ultimum uocabulum, Aquari. Hos ego errores duos comperi, cõiungens græca cum latinis. Huic enim Ciceronis ille Arateus reſpondet, τοὺς πάντας καλέουσι ὕδωρ. In qua parte

uersus πάντας, quod oēs ualet scriptū est, nō ὀλίγοισιν: & ὕδωρ, nō ὑδροχόου. Et certe stellæ de quibus hic disserit, sunt quæ cernuntur in ipsa aquæ effusione.

Atque priora pedum subeunt uestigia magni
Arcitenentis &c.) In hoc error est, ille quidem, sed ita euidens, ut mirer eum correctum fuisse à nemine. Est enim, priore, in alijs omnibus, quod uerbum stare aut cohærere nullo pacto potest. Falli tamen potuerunt alij, quod illud ipsum priore, partitiue capi putarunt, ut cum dicimus, Manuum fortior est dextra. Sed eorum errorem conuicit Aratus, apud quem est, ὑπὸ προτέροισι πόδεσσι, id est, sub primis pedibus, id est, sub prima parte pedum.

Sin humeros medio in cælo Centaurus habebit.) In alijs omnibus est, Si numeros. Sed Aratea declarant esse dicendum humeros. Est enim apud eum κενταύρου ὤμοις.

Ille autem Centaurus in alta sede locatus
Qua sese clarum collucens Scorpios infert.
Hac subter partem præportans ipse uirilem
Cedit, Equi & parteis properat coniungere Chelis.) In alijs claro scriptum est, quod uerbum cum adiectiuum sit, nec ad Scorpios, nec Centaurus pertinere posit, profecto falso ascriptum est. Perportans etiam uitiose legitur. Præportans igitur dicendum est, quoniam hoc de Centauro dicitur, qui gerit speciem uiri & equi. Quanquam illud perdurum est, idque nisi error est, infersit, ut quasi rimas uersus expleret. Equi parteis dicit τὰ ἱππούρια, id est, partes, quibus equo similis est Centaurus, qui Chiron dicitur.

Verum hæc quæ semper certo uoluuntur in orbe
Fixa, simul orbes
Quattuor æterno lustrantes lumine mundum
Orbis stelligeri portantes signa feruntur
Amplexi terra, cæli sub tegmine fulti.) Hoc postremum addidit Cicero, neque enim quicquam eius est in Arato. in illo autem cuius principium est, Fixa, simul. non cohærent ea quæ sunt in cæteris. Neque ipsum ullo modo potui absoluere. Arateum hoc ei respondet,
ἀπλανέων τάτε κύκλα τάτ᾽ αἰθέρι σήματ᾽ ἐνισπεῖν. Et quod sequitur,
ἤτοι μὲν τάγε κεῖται ἀλίγκια δινωτοῖσι. ἀλίγκια δινωτοῖσι σήματα appellat ea, quæ similia sunt orbibus, ut ait Theon.

Nam si nocturno cognoscens tempore cælum,
Cum neque caligans detexit sydera nubes,
Nec pleno stellas superauit lumine Luna,
Vidisti magnum candentem serpere circum:

Lacteus hic nimio fulgens candore notatur.) In alijs codicibus corruptum est primi uersus principium hoc modo, Nec sic. Si autem legendum esse docet Aratus, apud quem hic uersus incipit, εἴ ποτέ τοι, id est, Si quando. Nec etiam falso appositum esse putandum est, cum præsertim Aratus nihil tale adiecerit. In secundo posui, detexit pro detergit, quod in cæteris male scriptum est, Siquidem apud Aratum est scriptum,

εἴ ποτέ τοι νυκτὸς καθαρῆς ὅτε πάντας ἀγαυοὺς
ἀστέρας ἀνθρώποις ἐπιδείκνυται οὐρανίη νύξ. Nocte ea qua non detergit caligans nubes sydera, hominibus non apparent stellæ. quod uerba illa indicant, si detergit legamus.

Quorum alter tangens Aquilonis uertitur auras,
Ora petens Geminorum, illustratum genu ardens
In sese retinens Auriga portat utrunque.
Hunc supra, læua Perseus humeróque sinistro
Tangit. ad Andromedam hic dextra de parte tenetur.) In primo ueru accusatiuus auras ad illud tangens pertinet. In secundo illud, Illustratum genu ardens, ualde durum est, propter hæc duo adiectiua, Illustratum ardens, quorum ardẽs ad Auriga refertur, illustratum ad genu. Apud Aratum quidem est τὰ γούνατα κεῖτῃ ἀρηρότος ἡνιόχοιο. Quod in nominandi casu Cicero dixit, Ardens Auriga. Quod si ita est, in quinto loco positus est Trocheus Sensus est igitur, Auriga ardens, clarus & splendidus portat utrunque genu illustratum quod in sese retinet. Malim ego legere in genitiuo Aurigæ, ut uerbum portat ad alter orbis pertineat. In quarto uersu, Hunc supra, læua Perseus & cæt. Illud, hunc, ad supra præpositionem pertinet. Nam apud Aratum est, ἐπ᾽ αὐτῷ. In alijs est scriptum læuæ in datiuo, cùm læua ablatiui casus sit dicendum. Sensus enim est, Supra hunc orbem Perseus tangit læua manu sinistróque humero.

Hunc octo in parteis diuisum noscere circum
Si potes, inuenies supero conuertier orbe
Quinque pari spatio, partes tres esse relictas.) In cæteris omnibus insignis & magnus error apparet. Scriptum est enim, Par tristis, qui error natus est ex traiectione & transpositione syllabarum. Nam si ex illo tristis posteriorem syllabam detrahas addísque ad illud par, fiet uocabulum partis, id est, partes, & tris, id est, tres, remanebit. Hoc etiam ex Arati uersu qui huic respondet, perspici potest, τὰ τρία δ᾽ ἐν περάτῃ &c.

Ast alter medium subter secat hic Capricornum.) Alij codices hoc in loco corrupti sunt. Repetitur enim uersus qui antecessit, hoc modo,

Arcitenens humeris connititur, illa recedens. Tum hic sequitur, Distribuens medium subter secat hic Capricornum. Prior uersus paulo supra positus est omnino, nisi quod pro Arcitenens est Anguitenens. Ex posteriore igitur illud Distribuens auferri, & pro eo, Ast alter, poni debet. Atque quo facilius hoc intelligatur, redundaréque ille uersus uideatur, duos uersus Arati conuersos proferam,

ἀλλ' ὁ μὲν ἐν βορέῳ περὶ καρκίνον ἐστήρικται

ἄλλος δ' ἀντιόωντι νότῳ μέσον αἰγοκερῆα.

τέμνει &c. Nulla fit hic mentio τοξευτῆρος. i. arcitenentis. Hoc autem loco Aratus de duobus circulis disserit, quorum alter dicitur AEstiuus tropicus, alter brumalis. Itaque hos duos uersus Cicero conuertit hoc modo,

Alter ab infernis austri conuertitur auris,

Ast alter medium subter secat hic Capricornum.

Hosce æquo spatio directos sustinet axis.) In alijs deuinctos uitiosum est. Apud Aratum enim est ὀρθὸς.

Vt nemo cui sancta manu doctissima Pallas

Solertem ipsa dedit fabricæ rationibus artem,

Tam tornare catè contortos posiet orbeis,

Quam sunt in cælo diuino lumine flexi.) In tertio horum duo errores correcti sunt à me, qui sunt in cæteris. Ii autē nati sunt ferè ex inscitia eorum qui hos uersus primi impresserunt. Nam cum postremum uerbum illud orbis putarent esse nominatiui casus, adiectiuum contortos, etiam dixerunt contortus. Et quia nunquam posiet legerant, d, literam abesse existimarunt.

Quattuor hi motu cuncti uoluuntur eodem,

Sed tantum supra terras semper tenet ille

Curriculum oblique inflexus.) In alijs libris primi uersus horum principium est, Quattuor in motus. Quàm autem corruptum sit, hinc intelligi licet, quòd Aratus differens de quatuor circis & orbibus, de tropico æstiuo, brumali, Lacteo & signifero, de eorum ratione motus facit hoc loco mentionem,

καὶ τὰ μὲν ἀντέλλει τε καὶ ἀντία νυκτόθι δύνει

πάντα παραβλήδην, μία δὲ σφέων ἐστὶν ἑκάστου

ἐξείης ἑκάτερθε κατήλυσις ἄνοδός τε. Quæ tria carmina Cicero primo illo complexus est. Ac Aratus quidem numerum circorum sibi repetendum non putauit, dixitque, τὰ μὲν πάντα. i. Atque hi quidem omnes. Cicero autem numerum etiam tradidit, dixitq;, Quattuor hi cuncti. Nam si legamus, In motus eosdem, omnis sublata erit Arati sententia. Non enim his orbibus nisi unum motum dedit, quòd ut ipse ait, & Theon confirmat, unus his ortus unúsque mo

do obitus sit attributus. Idque Theon confirmat his fere uerbis, ἕκαστος γὰρ τῶν κύκλων τὸ αὐτὸ σημεῖον ἔχει ὅθεν ἀνατέλλει καὶ ὅπου δύνει. i. Vnicuique enim orbium, idem signum datum est, unde oritur, & ubi desinit.

ἐν τοῖς ἠέλιος φέρεται δυωκαίδεκα πᾶσι

πάντ' ἐνιαυτὸν ἄγων.) Cicero hunc uersum paulo supra sic conuertit,

Nam gerit hic uoluens bis sex ardentia signa. Vergilius autem in primo Georgicorum sic, ut mihi quidem uidetur,

Idcirco certis dimensum partibus orbem

Per duodena regit mundi sol aureus astra.

Hic quantum terris conuexus pellitur orbis.) In alijs omnibus sic, Hic quantus terris confectus &c. Hunc sic corrigendum, ut correxi, id declarat, quod apud Aratum est, ὅσσον, cui respondet in sequenti uersu, τόσσον. Conuexus etiam dici oportere docet Theon, qui exponens κοίλοιο, quod uerbū usurpat hic Aratus, scribit his uerbis; κοῖλον ὀρθῶς ἔφη τὸν ὁρίζοντα. τοῖς μὲν γὰρ ἔξωθεν νοοῦντι κυρτὸς φαίνεται, τοῖς δὲ ἔνδοθεν καὶ ἀπὸ γῆς, κοῖλος, id est, Rectè concauum orbem finientem appellauit. ei enim qui extrinsecus eum inspexerit, conuexus: qui uero intrinsecus & ex terra, ei curuus & concauus apparet. Cicero autem quasi esset κυρτὸς, uel extrinsecus eum orbem consyderaret, ita dixit conuexum.

Sex omni semper cedunt labentia nocte.) In cæteris omnibus est omnes. Leuis error est, sed corrigendus tamen. Nam apud Aratum est scriptum πάσῃ δὲ νυκτί.

Hoc spatium tranans cæcis nox conficit umbris.) In alijs ita, Huc spatium tranans cæcis nox conficit umbris. Apud Aratū est, τόσσον, pro quo dicit, hoc spatium: quoniam tantum spatium non potuisset dicere. Nox legendum esse, ex Arato etiam perspici potest, apud quem legitur, νὺξ αἰεὶ πετάνυσται. quod Cicero conuertit, Nox cæcis umbris conficit.

Hæc obscura tenens conuestit sydera tellus.) Huic carmini Ciceronis illud Arateum tantummodo respondet, ὡς οἱ μὲν δύνουσι. Quæ præterea dixit Cicero, rei declarandæ solū causa addidit, more poetarū. Est hic transitio. Transit enim ab his stellis quæ occidunt, ad eas quæ oriuntur. In alijs libris subsequitur hic uersus, Dimidiam retinet stellis distincta Corona. qui quidem paulo supra antecessit, quem sequitur uersus cuius primum uocabulum substantiuum est illius Dimidiam. Partem etiam supra atque alia de parte repulsa est. Iam & supra ostendi uersum unum non tam traiectum quàm bis dictum fuisse. ex quo perspicuum est, hos uersus miris nouisq; modis fuisse corruptos.

Sed cum de terris uis est patefacta Leonis.) Huic respondet illud solum apud Aratum, ἐρχομένῳ δὲ λέοντι. Ex quo intelligi & coargui potest error, qui

in alijs omnibus inhæsit. Est enim, par facta uis. pro ἐρχομένῳ. Hæc autem duo ἐρχομένῳ λέοντι non aliud declarant quàm Exoriente Leone. Id quod dixit carminis causa Cicero, Cum uis est patefacta Leonis.

Omnia quæ Cancer præclaro detulit ortu,

Cedunt obscurata, simul uis maior.) Ego hunc uersum malui fine carere, q̃ eum habere, qui falso ascriptus est. Nam in cæteris est scriptũ, Vis maior aquari, pro quo apud Aratum est, αἰετός. Neque enim mentio fit ὑδροχόου. Quod quo facilius intelligatur, proferam uersus Arati,

ἐρχομένῳ δὲ λέοντι, τὰ μὲν κατὰ πάντα φέρονται,

καρκίνῳ ὅσσ' ἐδύοντο, καὶ αἰετός &c. Itaq; si diuinare licet, quis sit eius uersus finis, mihi quidem uidetur hic adiectus à Cicerone, Vis maior æeti, ut græcũ usurpasse uideatur. Neque enim diuinare possum quo in casu nomen Aquilæ posuerit, cum præsertim extremo uersu cohærere non poßit. Et tamen propter similitudinem uocabulorum Aquari pro illo adiectum esse arbitror.

Abditur Orion. obit & Lepus abditus umbra.) In cæteris pro Lepus simul scriptum est. Græca declarant ita legendum esse, ut posui.

πάντα γε μὴν ἀπέλεσσε διωκομένοιο λαγωοῦ.

Inferiora cadunt Aurigæ.) Hic uersus non uidetur rectè & aptè respondere græco, est enim omnino dißimilis,

ἀλλ' οὐχ ἡνιόχῳ ἔριφοι, οὐδ' ὠλενίη αἴξ

εὐθὺς ἐπέρχονται. Itaque corruptum eum esse arbitror, & uerum ac germanum intercidisse cum duobus aut tribus, qui hoc loco desyderantur. Versus quidem cuius hoc principium est, Crus dextrúmque pedem. & alter cuius principium, In loca, subsequebãtur: sed eos suis locis restituendos curaui. Tres enim qui extant, & unus qui non extat, debent antecedere qui sequuntur,

Inde obiens Capricornus ab alto lumine pellit

Aurigam, instantémque Capram, paruos simul Hœdos,

Et magnam antiquo depellens nomine Nauem. Tum sequuntur ij duo qui antecedebant,

Crus dextrúmque pedem, linquens obit infera Perseus

In loca, tum cedens à puppi linquitur Argo.

Obruitur Procyon, emergunt alites una.) In alijs, Obruitur Procyon, emergunt alite lapsum. In græco est, τὰ δ' ἀνέρχεται ἄλλα. ὄρνις αἰητός τε. Ego posui alites una, ut græcos Cicero imitatus esse uideatur, es, enim faciunt breue in quinta inflexione.

☞ Nunc ad prognostica ueniamus. Ex his pauca sunt Ciceronis, quæ ex primo de Diuinatione translata suis locis accommodaui, plura Vergilij, sed non omnia quæ ab Arato transtulit. Quocirca non est mihi dubium, quin si quis græca Ara-

ti cum Latinis Vergilianis coniungat, alia inuenire poßit.

Atque etiam uentos præmonstrat sæpe futuros
Inflatum mare, cum subito penitúsque tumescit,
Saxáque caua salis niueo spumata liquore
Tristificas certant Neptuno reddere uoces:
Aut densus stridor cum celso è uertice montis
Ortus adaugescit scopulorum sæpe repulsus.) His sex uersibus Cicero quatuor hos ab Arato transtulit.

σῆμα δέ τοι ἀνέμοιο καὶ οἰδαίνουσα θάλασσα
γινέσθω, καὶ μακρὸν ἐπ' αἰγιαλοὶ βοόωντες,
ἀκταί τ' εἰνάλιοι, ὁπότ' εὔδιοι ἠχήεσσαι
γίνονται, κορυφαί τε βοώμεναι οὔρεος ἄκραι. Hos etiam Vergilius in primo Georgicorum conuertit. Itaque non alienum erit hic uersus eius attexere,

Continuo uentis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis
Montibus audiri fragor, aut resonantia longe
Littora misceri, & nemorum increbrescere murmur. Quanquam hoc postremum, Et nemorum increbrescere murmur, non est apud Aratum, sed apud Hesiodum, καὶ πᾶσα βοᾷ τότε κήρετος ὕλη.

Et ueterem in limo ranæ cecinere querelam.) Cui hic uersus Vergilij Arateo responderet, diu multúmque dubitaui. Sed tandem Theon omnem ex animo eiecit dubitationem. Ait enim, ὕδροισιν ὄνειαρ, in hoc uersu Arati,

ἢ μᾶλλον δειλαὶ γενεαὶ ὕδροισιν ὄνειαρ
αὐτόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γυρίνων, ranas dici ab Arato, quod id genus serpentis ranis cibaria præbeat & ministret. Itaque nomine δειλαὶ γενεαὶ ranas intelligere debemus. Vergilius quidem hos duos Arati uno complexus est uersu. Cicero his pluribus,

Rana fluens, idem fugiens ex gurgite ponti,
Nunciat horribiles clamans instare procellas.
Aut modicos tremulo fundens ex gutture cantus,
Sæpe etiam pertriste canit de pectore carmen.

Et matutinis Acredula uocibus instat.) A Cicerone ὀλολυγὼν acredula dicitur. Fulicas etiam Vergilius appellat aues, quas Aratus αἰθυίας uocat. Eas tamen mergos nominant ij, qui uerborum græcorum dictionaria concinnarunt; cum mergi græcè ab Arato ἐρωδιοὶ appellentur, si modo Vergilij sententiæ nostrã ascribere uelimus. Transtulit enim his uersibus,

Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi,

Clamorémq; ferunt ad littora, cúmque marinæ
In sicco ludunt fulicæ, notásque paludes
Deserit, atque altam supra uolat ardea nubes, hos Arati,
καὶ δ' ἂν ὑπὲρ ξηρῆς ὅτ' ἐρωδιὸς οὐ κατὰ κόσμον
ἐξ ἁλὸς ἔρχηται φωνῇ περὶ πολλὰ λεληκώς.
πολλάκι δ' ἀγελαῖδες νῆσσαι, ἢ εἰν ἁλὶ δῖναι
αἴθυιαι χερσαῖα τινάσσονται πτερύγεσσιν,
καί ποτε καὶ κέπφοι, ὁπότ' εὔδιοι ποτέωνται. Ex quibus non solum id quod dixi perspicuum est, sed quam etiam auem Aratus κέπφον dicat, eam ardeam à Vergilio nominari. Quod eo dixi, quòd in dictionarijs κέπφος tãtum exponitur esse auis leuis quæ facile à uento impellitur. Ex quo quæ qualísque illa sit auis, intelligere nemo potest. Ergo si græca cum latinis diligenter coniungeremus, multorum uerborum græcorum, quæ isto modo exponuntur, inueniremus interpretationem. Id quod etiam hoc loco in alio uerbo perspici potest. ἐρωδιὸς enim, latinè etiam erodios in dictionarijs ponitur, dicitúrq; esse auis. Hæc autem carmina Aratea non sunt ita coniuncta inter se & hærentia, ut exposui: sed mihi uisum est ea separata & distantia paruulis interuallis coniungere, ut Vergilianis responderent.

Fuscáque nonunquam cursans per littora cornix
Demersit caput, & fluctum ceruice recepit.) Sic Cicero sequentes uersus Arati transtulit,
ἦ που καὶ λακέρυζα παρ' ἠϊόνι προὐχούσῃ
χείματος ἐρχομένου χέρσῳ ὑπέκυψε κορώνη
ἤπου καὶ ποταμοῖο ἐβάψατο μέχρι παρ' ἄκρους
ὤμους ἐκ κεφαλῆς, ἢ καὶ μάλα πᾶσα κολυμβᾷ,
ἢ πολλὴ στρέφεται παρ' ὕδωρ παχέα κρώζουσα.) Cicero duobus quinque Aratea carmina conclusit. Vergilius totidem reddidit, ita tamen, ut duo prima Cornici, reliqua omnibus marinis auibus attribuerit. Prima duo sequuntur,
Tum Cornix plena pluuiam uocat improba uoce,
Et sola in sicca secum spatiatur arena. Reliqua tria proxime ante superiora duo apud eum ponuntur,
Certatim largos humeris infundere rores,
Nunc caput obiectare fretis, nunc currere in undas
Et studio in cassum uideas gestire lauandi.
καὶ βόες ἤδη τοι πάρος ὕδατος εὐδίοιο
οὐρανὸν εἰσανιδόντες, ἀπ' αἰθέρος ὠσφρήσαντο.) Hæc duo Arati his totidem Cicero reddidit.

Mollipedésque Boues spectantes lumina cæli
Naribus humiferum duxere ex aëre succum. Sic hæc Verglius in eo libro in quo cætera, conuertit,
Aut Buccula cælum
Suspiciens, patulis captauit naribus auras.

Cicero in libro 1. de Diuinat. ex quo hæc omnia prognostica transtulimus, tribus carminibus ad Ranas auertit orationem, quæ cui loco accõmodari debeant, prorsus ignoro. Nam si ea cũ his quatuor cõiunxißet, quæ de ranis supra protuli, ego quoque ea ad illa accõmodassem. Nunc cum ea seiunxerit, multáq; alia interiecerit, quoniam constat illius esse interpretationis, ea hic adiungere malui, ut omnibus qui hæc legerint, liceat quid sentiant exponere.

Vos quoque signa uidetis aquaï dulcis alumnæ,
Cum clamore paratis inanes fundere uoces,
Absurdóque sono fontes & stagna cietis. In his autem sermonem eum ad ranas auertisse, hæc quæ in eo libro sequitur, declarat oratio, Quis est qui uidere ranunculos hoc, suspicari poßit? Sed inest mira & ranunculis quædam natura significans aliquid, per se satis certa, cognitioni autem hominum obscurior. Hæc ille. Nisi forte culpa librariorum traiecta longius & separata hæc sunt carmina. Quod mihi uidetur uerisimilius. Nam cum Aratus ranarum mentionem non faciat in prognosticis, nisi ijs in uersibus, quos supra exposui, quid Ciceroni in mentem ueniret, duobus locis de ranis dicere? Hi ergo mihi uidentur ad superiores pertinere.

Hæc habui de uersibus coniungendis græcis Arati, cum latinis Ciceronis & Verglij, quæ dicerem. Nam præterea multos Verglij quos ab Hesiodo Homero & Theocrito transtulit, cõmemorare poßum, sed hæc satis multa sunt hoc tẽpore, præsertim cum id unum onus sustinendum susceperim, & multos sciam fore, qui his nostris adducti, se ad similem laborem cõferent. Hi tamen sic uelim habeant, cũ apud Verglium multa eorum quos modo nominaui carmina conuersa sint, tamen nullius tam crebra inueniri posse, q̃ ea sint quæ ab Arato transtulit. Quæ enim his cõmentationibus nostris protulimus, ea prope omnia duabus paginis est persecutus. Quòd si uisum esset ea quæ ab Arato Angelus Politianus transtulit, adhibere, plura Latinorum carmina Arateis græcis respondissent. Duæ enim aut tres potius paginæ Rustici eius extremæ refertæ sunt prognosticis Arateis, quorum pleraque Cicero & Verglius transtulerunt. Nunc mihi hi duo latini sermonis principes satis multi uisi sunt ad rem delarandam, ne uiderer, uel id quod uulgo dicitur, Cornicum oculos configere, uel certe hunc cum illis uelle comparare. Quanquam quibus locis Ciceronis Verglijq; nulli uersus extabant, Germanici Cæsaris, & Rufi Auieni adhibui: ne, ut ante dixi, magna

crebrúque interualla relinquere cogeremur. Eorum autem uersus cum Græcis coniungere nolui, partim quod infinitum fuisset opus, partim quod minus necessarium. Hoc tamen unum dicam, qui eorum uersus cum ijs qui antea excusi erant, conferent, eos facile, quàm hi nostra diligentia quàm alij emendatiores sint, intellecturos. Hoc autem omnes admonitos uelim, qui Aratũ Græcum quẽ quidem edimus, legerint, ut quibus locis interualla quædam interiecta græcis uiderint, ne quid deesse putent. Nam cum Latinorum qui illum transtulerunt, uersus studiosorum causa adhiberemus in altera pagina, factum est, ut quoniam nõ semper uersus latinus græco, nec græcus latino respondebat, utrobiq; interdum spatia relicta sint necessariò.

FINIS.

PARISIIS
EXCVDEBAT IOANNES LODOICVS TILETANVS
M. D. XL.

ἘΚ ΠΛΆΤΩΝΟΣ ΤΙΜΑΊΟΥ ΤΜῆΜΑ ΤῸ ΤΩ͂Ι ΚΙΚΈΡΩΝΟΣ ΠΕΡῚ ΠΑΝΤῸΣ ΒΙΒΛΊΩΙ ΣΥΜΦΩΝΟΥ͂Ν.

EX PLATONIS TIMAEO PARTIcula, Ciceronis de Vniuersitate libro respondens.

Qui duo libri inter se coniuncti & respondentes, nunc primùm opera Ioachimi Perionij Benedictini Cormœriaceni proferuntur in lucem.



PARISIIS
Apud Simonem Colinæum.
M. D XL.

M VLTA sunt à nobis & in Academicis cōscripta contra Physicos, & sæpe P. Nigidio Carneadeo more & modo disputata. Fuit enim vir ille quum cæteris artibus, quæ quidem dignæ libero essent, ornatus omnibus: tum acer inuestigator, & diligens earum rerum quæ à natura inuolutæ videntur. Deniq; sic iudico, post illos nobiles Pythagoreos, quorum disciplina extincta est quodammodo, quū aliquot secula in Italia Siciliáq; viguissent, hunc extitisse qui illam renouaret. Qui quum me in Ciliciam proficiscentē Ephesi expectauisset, Romam ex legatione ipse decedens, venissétq; eodem Mitylenis me salutandi & visendi caussa Cratippus, Peripateticorum omnium, quos quidem ego audierim, meo iudicio facile princeps, perlibēter & Nigidium vidi, & Cratippum cognoui. Ac primum quidem tempus salutationibus, reliquum percontatione consumpsimus.

QVID est quod semper sit, neque vllum habet ortum? & quod gignatur, nec vnquam sit? quorum alterū intelligentia & ratione comprehēditur, quod vnum atq; idem semper est: alterum quod affert opinionē sensus, rationis expers, quod totum opinabile est, id gignitur, & interit, nec vnquā esse verè potest. Omne autē quod gignitur, ex aliqua caussa gigni necesse est. Nullius enim rei caussa remota, reperiri origo potest. Quocirca si is qui aliquod munus efficere molitur, eā speciem quæ semper eadē est, intuebitur, atq; eam sibi proponet exemplar, præclarum opus efficiat necesse est. Sin autē illā quæ gignitur, nunquam illam quam expetet pulchritudinem consequetur. Omne igitur cælum siue mundus, siue quo alio vocabulo gaudet, hoc à nobis nūcupatus sit: de quo id primum consideremus quod principio est in omni quæstione considerandum, semper ne fuerit nullo generatus ortu, an ortus sit ab aliquo temporis principatu. quandoquidem cernitur, & tangitur, & est vndique corporatus. Omnia autem talia sensum mouent: sensus autem mouētia quæ sunt, eadē in opinatione

ἘΚ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΤΙΜΑΙΟΥ ΤΜΗΜΑ ΤΟ ΤΩι ΚΙΚΕΡΩΝΟΣ ΠΕΡΙ ΠΑΝΤΟΣ ΒΙΒΛΙΩι ΣΥΜΦΩΝΟΥΝ.

EX PLATONIS TIMAEO PARTIcula, Ciceronis de Vniuerſitate libro reſpondens.

Ἔστιν οὖν δὴ κατ' ἐμὴν δόξαν, πρῶτον διαιρετέον τάδε. τί τὸ ὂν μὲν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον; καὶ τί τὸ γιγνόμενον μέν, ὂν δὲ οὐδέποτε; τὸ μὲν δὴ νοήσει μετὰ λόγου περιληπτόν, ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν. τὸ δ' αὖ δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου, δοξαστόν, γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. πᾶν δὲ αὖ τὸ γιγνόμενον, ὑπ' αἰτίου τινὸς ἐξ ἀνάγκης γίγνεσθαι, παντὶ γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν σχεῖν. ὅτου μὲν οὖν ὁ δημιουργὸς πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον βλέπων ἀεί, τοιούτῳ τινὶ προσχρώμενος παραδείγματι τὴν ἰδέαν καὶ δύναμιν ἀπεργάζεται, καλὸν ἐξ ἀνάγκης οὕτως ἀποτελεῖσθαι πᾶν. οὗ δ' ἂν εἰς τὸ γεγονὸς γεννητῷ παραδείγματι προσχρώμενος, οὐ καλόν. ὁ δὴ πᾶς οὐρανός, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο ὅτι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὀνομάσθω. σκεπτέον οὖν δὴ περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεί, γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος, γέγονεν. ὁρατὸς γὰρ ἁπτός τέ ἐστι καὶ σῶμα ἔχων. πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα αἰσθητά. τὰ δὲ αἰσθητά, δόξῃ

consident, quæ ortum habere, gigníq; diximus. Nihil autẽ gigni posse sine causis. Atq; illum quidem quasi parentem huius vniuersitatis inuenire difficile, & cũ iam inueneris, indicare in vulgus nefas. Rursus igitur videndũ, ille fabricator tãti operis, vtrum sit imitatus exemplar, íd ne quod semper vnũ & idem & sui simile, an id, quod generatũ ortúmq; dicimus. Atqui si pulcher est hic mũdus, si probus eius artifex, profectò speciem æternitatis imitari maluit. Sin secus, quod ne dictu quidem fas est, generatum exẽplum est pro æterno secutus. Nõ igitur dubiũ quin æternitatẽ maluerit exequi, quãdoquidem neque mundo quicquã pulchrius, neq; eius ædificatore præstantius. Si ergo generatus, ad id est effectus, quod ratione sapientiáq; cõprehẽditur, atq; immutabili æternitate cõtinetur. Ex quo efficitur, vt sit necesse hunc quẽ cernimus mũdum, simulacrum æternũ esse alicuius æterni. Difficillimũ autem est in omni cõquisitione rationis, exordium. De his igitur quæ diximus, hæc sit prima distinctio, in omni oratione cum his rebus de quibus videtur, explicata cognatio. Itaque cum de re stabili & immutabili disputatur, oratio talis sit, qualis sit illa, quæ neq; redargui, neq; cõuinci potest. Cum autẽ ingressa est imitata & efficta simulacra, bene agi putat, si similitudinẽ veri cõsequatur. Quãtum enim ad id quod ortum est, æternitas valet, tantũ ad fidẽ veritas. Quocirca si forte de deorum natura, ortúq; mũdi disserẽtes, minus id quod habemus, animo consequimur, vt tota dilucide & planè oratio exornata sibi cõstet, & ex omni parte secũ ipsa cõsentiat: haud sanè erit mirũ, contẽtíq; esse debetis, si probabilia dicẽtur. Æquũ est enim meminisse, & me qui disserã hominẽ esse & vos qui iudicatis, vt si probabilia dicẽtur, nil vltra requiratis. Quæramus igitur causam quæ eũ impulerit qui hæc machinatus sit, vt originẽ rerũ & molitionẽ nouã quæreret: Probitate videlicet præstabat, probus autẽ inuidet nemini. Itaq; omnia sui similia generauit. Hæc nimirũ gignẽdi mũdi causa iustissima. Nã cũ cõstituisset Deus bonis omnibus explere mundum, mali nihil admiscere

περιληπτὰ μετ' αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη. τῷ δ' αὖ γενομένῳ φαμὲν, ὑπ' αἰτίου τινὸς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι. τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. τόδ' αὖ πάλιν ἐπισκεπτέον περὶ αὐτοῦ, πρὸς πότερον τῶν παραδειγμάτων ὁ τεκταινόμενος αὐτὸν ἀπειργάζετο. πότερον πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον, ἢ πρὸς τὸ γεγονός; εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος, ὅ τε δημιουργὸς ἀγαθὸς, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν. εἰ δὲ, ὃ μηδ' εἰπεῖν τινι θέμις, πρὸς τὸ γεγονός. παντὶ δὲ σαφὲς, ὅτι πρὸς τὸ ἀΐδιον, ὁ μὲν γὰρ κάλλιστος τῶν γεγονότων, ὁ δ' ἄριστος τῶν αἰτίων. οὕτω δὴ γεγενημένος, πρὸς τὸ λόγῳ καὶ φρονήσει περιληπτὸν, καὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχον, δεδημιούργηται. τούτων δὲ ὑπαρχόντων αὖ, καὶ πᾶσα ἀνάγκη τόνδε τὸν κόσμον, εἰκόνα τινὸς εἶναι. μέγιστον δὴ παντὸς ἄρξασθαι κατὰ φύσιν ἀρχήν. ὧδε οὖν περί τε εἰκόνος καὶ τοῦ παραδείγματος αὐτοῦ διοριστέον, ὡς ἄρα τοὺς λόγους ὧνπέρ εἰσιν ἐξηγηταὶ, τούτων αὐτῶν καὶ συγγενεῖς ὄντας. τοῦ μὲν οὖν μονίμου καὶ βεβαίου, καὶ μετὰ νοῦ καταφανοῦς μονίμους καὶ ἀμεταπτώτους, καθ' ὅσον ἀνελέγκτοις προσήκει λόγοις εἶναι, καὶ ἀκινήτοις, τούτου δεῖ μηδὲν ἐλλείπειν. τοὺς δὲ τοῦ πρὸς μὲν ἐκεῖνο ἀπεικασθέντος, ὄντος δὲ εἰκόνος, εἰκότας, ἀνά λόγον τε ἐκείνων ὄντας, ὅ τι περ πρὸς γένεσιν οὐσία, τοῦτο πρὸς πίστιν ἀλήθεια. ἐὰν οὖν, ὦ Σώκρατες, πολλὰ πολλῶν εἰπόντων περὶ θεῶν καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως, μὴ δυνατοὶ γιγνώμεθα πάντῃ πάντως αὐτοὺς αὑτοῖς ὁμολογουμένους λόγους καὶ ἀπηκριβωμένους ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσῃς. ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρὴ, μεμνημένον, ὡς ὁ λέγων ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν, ὥστε περὶ τούτων, τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους, πρέπει μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν. (ΣΩ. Ἄριστα ὦ Τίμαιε, παντάπασί τε ὡς κελεύεις ἀποδεκτέον. τὸ μὲν οὖν προοίμιον θαυμασίως ἀπεδεξάμεθά σου, τὸν δὲ δὴ νόμον ἡμῖν ἐφεξῆς πέραινε.)

ΤΙ. Λέγωμεν δὴ, δι' ἣν αἰτίαν γένεσιν καὶ τὸ πᾶν τόδε ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησεν. ἀγαθὸς ἦν. ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίνεται φθόνος. τούτου δ' ἐκτὸς ὢν, πάντα ὅτι μάλιστα ἐβουλήθη γενέσθαι παραπλήσια αὐτῷ. ταύτην δὲ γενέσεως κόσμου μάλιστ' ἄν τις ἀρχὴν κυριωτάτην παρ' ἀνδρῶν φρονίμων ἀποδεχόμενος, ὀρθότατα ἀποδέχοιτ' ἄν. βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν

quoad natura pateretur, quicquid erat quod in cernēdi sensū caderet, id sibi adsūpsit, nō tranquillū & quietū, sed immoderatè agitatū & fluctuās. Ideóq; ex inordinato in ordinē adduxit. hoc enim iudicabat esse pręstātius. Fas aūt nec est, nec vnq̄ fuit, quicq̄ nisi pulcherrimū facere eū qui esset optimus. Quū rationem igitur habuisset, reperiebat nihil esse eorum, quæ natura cernerētur, nō intelligens intelligente in toto genere præstātius: intelligētiam autem nisi in animo nulla alia in natura posse reperiri. quocirca intelligentiā in animo, animū cōclusit in corpore. Sic ratus est opus illud effectum esse pulcherrimū. Quā ob caussam nō est cunctandum profiteri, si modo inuestigari aliquid cōiectura potest, hunc mundum animal esse, idq; intelligens, & diuina prouidētia cōstitutum. Hoc posito, quod sequitur videndum est, cuiusnā animātium deus in fingendo mūdo similitudinem secutus sit. Nullius profectò eorum quidem quæ sunt nobis nota animātia. Sunt enim omnia in quædam genera partita, aut inchoata, nulla ex parte perfecta. Imperfecto autem nec absoluto simile, pulchrū esse nihil potest. Cuius ergo omne animal quasi particula quædam est, siue in singulis, siue in diuerso genere cernatur, eius similem mūdum esse dicamus. Omnes igitur qui animo cernūtur, & ratione intelliguntur animātes, cōplexu rationis & intelligentiæ, sicut homines hoc mundo, & pecudes, & omnia quæ sub aspectum cadunt, cōprehenduntur. Quod enim pulcherrimū in rerum natura intelligi potest, & quod ex omni parte absolutissimum est, quum deus similem mūdum efficere vellet, animal vnum aspectabile, in quo omnia animalia cōtinerentur, effecit. Rectè ne igitur vnum mūdum dixerimus, an sint plures, & innumerabiles, dictu veriùs & melius. Vnus profectò, si quidem factus est ad exēplum. Quod enim omnęs animanteis eos, qui ratione intelliguntur cōplectitur, id non potest esse cum altero. Rursus enim alius animans, qui eum contineat, sit necesse est, cuius partes sint animātes superiores. Cælúmq; hoc simulacrū illius vltimi sit, non proximi. Quorū ne quid accideret, atq; vt

εἶναι κατὰ δύναμιν. οὕτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν παραλαβὼν, οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, ἡγησάμενος ἐκεῖνο τούτου πάντως ἄμεινον. θέμις δὲ οὔτ' ἦν, οὔτ' ἔστι τῷ ἀρίστῳ δρᾶν ἄλλο πλὴν τὸ κάλλιστον. λογισάμενος οὖν εὕρισκεν ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ὁρατῶν οὐδὲν ἀνόητον, τοῦ νοῦν ἔχοντος, ὅλον ὅλου κάλλιον ἔσεσθαί ποτ' ἔργον. νοῦν δ' αὖ χωρὶς ψυχῆς ἀδύνατον παραγενέσθαι τῳ. διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι συνιστὰς, τὸ πᾶν ξυνετεκταίνετο ὅπως ὅτι κάλλιστον εἴη κατὰ φύσιν ἄριστόν τε ἔργον ἀπειργασμένος. οὕτω οὖν δὴ κατὰ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν, τόνδε τὸν κόσμον ζῶον ἔμψυχον ἔννουν τε, τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν τούτου δ' ὑπάρχοντος αὖ τὰ τούτοις ἐφεξῆς ἡμῖν λεκτέον, τίνι τῶν ζώων αὐτὸ εἰς ὁμοιότητα ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησε. τῶν μὲν οὖν ἐν μέρους εἴδει πεφυκότων, μηδενὶ καταξιώσωμεν. ἀτελεῖ γὰρ ἐοικὸς οὐδέν ποτ' ἂν γένοιτο καλόν. οὗ δ' ἔστι τἆλλα ζῶα καθ' ἓν καὶ κατὰ γένη μόρια, πάντων ὁμοιότατον αὐτῶν εἶναι τιθῶμεν. τὰ γὰρ δὴ νοητὰ ζῶα πάντα ἐκεῖνο ἐν ἑαυτῷ περιλαβὸν ἔχει, καθάπερ ὅδε ὁ κόσμος ἡμᾶς, ὅσα τε ἄλλα θρέμματα συνέστηκεν ὁρατά. τῷ γὰρ τῶν νοουμένων καλλίστῳ καὶ κατὰ πάντα τελέῳ μάλιστ' αὐτὸν θεὸς ὁμοιῶσαι βουληθεὶς, ζῶον ἓν ὁρατὸν, πάνθ' ὅσα κατὰ φύσιν αὐτοῦ συγγενῆ ζῶα ἐντὸς ἔχον ἑαυτοῦ συνέστησε. πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους, λέγειν ἦν ὀρθότερον; ἕνα. εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος ἔσται. τὸ γὰρ περιέχον πάντα ὁπόσα νοητὰ ζῶα, μεθ' ἑτέρου δεύτερον οὐκ ἄν ποτ' εἴη. πάλιν γὰρ ἂν ἕτερον εἶναι τὸ περὶ ἐκείνω δέοι ζῶον, οὗ μέρος ἂν εἴτην ἐκείνω, καὶ οὐκ ἂν ἔτι ἐκείνοιν, ἀλλ' ἐκείνῳ τῷ περιέχοντι τόδ' ἂν ἀφωμοιωμένον λέγοιτο ὀρθότερον. ἵνα οὖν τόδε κατὰ τὴν μόνωσιν ὅμοιον ᾖ τῷ παντελεῖ ζώῳ, διὰ

hic mundus esset animãti absoluto simillimus hoc ipso ꝙ solus atq; vnus esset: idcirco singularem Deus hunc mundũ atq; vnigenã procreauit. Corporeũ autẽ & aspectabile itémq; tractabile omne necesse est esse, quod natum est. Nihil porro igni vacuũ videri potest, nec vero tangi, quod careat solido, solidũ autẽ nihil quod terræ sit expers. Quãobrem mundum efficere moliens Deus, terrã primum ignémq; iungebat. Omnia autẽ duo ad cohærẽdum tertiũ aliquid requirũt, & quasi nodũ vinculúmq; desyderãt. Sed vinculorum id est aptissimũ atq; pulcherrimũ, quod ex se atq; de his quæ astringit q̃ maximè vnũ efficit. id optimè assequitur, quæ græcè ἀναλογία, latinè (audẽdum est enim, quoniã hæc primum à nobis nouantur) cõparatio proportióve dici potest. Quãdo enim trium vel numerorũ, vel figurarum, vel quorũcunq; generum cõtingit, vt quod mediũ sit, vti primũ proportione, ita id postremo cõparetur, vicissímq; vt extremũ cum medio, sic mediũ cum primo cõferatur: id quod mediũ est, tum primũ fit, tum postremũ, postrema verò & prima media fiunt. Ita necessitas cogit, vt eadẽ sint quæ deiuncta fuerunt. Eadẽ autem cum facta sint, efficitur, vt omnia sint vnũ. Quòd si vniuersitatis corpus planũ & æquabile explicaretur, neq; in eo quicq̃ esset requisitũ, vnum interiectum mediũ & seipsum & ea quibus esset interpositum colligaret. Sed cum soliditas mũdo quæreretur, solida autẽ omnia, vno medio nunq̃ duobus semper copulẽtur: ita contigit, vt inter ignẽ & terrã aquã Deus aerémq; poneret, eáq; inter se cõpararet ac proportione cõiungeret, vt quẽadmodum ignis aeri, sic aer aquæ, quódque aer aquæ, id aqua terræ proportione redderet. Qua ex cõiunctione cælum ita actũ est, vt sub aspectum & tactũ cadat. Itaq; & ob eã causam, & ab iis rebus numero quatuor, mundi est corpus effectum, ea cõstructum proportione quã dixi. Ex quo ipse se cõcordi quadam amicitia & charitate cõplectitur, atq; ita aptè cohæret, vt dissolui nullo modo queat, nisi ab eodẽ à quo est ligatus. Earum autẽ quatuor rerum, quas supra dixi, sic in omni mũdo oẽs partes collocatæ

ταῦτα οὔτε δύο, οὔτ' ἀπείρους ἐποίησεν ὁ ποιῶν κόσμους. ἀλλ' εἷς ὅδε μονογενὴς οὐρανὸς γεγονὼς, ἔστι τε καὶ ἔσται. σωματοειδὲς δὴ καὶ ὁρατὸν, ἁπτόν τε δεῖ τὸ γενόμενον εἶναι. χωρισθὲν δὲ τε πυρὸς, οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο, οὐδὲ ἁπτὸν ἄνευ τινὸς στερεοῦ. στερεὸν δὲ οὐκ ἄνευ γῆς. ὅθεν ἐκ πυρὸς καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς ἀρχόμενος συνιστάναι σῶμα ὁ θεὸς ἐποίει. δύο δὲ μόνω ξυνίστασθαι τρίτου χωρὶς, οὐ δυνατόν. δεσμὸν γὰρ ἐν μέσῳ δεῖ τινα ἀμφοῖν ξυναγωγὸν γίγνεσθαι. δεσμῶν δ' ὁ κάλλιστος, ὃς ἂν αὑτὸν καὶ τὰ ξυνδούμενα, ὅτι μάλιστα ἓν ποιῇ. τοῦτο δὲ πέφυκεν ἀναλογία κάλλιστα ἀποτελεῖν. ὁπόταν γὰρ ἀριθμῶν τριῶν εἴτε ὄγκων εἴτε δυνάμεων ὡντινωνοῦν ᾖ τὸ μέσον, ὅτι περ τὸ πρῶτον πρὸς αὐτὸ, τοῦτο αὐτὸ πρὸς τὸ ἔσχατον, καὶ πάλιν αὖθις ὅτι τὸ ἔσχατον πρὸς τὸ μέσον, τοῦτο τὸ μέσον πρὸς τὸ πρῶτον, τότε τὸ μέσον μὲν πρῶτον καὶ ἔσχατον γιγνόμενον, τὸ δὲ ἔσχατον καὶ πρῶτον, αὖ μέσα ἀμφότερα. πάνθ' οὕτως ἐξ ἀνάγκης ταὐτὰ εἶναι ξυμβήσεται. τὰ αὐτὰ δὲ γενόμενα ἀλλήλοις, ἓν πάντα ἔσται. εἰ μὲν οὖν ἐπίπεδον μὲν, βάθος δὲ μηδὲν ἔχον, ἔδει γίγνεσθαι τὸ τοῦ παντὸς σῶμα, μία μεσότης ἂν ἐξήρκει τά τε μεθ' αὑτῆς ξυνδεῖν καὶ ἑαυτὴν νῦν δὲ στερεὸν μὲν αὐτὸ προσῆκεν εἶναι, τὰ δὲ στερεὰ μία μὲν οὐδέποτε, δύο δὲ ἀεὶ μεσότητες συναρμόττουσιν. οὕτω δὲ πυρός τε καὶ γῆς, ὕδωρ ἀέρα τε ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θεὶς, καὶ πρὸς ἄλληλα καθ' ὅσον ἦν δυνατὸν ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος, ὅτι πῦρ πρὸς ἀέρα, τοῦτο ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, καὶ ὅτι ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, τοῦτο δ' ὕδωρ πρὸς γῆν. ξυνέδησε καὶ ξυνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν καὶ ἁπτόν. καὶ διὰ ταῦτα ἔκ τε δὴ τούτων τοιούτων καὶ τὸν ἀριθμὸν τεττάρων τὸ τοῦ κόσμου σῶμα ἐγεννήθη δι' ἀναλογίας ὁμολογῆσαν. φιλίαν τε ἔσχεν ἐκ τούτων, ὥστ' εἰς ταὐτὸν αὑτῷ ξυνελθὸν ἄλυτον ὑπὸ τῶν ἄλλων, πλὴν ὑπὸ τοῦ ξυνδήσαντος γενέσθαι. τῶν δὲ δὴ τεττάρων, ἓν ὅλον ἕκαστον εἴληφεν ἡ τοῦ κόσμου σύστασις. ἐκ γὰρ πυρὸς παντὸς, ὕδατός τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς ξυνέστησεν αὐτὸν ὁ ξυνιστάς.

μόρος οὐδὲν οὐδενὸς οὐδὲ δύναμιν ἔξωθεν ὑπολείπων. τάδε διανοηθεὶς, πρῶτον μὲν ἵνα ὅλον ὅτι μάλιστα ζῶον τέλεον ἐκ τελέων τῶν μερῶν εἴη. πρὸς δὲ τούτοις ἕν, ἅτε οὐχ ὑπολελειμμένων ἐξ ὧν ἄλλο τοιοῦτ' ἂν γένοιτο. ἔτι δὲ, ἵνα ἀγήρων καὶ ἄνοσον ᾖ, κατανοῶν ὡς ξυνιστᾶ τὰ σώματα θερμὰ καὶ ψυχρὰ καὶ πάνθ' ὅσα δυνάμεις ἰσχυρὰς ἔχει, περιϊστάμενα ἔξωθεν καὶ προσπίπτοντα ἀκαίρως λύει, καὶ νόσους γῆράς τε ἐπάγοντα, φθίνειν ποιεῖ. διὰ δὴ τὴν αἰτίαν καὶ τὸν λογισμὸν τόνδε, ἓν ὅλον ἐξ ἁπάντων τέλεον καὶ ἀγήρων καὶ ἄνοσον, αὐτὸν ἐτεκτήνατο, καὶ σχῆμα δὲ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ πρέπον καὶ ξυγγενές. τῷ δὲ γοῦν τὰ πάντ' ἐν αὐτῷ ζῶα περιέχειν μέλλοντι ζώῳ, πρέπον ἂν εἴη σχῆμα τὸ περιειληφὸς ἐν αὐτῷ πάντα ὁπόσα σχήματα. διὸ καὶ σφαιροειδὲς ἐκ μέσου πάντῃ πρὸς τὰς τελευτὰς ἴσον ἀπέχον, κυκλοτερὲς αὐτὸ ἐτορνεύσατο, πάντων τελεώτατον, ὁμοιότατόν τε αὐτὸ ἑαυτῷ σχημάτων, νομίσας μυρίῳ κάλλιον ὅμοιον ἀνομοίου. λεῖον δὲ δὴ κύκλῳ πᾶν ἔξωθεν αὐτὸ ἀπηκριβοῦτο πολλῶν χάριν. ὀμμάτων τε γὰρ ἐπεδεῖτο οὐδέν. ὁρατὸν γὰρ οὐδὲν ὑπελείπετο ἔξωθεν, οὐδ' ἀκοῆς, οὐδὲ γὰρ ἀκουστόν. πνεῦμά τε οὐκ ἦν περιεστὼς δεόμενον ἀναπνοῆς, οὐδ' αὖ τινος ἐπιδεὲς ἦν ὀργάνου σχεῖν, ᾧ τὴν μὲν εἰς ἑαυτὸ τροφὴν δέξοιτο, τὴν δὲ πρότερον ἐξικμασμένην ἀποπέμψοι πάλιν, ἀπῄει τε γὰρ οὐδὲν, οὐδὲ προσῄει αὐτῷ ποθεν οὐδέν. οὐ γὰρ ἦν, αὐτὸ γοῦν ἑαυτῷ τροφὴν τὴν ἑαυτοῦ φθίσιν παρέχον, καὶ πάντα ἐν αὐτῷ καὶ ὑφ' αὐτοῦ πάσχον καὶ δρῶν, ἐκ τέχνης γέγονεν. ἡγήσατο γοῦν αὐτὸ ὁ ξυνθεὶς, αὔταρκες ὂν, ἄμεινον ἔσεσθαι μᾶλλον, ἢ προσδεὲς ἄλλων. χειρῶν δὲ αἷς οὔτε λαβεῖν, οὔτε αὖ τινα ἀμύνασθαι χρεία τις ἦν, μάτην οὐκ ᾤετο δεῖν αὐτῷ προσάπτειν, οὐδὲ ποδῶν, οὐδὲ ὅλως τῆς περὶ τὴν βάσιν ὑπηρεσίας, κίνησιν γὰρ ἀπένειμεν αὐτῷ τὴν τοῦ σώματος οἰκείαν, τῶν ἑπτὰ τὴν περὶ νοῦν καὶ φρόνησιν μάλιστα οὖσαν. διὸ δὴ κατὰ ταὐτὰ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἐν αὐτῷ

ſunt, vt nulla pars huiuſce generis excederet extra, atq; in hoc vniuerſo ineſſent genera illa vniuerſa. Id ob eas cauſas, primũ vt mũdus animãs poſsit ex perfectis partib⁹ eſſe perfect⁹. Deinde, vt vnus eſſet, nulla parte vnde altera gigneretur relicta: poſtremo, ne quis morbus eũ poſsit, aut ſenectus affligere. Omnis enim coagmẽtatio corporis vel calore vel frigore vel aliqua impulſione vehemẽti labefactatur & frãgitur, & ad morbos ſenectutẽmq; cõpellitur. Hãc igitur habuit rationẽ, effector mundi molitórq; Deus, vt vnum opus totũ atq; perfectũ, ex omnibus totis atq; perfectis abſolueretur, quod omni morbo ſeniòve careret. Formã autem & maximê ſibi cognatã & decorã dedit. A quo enim animãte omnes reliquos cõtineri vellet animãtes, hunc ea forma figurauit, qua vna omnes reliquæ formæ concluduntur. Ergo globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant, cuius omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur. Idq; ita tornauit, vt nihil effici poſsit rotundius, nihil vt aſperitatis haberet, nihil offẽſionis, nihil incluſũ angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum, omnéſque partes ſimillimæ omnium, quo ad eius præſtabat iudicio, ſimilitudinis diſsimilitudo. Omni autẽ totam figuram mundi leuitate circũdedit. Nec enim oculis egebat, quia nihil extra quod cerni poſſet, relictũ erat: nec auribus, quia ne quod audiretur quidẽ. neq; erãt aere circunfuſa extrema mundi, vt reſpirationẽ requireret. Nec vero deſyderabat aut alimẽta corporis, aut detractionẽ cõfecti & cõſumpti cibi. neq; enim vlla deceſsio fieri poterat, neq; acceſsio, neq; vero erat vnde. Ita ſe ipſe conſumptione & ſenio alebat ſui, cum ipſe per ſe & à ſe & pateretur & faceret omnia. Sic enim ratus eſt ille, qui iſta iũxit & cõdidit, ipſum ſe cõtentum eſſe mundũ, neq; egere altero. Itaq; nec ei manus affixit, quia nec capiẽdum quicq̃ erat, neq; repellẽdum: nec pedes nec alia membra, quibus ingreſſus corpore ſuſtineret. ¦Motum enim dedit cælo eũ qui figuræ ſit aptiſsimus, qui vnus ex ſeptẽ motibus mẽtem atq; intelligentiam cohiberet. Maxima itaq; vna cõuerſione atq; eadem ipſe

circum se torquetur & vertitur. Sex autẽ reliquos motus ab eo separauit. itaq; eum ab omni erratione liberauit. Ad hanc igitur conuersionẽ quæ pedibus & manibus nõ egeret, ingredien di mẽbra nõ dedit Deus is qui erat, de aliquãdo Deo futuro cogitãs, leuẽ eum effecit, & vndiq; æquabilẽ, & à medio ad summum parẽ & perfectum atq; absolutum ex absolutis atq; perfectis. Animum autẽ vt in eius medio collocauit, ita per totũ tetẽdit. deinde eũ circundedit corpore & vestiuit extrinsecus, cæloq; soliuago & volubili & in orbem incitato cõplexus est, ꝙ secũ ipsum propter virtutẽ facile esse posset, nec desyderaret alterum, satis sibi notus, & familiaris. Sic Deus ille æternus hunc perfectè beatũ Deum procreauit. sed animũ haud ita vt modo locuti sumus, tum deniq; cũ corpus ei effecisset, inchoauit. Neq; enim esset rectũ, minori parere maiorẽ. Sed nos multa incõsyderatè ac temerè dicimus. Deus autẽ, & ortu & virtute antiquiorẽ genuit animũ, eúmq; vt dominũ atq; imperãtem obediẽti præfecit corpori, idq; molitus tali quodã est modo. Ex materia quæ indiuidua est, & quæ semper vnius modi suiq; similis, & ex ea quæ corporibus diuidua gignitur, tertiũ materiæ genus admiscuit ex duobus in mediũ, quod esset eiusdem naturæ & quod alterius, idq; interiecit inter indiuiduũ atq; id quod esset diuiduũ in corpore. Et cum tria sumpsisset, vnã in speciem tẽperauit, naturámq; illã quam alterius diximus, vi cũ eadẽ cõiunxit, fugientẽ & eius copulationis alienã permiscẽs cũ materia, cũ ex trib⁹ effecisset vnũ, id ipsum in ea quæ decuit mẽbra partitus est. Iã partes singulas ex eodẽ, & ex altero, & ex materia tẽperauit. Fuit autẽ talis illa partitio. Vnã principio partẽ detraxit ex toto: secundã autẽ primæ partis duplã. deinde tertiã quæ esset secũdæ sesquialtera, primæ tripla. deinde quartã quæ secũdæ dupla esset: quintã inde quæ tertiæ tripla: tum sextã octuplã primæ: postremo septimã, quæ septẽ & viginti partibus antecederet primæ. Deinde instituit dupla & tripla interualla explere, partes rursus ex toto desecãs: quas interuallis ita locabat, vt in singulis essent bina media. (Vix

περιαγαγὼν αὐτὸ, ἐποίησε κύκλῳ κινεῖσθαι στρεφόμενον. τὰς δὲ ἓξ ἁπάσας κινήσεις ἀφεῖλεν καὶ ἀπλανὲς ἀπειργάσατο ἐκείνων. ἐπὶ δὲ τὴν περίοδον ταύτην, ἅτ' οὐδὲν ποδῶν δέον, ἀσκελὲς καὶ ἄπουν αὐτὸ ἐγέννησεν, οὗτος δὴ πᾶς ὄντος ἀεὶ λογισμὸς θεοῦ, περὶ τὸν ποτὲ ἐσόμενον θεὸν λογισθεὶς, λεῖον καὶ ὁμαλὸν πανταχῆ τε ἐκ μέσου ἴσον τε ὅλον καὶ τέλεον ἐκ τελέων σωμάτων, σῶμα ἐποίησε. ψυχὴν δὲ εἰς τὸ μέσον αὐτοῦ θεὶς, διὰ παντός τε ἔτεινε, καὶ ἔτι ἔξωθεν τὸ σῶμα αὐτῇ περιεκάλυψε, καὶ κύκλῳ δὴ κύκλον στρεφόμενον, οὐρανὸν ἕνα μόνον ἔρημον κατέστησε, δι' ἀρετὴν αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενον ξυγγίγνεσθαι, καὶ οὐδενὸς ἑτέρου προσδεόμενον, γνώριμον δὲ καὶ φίλον ἱκανῶς αὐτὸν αὑτῷ. διὰ πάντα δὴ ταῦτα, εὐδαίμονα θεὸν αὐτὸν ἐγεννήσατο. τὴν δὲ δὴ ψυχὴν οὐχ ὡς νῦν ὑστέραν ἐπιχειροῦμεν λέγειν, οὕτως ἐμηχανήσατο καὶ ὁ θεὸς νεωτέραν. οὐ γὰρ ἂν ἄρχεσθαι πρεσβύτερον ὑπὸ νεωτέρου συνέρξας εἴασεν. ἀλλά πως ἡμεῖς πολὺ μετέχοντες τοῦ προστυχόντος τε καὶ εἰκῆ, ταύτῃ πῃ καὶ λέγομεν. ὁ δὲ καὶ γενέσει καὶ ἀρετῇ, προτέραν καὶ πρεσβυτέραν ψυχὴν σώματος, ὡς δεσπότιν καὶ ἄρξουσαν ἀρξομένου συνεστήσατο, ἐκ τῶνδέ τε καὶ τοιῷδε τρόπῳ. τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας, καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς. τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως αὖ πέρι καὶ τῆς τοῦ ἑτέρου, καὶ κατὰ ταὐτὰ ξυνέστησεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτῶν, καὶ τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ. καὶ τρία λαβὼν αὐτὰ ὄντα, συνεκεράσατο εἰς μίαν πάντα ἰδέαν, τὴν θατέρου φύσιν δύσμικτον οὖσαν εἰς ταὐτὸν ξυναρμόττων βίᾳ. μιγνὺς δὲ μετὰ τῆς οὐσίας, καὶ ἐκ τριῶν ποιησάμενος ἓν, πάλιν ὅλον τοῦτο μοίρας ὅσας προσῆκε διένειμεν, ἑκάστην δὲ ἔκ τε ταὐτοῦ καὶ θατέρου, καὶ τῆς οὐσίας μεμιγμένην. ἤρχετο δὲ διαιρεῖν ὧδε. μίαν ἀφεῖλε τὸ πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν, μετὰ δὲ ταύτην ἀφῄρει διπλασίαν ταύτης. τὴν δ' αὖ τρίτην, ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης. τετάρτην δὲ τῆς δευτέρας διπλῆν. πέμπτην δὲ τριπλῆν τῆς τρίτης. τὴν δ' ἕκτην, τῆς πρώτης, ὀκταπλασίαν. ἑβδόμην δὲ ἑπτακαιεικοσαπλασίαν τῆς πρώτης. μετὰ δὲ ταῦτα ξυνεπληροῦτο τά τε διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα. μοίρας ἔτι ἐκεῖθεν ἀποτέμνων καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων, ὥστε ἐν ἑκάστῳ διαστήματι, δύο εἶναι μεσότητας.

τὴν μὲν ταὐτῷ μέρει, τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, τὴν δ' ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομένην. ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γενομένων, ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς πρόσθεν διαστάσεσι, τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦτο, λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον. τῆς τοῦ μορίου ταύτης διαστάσεως λειφθείσης, ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους, ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων πρὸς τρία καὶ τετταράκοντα καὶ διακόσια. καὶ δὴ τὸ μιχθὲν ἐξ οὗ ταῦτα κατέτεμνεν, οὕτω ἤδη πᾶν ἀνηλώκει. ταύτην οὖν τὴν ξύστασιν πᾶσαν, διπλῆν κατὰ μῆκος σχίσας, μέσην πρὸς μέσην ἑκατέραν ἀλλήλαις, οἷον χῖ προσβαλὼν, κατέκαμψεν εἰς κύκλον, ξυνάψας αὐταῖς τε καὶ ἀλλήλαις ἐν τῷ καταντικρὺ τῆς προσβολῆς. καὶ τῇ κατὰ ταυτὰ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ περιαγομένῃ κινήσει πέριξ αὐτὰς ἔλαβε. καὶ τὸν μὲν ἔξω, τὸν δ' ἐντὸς ἐποιεῖτο τῶν κύκλων. τὴν μὲν οὖν ἔξω φορὰν ἐπεφήμισεν εἶναι τῆς ταυτοῦ φύσεως, τὴν δ' ἐντὸς, τῆς θατέρου. τὴν μὲν δὴ ταυτοῦ, κατὰ πλευρὰν ἐπιδεξιὰ περιήγαγε, τὴν δὲ θατέρου κατὰ διάμετρον ἐπ' ἀριστερά. κράτος δ' ἔδωκε τῇ ταυτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾷ· μίαν γὰρ αὐτὴν ἄσχιστον εἴασε, τὴν δ' ἐντὸς σχίσας ἑξαχῇ, ἑπτὰ κύκλους ἀνίσους κατὰ τὴν τοῦ διπλασίου καὶ τριπλασίου διάστασιν ἑκάστην, οὐσῶν ἑκατέρων τριῶν, κατὰ τἀναντία μὲν ἀλλήλοις προσέταξεν ἰέναι τοὺς κύκλους. τάχει δὲ τρεῖς μὲν ὁμοίως, τοὺς δὲ τέτταρας ἀλλήλοις καὶ τοῖς τρισὶν ἀνομοίως, ἐν λόγῳ δὲ φερομένους. ἐπεὶ δὴ κατὰ νοῦν τῷ ξυνιστάντι πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς ξύστασις ἐγεγένητο, μετὰ τοῦτο πᾶν τὸ σωματοειδὲς ἐντὸς αὐτῆς ἐτεκταίνετο, καὶ μέσον μέσῃ ξυναγαγὼν προσήρμοττεν. ἡ δ' ἐκ μέσου πρὸς τὸν ἔσχατον οὐρανὸν πάντῃ διαπλακεῖσα, κύκλῳ τε αὐτὸν ἔξωθεν περικαλύψασα, αὐτή τε ἐν αὑτῇ στρεφομένη, θείαν ἀρχὴν ἤρξατο ἀπαύστου καὶ ἔμφρονος βίου πρὸς τὸν ξύμπαντα χρόνον. καὶ τὸ μὲν δὴ σῶμα ὁρατὸν οὐρανοῦ γέγονεν, αὐτὴ δὲ ἀόρατος μὲν, λογισμοῦ δὲ μετέχουσα καὶ ἁρμονίας ψυχὴ, τῶν νοητῶν, ἀεί τε ὄντων, ὑπὸ τοῦ ἀρίστου

enim audeo dicere medietates,quas Græci μεσότητας appellãt, sed quasi ita dixerim ita intelligatur,erit enim planius.) Earũ alterã eadẽ parte præstãtem extremis atq; superatã,alterã pari numero præstantẽ extremis pariq; numero superatã.Sesquialteris autẽ interuallis & sesquitertiis,& sesquioctauis sumptis ex his colligationib⁹,in primis interuallis sesquioctauo interuallo sesquitertia omnia explebat: cũ particulã singularũ relinqueret. Eius autẽ particulæ interuallo relicto, habebat numerus ad numerũ eandẽ proportionẽ cõparationẽmq; in extremis,quã habẽt CCLVI. cũ CCXLIII.atq; ita permixtum illud ex quo hæc secuerat,etiã omne cõsumpserat. Hãc igitur omnẽ cõiunctionẽ duplicẽ in lõgitudinẽ diffidit,mediæq; accõmodans mediã, quasi decussauit, deinde in orbẽ torsit, vt & ipsæ secũ & inter se ex cõmissura quę è regione esset,iũgerẽtur, eóq; motu qui semper in eodẽ erat,eodẽmq; modo ciebatur,vndiq; est eos circũplexus. Atq; ita cũ alterum esset exteriorẽ amplexus orbẽ,illum eiusdẽ naturæ,hũc alterius notauit:eámque quæ erat eiusdẽ detorsit à latere in dextrã partem. hanc autem citimã à media linea direxit ad læuam. Sed principatũ dedit superiori,quã solam indiuiduã reliquit. Interiorem autem cũ in sex partes cæli diuisisset,septẽ orbeis dispares duplo & triplo interuallo moueri iussit,cõtrariis inter se cursibus,eorũ autem trium fecit pares celeritates,sed quatuor & inter se dispares,& trium reliquorũ. Animum igitur cum ille procreator mundi Deus ex sua mente & diuinitate genuisset,tum denique omne quod erat cõcretum atq; corporeum substernebat animo,interiúsq; faciebat,atq; ita mediæ mediã accommodãs copulabat. Sic animus à medio profectus,extremitatẽ cæli à suprema regione rotũdo ambitu circuniecit, seséq; ipse versans, diuinæ, sempiternæ,sapientísq; vitæ induxit exordiũ. Et corpus quidẽ cæli spectabile effectum est,animus autem oculorum effugit obtutũ. Est aũt animus ex omnibus rationis cõtentionísq; (ἁρμονίας græcè) sempiternarum rerũ,& sub intelligentiam cadẽtiũ cõpos & particeps, quo nihil ab optimo & præstãtissimo

genitore melius procreatum, quippe qui ex eadem vinctus, alteráque natura, adiūcta materia temperatione trium partium & proportione compacta, se ipse conuersans, cum materiam mutabilem arripuisset, & cum rursus indiuiduam atque simplicem per quam omnis mouetur: discernit quid sit eiusdem generis, & quid alterius, & cætera diiudicat, quid cuiq; rei sit maximè aptum, quid quoque loco aut modo aut tempore contingat, quæque distinctio sit inter ea quæ gignuntur & ea quæ sunt semper eadem. Ratio autem vera quæ versatur in iis quæ sunt semper eadem, & in eodem & in altero mouetur ipsa per sese sine voce & sine vllo sono, cum eam partem attingit qua sensus cieri potest, & orbis illius generis alterius immutatus rectus, omnia animo mentique denūtiat: tum opiniones assensionésque firmæ veræq; gignuntur. Cum autem in illis rebus vertitur, quæ manentes semper eædem non sensu, sed intelligentia continentur.

ἀρίστη γενομένη τῶν γεννηθέντων. ἅτε οὖν ἐκ τῆς ταὐτοῦ καὶ τῆς θατέρου φύσεως, ἔκ τε οὐσίας τριῶν τούτων συγκραθεῖσα μοιρῶν, καὶ ἀνάλογον μερισθεῖσα καὶ ξυνδεθεῖσα, αὐτή τε ἀνακυκλουμένη πρὸς αὑτὴν, ὅταν οὐσίαν σκεδαστὴν ἔχοντός τινος ἐφάπτηται, καὶ ὅταν ἀμέριστον, λέγει κινουμένη διὰ πάσης ἑαυτῆς, ὅτῳ δ' ἄν τι ταὐτὸν ᾖ, καὶ ὅτου ἂν ἕτερον, πρὸς ὅτι τε μάλιστα καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως καὶ ὁπότε συμβαίνει κατὰ τὰ γιγνόμενά τε πρὸς ἕκαστον ἕκαστα εἶναι καὶ πάσχειν, καὶ πρὸς τὰ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα ἀεί. λόγος δὲ ὁ κατὰ ταὐτὸν ἀληθὴς γιγνόμενος, περί τε θάτερον ὢν, καὶ περὶ τὸ ταὐτὸν ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος ἄνευ φθόγγου καὶ ἠχῆς, ὅταν μὲν περὶ τὸ αἰσθητὸν γίγνηται, καὶ ὅταν θατέρου κύκλος ὀρθὸς ἰὼν, εἰς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διαγγείλῃ, δόξαι καὶ πίστεις γίγνονται βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς· ὅταν δὲ περὶ τὸ λογιστικὸν ᾖ, καὶ ὁ ταὐτοῦ κύκλος εὔτροχος ὢν αὐτὰ μηνύσῃ, νοῦς ἐπιστήμη τε ἐξ ἀνάγκης ἀποτελεῖται. τούτω δὲ ἐν ᾧ τῶν ὄντων ἐγγίγνεσθον, ἄν ποτέ τις αὐτὸ ἄλλο πλὴν ψυχὴν εἴπῃ, πᾶν μᾶλλον ἢ τἀληθὲς ἐρεῖ. ὡς δὲ κινηθέν τε αὐτὸ, καὶ ζῶν ἐνενόησε τῶν ἀϊδίων θεῶν γεγονὸς ἄγαλμα, ὁ γεννήσας πατὴρ, ἠγάσθη τε καὶ εὐφρανθεὶς, ἔτι δὴ μᾶλλον ὅμοιον πρὸς τὸ παράδειγμα ἐπενόησεν ἀπεργάσασθαι. καθάπερ οὖν αὐτὸ τυγχάνει ζῶον ἀΐδιον, καὶ τόδε πᾶν, οὕτως εἰς δύναμιν ἐπεχείρησε τοιοῦτον ἀποτελεῖν. ἡ μὲν οὖν ζώου φύσις ἐτύγχανεν οὖσα αἰώνιος, καὶ τοῦτο μὲν δὴ τῷ γεννητῷ παντελῶς προσάπτειν, οὐκ ἦν δυνατόν. εἰκόνα δ' ἐπινοεῖ κινητήν τινα αἰῶνος ποιῆσαι, καὶ διακοσμῶν ἅμα οὐρανὸν, ποιεῖ μένοντος αἰῶνος ἐν ἑνὶ, κατ' ἀριθμὸν ἰοῦσαν αἰώνιον εἰκόνα, τοῦτον ὃν δὴ χρόνον ὠνομάκαμεν. ἡμέρας γὰρ καὶ νύκτας καὶ μῆνας καὶ ἐνιαυτοὺς, οὐκ ὄντας πρὶν οὐρανὸν γενέσθαι, καὶ τότε ἅμα ἐκείνῳ ξυνισταμένῳ, τὴν γένεσιν αὐτῶν μηχανᾶται. ταῦτα δὲ πάντα μέρη χρόνου, καὶ τό τ' ἦν, τό τ' ἔσται. χρόνου γεγονότος εἴδη φέροντες, λανθάνομεν ἐπὶ τὴν ἀΐδιον οὐσίαν οὐκ ὀρθῶς. λέγομεν γὰρ δὴ ὡς ἦν, ἔστι τε καὶ ἔσται, τῇ δὲ τὸ ἔστι μόνον, κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον προσήκει. τὸ δὲ ἦν, τό, τ' ἔσται, περὶ τὴν ἐν χρόνῳ γένεσιν ἰοῦσαν

πρέπει λέγεσθαι. κινήσεις γάρ ἐστιν. τὸ δὲ ἀεὶ κατὰ ταυτὰ ἔχον ἀκινήτως, οὔτε πρεσβύτερον, οὔτε νεώτερον προσήκει γίγνεσθαί ποτε. οὐδὲ γεγονέναι νῦν, οὐδ' εἰς αὖθις ἔσεσθαι, τὸ παράπαν τε οὐδὲν ὅσα γένεσις τοῖς ἐν αἰσθήσει φερομένοις προσῆψεν, ἀλλὰ χρόνου ταῦτα αἰῶνά τε μιμουμένου, καὶ κατ' ἀριθμὸν κυκλουμένου γέγονεν εἴδη. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὰ τοιάδε, τό τε γεγονὸς εἶναι γεγονός, καὶ τὸ γιγνόμενον εἶναι γιγνόμενον, ἔτι δὲ τὸ γενησόμενον εἶναι γενησόμενον, καὶ τὸ μὴ ὄν, μὴ ὂν εἶναι, ὧν οὐδὲν ἀκριβῶς λέγομεν. περὶ μὲν οὖν τούτων τάχ' ἂν οὐκ εἴη καιρὸς πρέπων ἐν τῷ παρόντι διακριβολογεῖσθαι. χρόνος δ' οὖν μετ' οὐρανοῦ γέγονεν, ἵνα ἅμα γεννηθέντες, ἅμα καὶ λυθῶσιν, ἄν ποτε λύσις τις αὐτῶν γίγνηται, καὶ κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς αἰωνίου φύσεως. ἵν' ὡς ὁμοιότατος αὐτῷ κατὰ δύναμιν ᾖ. τὸ μὲν γὰρ δὴ παράδειγμα, πάντα αἰῶνά ἐστιν ὄν. ὁ δ' αὖ διὰ τέλους τὸν ἅπαντα χρόνον γεγονώς τε καὶ ὢν καὶ ἐσόμενός ἐστι μόνος. ἐξ οὖν λόγου καὶ διανοίας θεοῦ τοιαύτης πρὸς χρόνου γένεσιν, ἵνα γεννηθῇ χρόνος ἥλιος καὶ σελήνη, καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα, ἐπίκλην ἔχοντα πλανητῶν, εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου γέγονε. σώματα δ' αὐτῶν ἑκάστων ποιήσας ὁ θεὸς, ἔθηκεν εἰς τὰς περιφοράς, ἃς ἡ θατέρου περίοδος ᾔειν ἑπτὰ οὔσας, ὄντα ἑπτά. σελήνην μὲν εἰς τὸν περὶ γῆν πρῶτον. ἥλιον δ' εἰς τὸν δεύτερον ὑπὲρ γῆς. ἑωσφόρον δὲ καὶ τὸν ἱερὸν ἑρμοῦ λεγόμενον, εἰς τὸν τάχει μὲν ἰσόδρομον ἡλίῳ κύκλον ἰόντας, τὴν δ' ἐναντίαν εἰληχότας αὐτῷ δύναμιν, ὅθεν καταλαμβάνουσί τε καὶ καταλαμβάνονται, καὶ κατὰ ταῦτα ὑπ' ἀλλήλων ἥλιός τε καὶ ὁ τοῦ ἑρμοῦ καὶ ὁ ἑωσφόρος. τὰ δ' ἄλλα, οἷς δὴ καὶ δι' ἃς αἰτίας ἱδρύσατο εἴ τις ἐπεξίοι πάσας, ὁ λόγος πάρεργος ὤν, πλέον ἂν ἔργον, ὧν ἕνεκα λέγεται παράσχοι. ταῦτα μὲν οὖν ἴσως τάχ' ἂν κατὰ σχολὴν ὕστερον τῆς ἀξίας τύχοι διηγήσεως. ἐπειδὴ δὲ οὖν εἰς τὴν ἑαυτῷ πρέπουσαν ἕκαστον ἀφίκετο φορὰν, τῶν ὅσα ἔδει ξυναπεργάζεσθαι χρόνον, δεσμοῖς τε ἐμψύχοις σώματα δεθέντα ζῶα ἐγεννήθη, τό τε προσταχθὲν ἔμαθε κατὰ δὴ τὴν θατέρου φορὰν πλαγίαν οὖσαν, διὰ τῆς ταυτοῦ φύσεως ἰοῦσάν τε καὶ κρατουμένην. τὸ μὲν μείζονα αὐτῶν,

vt terram Lunæ curſus proximè ambiret, eiq; ſupra terrã proxima Solis circunuectio eſſet. Lucifer deinde & ſancta Mercurii ſtella, curſum habent Solis celeritati parẽ, ſed vim quandã contrariam, concurſatione, quã inter ſe habent Lucifer, Mercurius, Sol, alii alios vincunt, viciſsimq; vincũtur. Reliquorũ ſyderum quæ cauſa collocandi fuerit, quæq; eorum ſit collocatio, in ſermonem alium differẽdum eſt, ne in eo quod attingẽdum fuit, q̃ in eo cuius cauſa attigimus maior ponatur oratio. Quãdo igitur vnumquodq; eorũ ſyderum curſum decorum eſt adeptum, ex quibus erat motus temporis cõſignandus, colligatiſq; corporibus vinculis animalibus, cum animalia orta ſunt, eáq; imperio parêre didicerunt, tunc ex alterius naturæ motione tranſuerſa in eiuſdem naturæ motum incurrẽtia, in eáq; hærentia atq; impedita: cũ alia maiorem luſtrarent orbẽ,

alia minorē, tardiúsq; maiorē, celeriúsq; minorē, motu vnius eiusdémq; naturæ: quæ velocissimè mouebantur, ea celeritate vinci à tardioribus, & cum superarēt superari videbantur. Omneis enim orbeis eorum quasi Helicis inflexione vertebat, quia bifariā cōtrarie simul procedētia efficiebāt, vt quod esset tradissimum, id proximū fieret celerrimo. Atq; vt esset mensura quædā euidens quæ in istis octo cursibus celeritates tarditatésq; declararet, Deus ipse solem quasi lumen accendit ad secūdum supra terrā ambitū, vt q̃ maximè cælum omnibus colluceret, animantésq; quibus ius erat doceri, ab eiusdem motu & ab eo quod simile esset numerorū naturam vímq; cognoscerent. Nox igitur & dies ad hunc modū & ob has generata causas, vnum circuitū orbis efficit sapientissimū atq; optimum. Mēsis autem quādo luna lustrato suo cursu solē consecuta est. Annus vbi sol suū totum cōfecit & peragrauit orbē. Cæterorum autē syderum ambitus ignorātes homines præter admodum paucos, neq; nomen appellāt, neq; inter se numero commetiuntur. Itaq; nesciūt hos syderū errores id ipsum esse quod rite dicitur tēpus multitudine infinita, varietate admirabili præditos. Attamen illud perspici & intelligi potest, absoluto perfectóq; numero tēporis, absolutū perfectúmq; annum tūc cōpleri deniq;, cùm se octo ambitus confectis suis cursibus ad idē caput retulerūt, cúmq; eos permēsus est idē, & semper sui similis orbis. Has igitur ob causas nata astra sunt, quæ per cælū penetrātia solstitiali se & brumali reuocatione cōuerterent, vt hoc omne animal quod videmus, esset illi animali quod sentimus ad æternitatis imitationē simillimū. Et cætera quidem vsq; ad tēporis ortum impressa ab illis quæ imitabatur effinxerat, sed quia nondū omne animal in mūdo intus incluserat, ex ea parte deficiebat ad propositū exēplar imaginis similitudo. Quot igitur, & quales animaliū formas mēs in speciē rerū intuēs poterat cernere, totidē, & tales in hoc mundo secū cogitauit effingere. Erāt autē animātium genera quatuor, quorū vnū diuinū atq; cæleste, alterū pennigerū, & aereū, tertiū terrestre,

τὸ δ' ἐλάττω κύκλον ἰόν. θᾶττον μὲν, τὰ τὸν ἐλάττω· τὰ δὲ τὸν μείζονα βραδύτερον περιϊόντα. τῇ δὲ τοῦ αὐτοῦ φορᾷ τὰ τάχιστα περιϊόντα, ὑπὸ τῶν βραδύτερον ἰόντων, ἐφαίνετο καταλαμβάνοντα, καταλαμβάνεσθαι. πάντας γὰρ τοὺς κύκλους αὐτῶν στρέφουσα ἕλικα, διὰ τὸ διχῇ, κατὰ τὰ ἐναντία ἅμα προϊέναι, τὸ βραδύτατα ἀπιὸν ἀφ' αὐτῆς οὔσης ταχίστης, ἐγγύτατα ἀπέφαινεν. ἵνα δὲ εἴη μέτρον ἐναργές τι πρὸς ἄλληλα βραδυτῆτι καὶ τάχει, καὶ τὰ περὶ τὰς ὀκτὼ φορὰς πορεύοιτο, φῶς ὁ θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ περιόδων, ὃ δὴ νῦν κεκλήκαμεν ἥλιον. ἵνα ὅτι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοι τὸν οὐρανὸν, μετάσχοι τε ἀριθμοῦ τὰ ζῷα, ὅσοις ἦν προσῆκον, μαθόντα παρὰ τῆς ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾶς. νὺξ μὲν οὖν ἡμέρα τε γέγονεν. οὕτω καὶ διὰ ταῦτα ἡ τῆς μιᾶς καὶ φρονιμωτάτης κυκλήσεως περίοδος. μεὶς δὲ, ἐπειδὰν σελήνη περιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον ἥλιος ἐπικαταλάβοι. ἐνιαυτὸς δὲ ὁπόταν ἥλιος τὸν ἑαυτοῦ περιέλθοι κύκλον. τῶν δ' ἄλλων τὰς περιόδους οὐκ ἐννενοηκότες ἄνθρωποι, πλὴν ὀλίγοι τῶν πολλῶν, οὔτε ὀνομάζουσιν, οὔτε πρὸς ἄλληλα συμμετροῦνται, σκοποῦντες ἀριθμοῖς. ὥστε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐκ ἴσασι χρόνον ὄντα τὰς τούτων πλάνας. πλήθει μὲν ἀμηχάνῳ χρωμένας, πεποικιλμένας δὲ θαυμαστῶς. ἔστι δ' ὅμως οὐδὲν ἧττον κατανοῆσαι δυνατὸν, ὡς ὅγε τέλεος ἀριθμὸς, χρόνου τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε, ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων, τὰ πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα, τάχη σχῇ κεφαλὴν τῷ, τοῦ τ' αὐτοῦ καὶ ὁμοίως ἰόντος ἀναμετρηθέντα κύκλῳ. κατὰ ταῦτα δὴ τούτων ἕνεκα, ἐγεννήθη τῶν ἄστρων ὅσα δι' οὐρανοῦ πορευόμενα ἔσχε τροπὰς, ἵνα τόδ' ὡς ὁμοιότατον ᾖ τῷ τελεωτάτῳ καὶ νοητῷ ζῴῳ πρὸς τὴν τῆς διαιωνίας μίμησιν φύσεως. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἤδη μέχρι χρόνου γενέσεως ἀπείργαστο, εἰς ὁμοιότητα ᾧπερ ἀπεικάζετο. τῷ δὲ μήπω τὰ πάντα ζῷα ἐντὸς αὐτοῦ γεγενημένα περιειληφέναι, ταύτῃ ἔτι εἶχεν ἀνομοίως. τοῦτο δὴ τὸ κατάλοιπον ἀπειργάζετο αὐτοῦ πρὸς τὴν τοῦ παραδείγματος ἀποτυπούμενος φύσιν. ᾗπερ οὖν νοῦς ἐνούσας ἰδέας τῷ ὃ ἔστι ζῷον, οἷαί τε ἔνεισι καὶ ὅσαι καθορᾷ, τοιαύτας καὶ τοσαύτας διενοήθη δεῖν καὶ τόδε σχεῖν. εἰσὶ δὲ τέτταρες. μία, μὲν οὐράνιον θεῶν γένος. ἄλλη δὲ πτηνὸν καὶ ἀεροπόρον. τρίτη δὲ ἔνυδρον εἶδος. πεζὸν δὲ καὶ χερσαῖον,

τέταρτον, τοῦ μὲν θείου τὴν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς ἀπειργάζετο, ὅπως ὅτι λαμπρότατον, ἰδεῖν τε κάλλιστον εἴη. τῷ δὲ παντὶ προσεικάζων εὔκυκλον ἐποίει, τίθησί τε εἰς τὴν τοῦ κρατίστου φρόνησιν, ἐκείνῳ ξυνεπόμενον, νείμας περὶ πάντα κύκλῳ τὸν οὐρανὸν, κόσμον ἀληθινὸν αὐτῷ πεποικιλμένον εἶναι καθ' ὅλον. κινήσεις δὲ δύο προσῆψεν ἑκάστῳ, τὴν μὲν ἐν ταὐτῷ κατὰ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἀεὶ τὰ αὐτὰ ἑαυτῷ διανοουμένῳ. τὴν δὲ ὡς τὸ πρόσθεν ὑπὸ τῆς ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾶς κρατουμένῳ. τὰς δὲ πέντε κινήσεις ἀκίνητον καὶ ἑστὼς, ἵν' ὅτι μάλιστα αὐτῶν ἕκαστον γένοιτο ὡς ἄριστον. ἐξ ἧς δὴ τῆς αἰτίας γέγονεν, ὅσα ἀπλανῆ τῶν ἄστρων ζῶα, θεῖα ὄντα καὶ κατὰ ταὐτὰ ἐν ταὐτῷ στρεφόμενα ἀεὶ μένει. τὰ δὲ τρεπόμενα, καὶ πλάνην τοιαύτην ἴσχοντα, καθάπερ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐρρήθη, κατ' ἐκεῖνα γέγονε. γῆν δὲ τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἰλουμένην δὲ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τεταμένον φύλακα, καὶ δημιουργὸν νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐμηχανήσατο, πρώτην καὶ πρεσβυτάτην σωμάτων, ὅσα ἐντὸς οὐρανοῦ γέγονε. χορείας δὲ τούτων αὐτῶν καὶ παραβολὰς ἀλλήλων, καὶ περὶ τὰς τῶν κύκλων πρὸς ἑαυτοὺς ἐπανακυκλήσεις καὶ προχωρήσεις, ἔν τε ταῖς συνάψεσιν, ὁποῖοι τῶν θεῶν κατ' ἀλλήλους γιγνόμενοι, καὶ ὅσοι κατ' ἀντικρὺ, μεθ' οὕς τινάς τε ἐπίπροσθεν ἀλλήλοις, ἡμῖν τε κατὰ χρόνους οὕστινας ἕκαστοι κατακαλύπτονται καὶ πάλιν ἀναφαινόμενοι, φόβους καὶ σημεῖα τῶν μετὰ ταῦτα γενησομένων τοῖς δυναμένοις λογίζεσθαι πέμπουσι, τὸ λέγειν ἄνευ δι' ὄψεως τούτων αὖ τῶν μιμημάτων, μάταιος ἂν εἴη πόνος. ἀλλὰ ταῦτά τε ἱκανῶς ἡμῖν ταύτῃ καὶ τὰ περὶ θεῶν ὁρατῶν καὶ γεννητῶν εἰρημένα φύσεως, ἐχέτω τέλος. περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς, πειστέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν ὡς ἔφασαν, σαφῶς δέ που τούς γε αὐτῶν προγόνους εἰδόσιν. ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδεί-

quartum diuinæ animationis. Maximè speciẽ faciebat ex igne, ita vt splendidissimus esset, & aspectu pulcherrimus. Cúmq; similẽ vniuersitatis naturã efficere vellet, ad volubilitatẽ rotundauit, comitéq; eũ sapientia quã optimæ mẽtis effecit, circúmq; cælum æqualiter distribuit, vt hũc varietate distinctũ, bene Græci κόσμον, nos lucẽtem mundum nominaremus. Dedit autem diuinis duo genera motus: vnũ quod semper esset in eodẽ æquè, & idem in omnibus, atq; vno modo celeraret: alterum, quod ante mouit, in quã partem à cõuersione eiusdem, & similis pelleretur. Quinque autem reliquis motibus orbem eum esse voluit, immobilem, & stantem, ex quo genere ea sunt sydera, quæ infixa cælo nõ mouẽtur loco, quæ sunt animãtia, eáq; diuina, ob eámq; causam suis sedibus inhærẽt, & perpetuo manẽt. Quæ autem vaga & mutabili ratione labũtur, ita generata sunt, vt supra diximus. Iam vero terrã altricem nostram, quæ traiecto axe sustinetur, diei noctísq; effectricem, eãdémq; custodem antiquissimã Deorum voluit esse eorũ, qui intra cælum gignerẽtur. Fusiones autem Deorum, & inter ipsos Deos cõcursiones, quæq; in orbibus eorũ conuersiones antecessionésque eueniant, cúmq; inter se pene cõtingant eos qui prope copulentur contraria regione, aut pone quos, aut ante labantur, quisq; temporibus à nostro aspectu oblitescãt, rursúsq; emersi errorem incutiãt rationis expertibus, si verbis explicare conemur nullo posito sub oculos simulacro earũ reru m, frustra suscipiatur labor. Sed hæc satis sũt dicta nobis: quæq; de Deorũ qui cernũtur, quique orti sunt, natura præfati sumus, habeant hunc terminum. reliquorũ autem quos Græci δαίμονας appellant, nostri (vt opinor) Lareis, si modo hoc rectè conuersum videri potest, & nosse & nũciare ortũ eorum maius est, q̃ vt profiteri scribere nos audeamus. Credẽdum nimirũ est veteribus, & priscis, vt aiunt, viris, qui se progeniem Deorũ esse dicebãt, itaq; eorum vocabula nobis prodiderunt: nosse autẽ generatores suos optime poterant. Ac difficillime factu est, à Diis ortis fidem non habere, quanquam nec argumentis, nec rationibus

certis eorum oratio confirmetur. quia de suis notis rebus videntur loqui, veteri legi moríq; parendũ est. Sic igitur vt ab iis est traditũ, horum Deorũ ortus habeatur, atq; dicatur, vt Oceanũ Salaciámq; cæli satu terręq; cõceptu generatos editósq; memoremus. Ex iis Saturnũ & Opẽ, deinceps Iouẽ atq; Iunonẽ reliquos fratres inter se agnatósq; vsurpare atq; appellare solemus, & eorũ, vt vtamur veteri verbo, prosapiã. Quando igitur oẽs & qui mouẽtur, palámq; se ostẽdunt, & qui eatenus nobis declarãtur quoad ipsi volunt creati sunt, tũ ad eos is Deus qui omnia genuit, fatur hæc, Vos qui Deorũ satu orti estis attẽdite. Quorum operũ ego parens effectórq; sum, hæc sunt indissoluta me vinito, q̃q̃ omne colligatũ solui potest. Sed haudquaquã boni est ratione uinctum velle dissoluere. Sed quoniã estis orti, immortales vos quidẽ esse & indissolubiles nõ potestis. Nec vnquã tamen dissoluemini, neq; vos vlla mortis fata periment: nec fraus valentior q̃ consilium meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, quam illa quibus estis tũ cumgignebamini, colligati. Quid sentiam igitur, cognoscite. Triaegnera nobis reliqua sunt, eaq; mortalia, quibus prætermissis cæli absolutio perfecta nõ erit. Omnia enim genera animalium complexa nõ tenebit. Teneat autẽ oportebit, vt quæ à meipso effecta sint, Deorum vitam possint adæquare. vt igitur mortali cõditione generentur, vos suscipite, vt illa gignatis imitemeníq; vim meã, qua & in vestro ortu me vsum meministis. In quibus qui tales creẽtur, vt Deorum immortalium quasi gentiles esse debeant, diuini generis appellentur, teneántq; omnium animãtium principatum, vobisq; iure & lege volentes pareãt. Quorum vobis initium statúsq; traditur à me. Vos autẽ ad id quod erit immortale partẽ attexitote mortalem. Ita oriẽtur animãtes quos & viuos alatis, & cõsumptos sinu recipiatis. Hæc ille dixit, deinde ad tẽperationem superiorem reuertitur. In qua omnẽ animum vniuersæ naturæ temperans permiscebat, superisq; permixtionibus reliquias fundens æquabat, eodẽ modo ferme, nisi ꝙ nõ ita incorrupta, vt ea quæ

ξίων λεγόντων, ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φασκόντων ἀπαγγέλλειν ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. οὕτως οὖν κατ' ἐκείνους ἡμῖν ἡ γένεσις περὶ τούτων τῶν θεῶν ἐχέτω καὶ λεγέσθω. γῆς τε καὶ οὐρανοῦ παῖδες ὠκεανός τε καὶ τηθὺς ἐγενέσθην. ἐκ τούτων δὲ φόρκιος τε καὶ κρόνος καὶ ῥέα, καὶ ὅσοι μετὰ τούτων. ἐκ δὲ κρόνου καὶ ῥέας ζεύς. ἥρα τε καὶ πάντες ὅσους ἴσμεν πάντας ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν. ἔτι τε τούτων ἄλλους ἐκγόνους, ἐπεὶ δ' οὖν πάντες ὅσοι τε περιπολοῦσι φανερῶς καὶ ὅσοι φαίνονται καθ' ὅσον ἂν ἐθέλωσι θεοὶ γένεσιν ἔσχον, λέγει πρὸς αὐτοὺς, ὁ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας. τάδε. θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς, πατήρ τε ἔργων ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα, ἄλυτα ἐμοῦ γε θέλοντος. τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν, λυτόν. τό γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ, λύειν ἐθέλειν κακοῦ. δι' ἃ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστέ, οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν. οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε, οὐδὲ τεύξεσθαι θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου λαχόντες ἐκείνων, οἷς ὅτ' γίγνεσθε συνεδεῖσθε. νῦν οὖν ὃ λέγω πρὸς ὑμᾶς ἐνδεικνύμενος, μάθετε. θνητὰ ἔτι γένη λοιπὰ τρία γεννητά. τούτων δὲ μὴ γενομένων, οὐρανὸς ἀτελὴς ἔσται. τὰ γὰρ ἅπαντα ἐν αὐτῷ γένη ζώων οὐκ ἕξει. δεῖ δὲ, εἰ μέλλει τέλεος ἱκανῶς εἶναι, δι' ἐμοῦ δὲ ταῦτα γενόμενα καὶ βίου μετασχόντα, θεοῖς ἰσάζοιτ' ἄν. ἵν' οὖν θνητά τε ᾖ, τό, τε πᾶν ὄντως ἅπαν ᾖ, τρέπεσθε κατὰ φύσιν ὑμεῖς ἐπὶ τὴν τῶν ζώων δημιουργίαν, μιμούμενοι τὴν ἐμὴν δύναμιν περὶ τὴν ὑμετέραν γένεσιν, καὶ καθ' ὅσον μὲν αὐτῶν ἀθανάτοις ὁμώνυμον εἶναι προσήκει θεῖον λεγόμενον, ἡγεμονοῦν τ' ἐν αὐτοῖς, τῶν ἀεὶ καὶ ὑμῖν ἐθελόντων ἕπεσθαι, σπείρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω, τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνοντες, ἀπεργάζεσθε ζῶα καὶ γεννᾶτε, τροφήν τε διδόντας αὐξάνετε, καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε. ταῦτ' εἶπε, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν πρότερον κρατῆρα, ἐν ᾧ τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραννὺς ἔμισγε τὰ τῶν πρόσθεν ὑπόλοιπα κατεχεῖτο μίσγων, τρόπον μέν τινα τὸν αὐτὸν, ἀκήρατα δ' οὐκέτι κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως

ἀλλὰ δεύτερα καὶ τρίτα. ξυστήσας δὲ τὸ πᾶν, διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, ἔνειμέ θ' ἑκάστην πρὸς ἕκαστον, καὶ ἐμβιβάσας ὡς ἐς ὄχημα τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ἔδειξε, νόμους τε τοὺς εἱμαρμένους εἶπεν αὐταῖς. ὅτι γένεσις πρώτη μὲν ἔσοιτο τεταγμένη μία πᾶσιν, ἵνα μή τις ἐλαττοῖτο ὑπ' αὐτοῦ. δέοι δὲ σπαρείσας αὐτὰς εἰς τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἕκαστα ὄργανα χρόνων φῦναι ζῶον τὸ θεοσεβέστατον. διπλῆς δ' οὔσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, τὸ κρεῖττον εἴη γένος τοιοῦτον, ὃ καὶ ἔπειτα κεκλήσοιτο ἀνήρ. ὁπότε δὴ σώμασιν ἐμφυτευθεῖεν ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ μὲν προσίοι, τὸ δὲ ἀπίοι τοῦ σώματος αὐτῶν, πρῶτον μὲν αἴσθησιν ἀναγκαῖον εἴη, μίαν πᾶσιν ἐκ βιαίων παθημάτων ξύμφυτον γίγνεσθαι. δεύτερον δὲ, ἡδονῇ καὶ λύπῃ μεμιγμένον ἔρωτα. πρὸς δὲ τούτοις φόβον καὶ θυμὸν, ὅσα τε ἑπόμενα αὐτοῖς καὶ ὁπόσα ἐναντίως πέφυκε διεστῶτα, ὧν εἰ μὲν κρατήσειεν, ἐν δίκῃ βιώσοιντο, κρατηθέντες δὲ ἀδικίᾳ. καὶ ὁ μὲν εὖ τὸν προσήκοντα βιοὺς χρόνον, πάλιν εἰς τὴν τοῦ συννόμου πορευθεὶς οἴκησιν ἄστρου, βίον εὐδαίμονα ἕξοι. σφαλεὶς δὲ τούτων, εἰς γυναικὸς φύσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει μεταβάλλοι. χιλιοστῷ δὲ ἔτει ἀμφότεραι ἀφικνούμεναι ἐπὶ κλήρωσιν, καὶ αἵρεσιν τοῦ δευτέρου βίου, αἱροῦνται ὃν ἂν ἐθέλῃ βίον ἑκάστη, ἔνθα καὶ εἰς θηρίου βίον ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀφικνεῖται. μὴ παυόμενος δὲ ἐν τούτοις ἔτι κακίας τρόπον, ὃν κακύνοιτο, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς τοῦ τρόπου γενέσεως εἴς τινα τοιαύτην ἀεὶ μεταβάλλει θηρίου φύσιν, ἀλλάττων τε οὐ πρότερον πόνων λήξοι, πρὶν τῇ ταυτοῦ καὶ ὁμοίου περιόδῳ τῇ ἐν αὐτῷ ξυνεπισπασάμενος τὸν πολὺν ὄχλον καὶ ὕστερον προσφύντα ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος, καὶ γῆς, θορυβώδη καὶ ἄλογον ὄντα λόγῳ κρατήσας, εἰς τὸ τῆς πρώτης καὶ ἀρίστης ἀφίκοιτο εἶδος ἕξεως. διαθεσμοθετήσας δὲ πάντα αὐτοῖς ταῦτα, ἵνα τοῖς ἔπειτα εἴη κακίας ἑκάστων ἀναίτιος, ἔσπειρε τοὺς μὲν εἰς Ἥλιον, τοὺς δὲ εἰς Σελήνην, τοὺς δὲ εἰς τὰ ἄλλα ὅσα ὄργανα χρόνου. τὸ δὲ μετὰ τὸν σπόρον, τοῖς νέοις παρέδωκε θεοῖς σώματα πλάττειν θνητά, τό, τε ἐπίλοιπον.

ſemper iiſdẽ,ſed Diis ſecũdum ſumebat atq; etiã tertium. Toto igitur omni cõſtituto,ſyderibus parẽ numerum diſtribuit animorum,& ſingulos adiũxit ad ſingula,atq; ita quaſi in currum vniuerſitatis impoſuit,cõmonſtrauitq; leges fatales ac neceſſarias: & oſtendit primum ortum vnum fore omnibus eũq; moderatum atq; cõſtantem,nec ab vllo imminutum. Satis autem & quaſi ſparſis animis fore, vti certis temporum interuallis,oriretur animal quod eſſet ad cultum Deorum aptiſsimũ. Sed cum duplex eſſet natura generis humani, ſic res habebãt, vt præſtantius genus eſſet eorum, qui eſſent futuri viri. Cùm autem animos corporibus cum neceſsitate inſeuiſſet, cúmq; ad corpora neceſsitate acceſsio fieret,tũ abſceſsio, neceſſe erat ſenſum exiſtere vnum,cõmunémq; omniũ vehementiore motu excitatũ coniunctũq; naturæ,deinde voluptate & moleſtia mixtum amorem,poſt irã & metum,& reliquos motus animi, comites ſuperiorum,& his etiã cõtrarios diſsidentes:quos qui ratione rexerit, iuſtè vixerit: qui autem his ſe dederit, iniuſtè. Atq; ille qui rectè & honeſtè curriculum viuendi à natura datum cõfecerit,ad illud aſtrum quo cũ aptus fuerit, reuertetur: qui autem immoderatè & intemperatè vixerit,eum ſecundus ortus in figurã muliebrem trãsferet. Et ſi ne tum quidẽ finem vitiorum faciet,grauius etiã iactabitur,& in ſuis moribus ſimillimas figuras pecudum & ferarum trãsferetur:neq; malorum terminum prius aſpiciet,quã illam ſequi cœperit cõuerſionẽ quam habebat in ſe eiuſdem & vnius ſimul innatã & inſitã. quod tũ deniq; eueniet,cũ illa quæ ex igne,aere, aqua atq; terra turbulẽta & rationis expertia inſederint, deniq; ratione depulerit,& ad primã atq; optimam effectionẽ animi peruenerit. Quæ cũ ita deſignaſſet,ſeſeq; ſi quid poſtea fraudis, aut vitii eueniſſet extra omnẽ culpã,cauſáq; poſuiſſet,alios in terrã, alios in lunã,alios in reliquas mũdi partes,quæ ſunt ad ſpatiorũ tẽporis ſignificationẽ notæ cõſtitutæ,ſpargẽs quaſi ſerebat.Poſt autẽ ſationem eã, Diis,vt ita dicã,iunioribus permiſit,vt corpora mortalia effingerent, quãtúmq; eſſet reliquum

ex humano animo quod deberet accedere, id omne & quæ sequentia essent perpolirent & absoluerent; deinde vt huic animanti principem se ducémque præberet, vitámque eius pulcherrime regeret & gubernaret, nisi quatenus ipse sua culpa sibi aliquid miseriæ quæreret. Atq; is quidem qui cuncta cõposuit, cõstanter in suo manebat statu: qui autem erant ab eo creati, cum parentis ordinem cognouissent, hunc sequebantur. Itaq; cum accepissent immortale principium mortalis animantis, imitantes genitorem & effectorem sui, particulas ignis & terræ, & aquæ & aeris à mũdo, quas rursus redderent, mutuabantur, eásq; inter se copulabant, haud iisdem vinculis quibus ipsi erant colligati, sed talibus quæ cerni non possent propter paruitatem, crebris quasi cuneolis iniectis, vnum efficiebant ex omnibus corpus: itémq; in eo influente atq; effluente animi diuini ambitus illigabant. Itaq; illi in flumen immersi, neq; tenebant, neq; tenebantur, sed vi magna tum ferebant, tum ferebantur. Ita totum animal mouebatur illud quidem, sed immoderate & fortuitu, vt sex motibus veheretur: nam & antè & ponè, ad læuam & ad dextrã, & sursum & deorsum, modò huc modò illuc.

ὅσον ἔτι ψυχῆς ἀνθρωπίνης δέον προσγενέσθαι, τοῦτο, καὶ πάνθ' ὅσα ἀκόλουθα ἐκείνοις ἀπεργασαμένοις ἄρχειν, καὶ κατὰ δύναμιν ὅτι κάλλιστα καὶ ἄριστα, τὸ θνητὸν διακυβερνᾶν ζῷον, ὅτι μὴ κακῶν αὐτὸ ἑαυτῷ γίγνοιτο αἴτιον. καὶ ὁ μὲν δὴ ταῦτα πάντα διατάξας, ἔμενεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον ἤθει. μένοντος δὲ νοήσαντες οἱ παῖδες τὴν τοῦ πατρὸς τάξιν ἐπείθοντο αὐτῇ, καὶ λαβόντες ἀθάνατον ἀρχὴν θνητοῦ ζῴου, μιμούμενοι τὸν σφέτερον δημιουργόν, πυρὸς καὶ γῆς, ὕδατός τε καὶ ἀέρος ἀπὸ τοῦ κόσμου δανειζόμενοι μόρια, ὡς ἀποδοθησόμενα πάλιν εἰς ταὐτὸ λαμβανόμενα συνεκόλλων. οὐ τοῖς ἀλύτοις οἷς αὐτοὶ συνείχοντο δεσμοῖς, ἀλλὰ διὰ σμικρότητα ἀοράτοις πυκνοῖς γόμφοις συντήκοντες, ἓν ἐξ ἁπάντων ἀπεργαζόμενοι σῶμα ἕκαστον, τὰς τῆς ἀθανάτου ψυχῆς περιόδους ἐνέδουν εἰς ἐπίρρυτον σῶμα καὶ ἀπόρρυτον. αἱ δ' εἰς ποταμὸν ἐνδεθεῖσαι πολύν, οὔτ' ἐκράτουν, οὔτ' ἐκρατοῦντο. βίᾳ δ' ἐφέροντο καὶ ἔφερον. ὥστε τὸ μὲν ὅλον κινεῖσθαι ζῷον, ἀτάκτως μὴν ὅπῃ τύχῃ προϊέναι, καὶ ἀλόγως, τὰς ἓξ ἁπάσας κινήσεις ἔχον, εἴς τε γὰρ τὸ πρόσθεν καὶ ὄπισθεν, καὶ πάλιν εἰς δεξιὰ καὶ ἀριστερά, κάτω τε καὶ ἄνω, καὶ πάντῃ κατὰ τοὺς ἓξ τόπους, πλανώμενα προῄει. πολλοῦ γὰρ ὄντος τοῦ κατακλύζοντος καὶ ἀπορρέοντος κύματος, ὃ τὴν τροφὴν παρεῖχεν. ἔτι μείζω θόρυβον ἀπηργάζετο, τὰ τῶν προσπιπτόντων παθήματα ἑκάστοις, ὅτε πυρὶ προσκρούσειε τὸ σῶμά τινος ἔξωθεν ἀλλοτρίῳ περιτυχόν, ἢ καὶ στερεῷ γῆς, ὑγροῖς τε ὀλισθήμασιν ὑδάτων, εἴτε ζάλῃ πνευμάτων ὑπὸ ἀέρος φερομένων καταληφθείη. καὶ ὑπὸ πάντων τούτων διὰ τοῦ σώματος αἱ κινήσεις ἐπὶ τὴν ψυχὴν φερόμεναι προσπίπτοιεν, αἳ δὴ καὶ ἔπειτα διὰ ταῦτα ἐκλήθησάν τε, καὶ νῦν ἔτι αἰσθήσεις συνάπασαι κέκληνται. καὶ δὴ καὶ τότε ἐν τῷ παρόντι πλείστην καὶ μεγίστην παρεχόμεναι κίνησιν μετὰ τοῦ ῥέοντος ἐνδελεχῶς ὀχετοῦ κινοῦσαι, καὶ σφοδρῶς σείουσαι τὰς τῆς ψυχῆς περιόδους, τὴν μὲν ταὐτοῦ παντάπασιν ἐπέδησαν ἐναντία αὐτῇ ῥέουσαι, καὶ ἐπέσχον ἄρχουσαν καὶ ἰοῦσαν. τὴν δ' αὖ θατέρου διέσεισαν, ὥστε τὰς τοῦ διπλασίου καὶ τριπλασίου τρεῖς ἑκατέρας ἀποστάσεις, καὶ τὰς τῶν ἡμιολίων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων μεσότητας καὶ συνδέσεις. ἐπειδὴ παντε-

λοῖς αὐταὶ οὐκ ἦσαν ἢ πλὴν ὑπὸ τοῦ ξυνδήσαντος. πάσας μὲν στρέψαι στροφὰς, πάσας δὲ κλάσεις καὶ διαφορὰς τῶν κύκλων ἐμποιεῖν, ὁσαχῇπερ ἦν δυνατὸν, ὥστε μετ' ἀλλήλων μόγις συνεχομένας φέρεσθαι μὲν, ἀλόγως δὲ φέρεσθαι, τοτὲ ἐναντίας, τοτὲ δὲ πλαγίας, τοτὲ ὑπτίας. οἷον ὅταν τις ὕπτιος ἐρείσας τὴν κεφαλὴν μὲν ἐπὶ γῆς, τοὺς δὲ πόδας προσβαλὼν ἄνω ἔχῃ πρός τινι. τότε ἐν τούτῳ τῷ πάθει τοῦ τε πάσχοντος καὶ τῶν ὁρώντων, τά τε δεξιὰ ἀριστερὰ, καὶ τὰ ἀριστερὰ δεξιὰ, ἑκατέροις τὰ ἑκατέρων φαντάζεται. ταὐτὸν δὴ τοῦτο καὶ τοιαῦτα ἕτερα, αἱ περιφοραὶ πάσχουσαι σφοδρῶς, ὅταν γέ τῳ τῶν ἔξωθεν τοῦ ταὐτοῦ γένους, ἢ τοῦ θατέρου περιτύχωσι, τότε ταὐτόν τῳ καὶ θάτερόν του, τἀναντία τῶν ἀληθῶν προσαγορεύουσαι, ψευδεῖς καὶ ἀνόητοι γεγόνασιν, οὐδὲ μία τε ἐν αὐταῖς τότε περίοδος ἄρχουσα, οὐδ' ἡγεμών ἐστιν. αἱ δ' αὖ ἔξωθεν αἰσθήσεις τινὲς φερόμεναι καὶ προσπεσοῦσαι, ξυνεπισπάσονται καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἅπαν κύτος, τόθ' αὗται κρατούμεναι, κρατεῖν δοκοῦσι. καὶ διὰ πάντα ταῦτα τὰ πάθη νῦν κατ' ἀρχὰς, ἄνους ψυχὴ γίγνεται τὸ πρῶτον, ὅταν σώματι ἐνδεθῇ θνητῷ. ὅταν δὲ τὸ τῆς αὔξης καὶ τροφῆς ἔλαττον ἐπίῃ ῥεῦμα, πάλιν δ' οἱ περίοδοι λαμβανόμεναι γαλήνης, τὴν αὐτῶν ὁδὸν ἴωσι, καὶ καθιστῶνται μᾶλλον ἐπιόντος τοῦ χρόνου. τότε ἤδη πρὸς τὸ κατὰ φύσιν ἰόντων σχῆμα, ἑκάστων τῶν κύκλων αἱ περιφοραὶ κατευθυνόμεναι, τό τε θάτερον, καὶ τὸ ταυτὸ προσαγορεύουσαι κατ' ὀρθὸν, ἔμφρονα τὸν ἔχοντα αὐτὰς γιγνόμενον ἀποτελοῦσιν. ἂν μὲν οὖν δὴ καὶ ξυνεπιλαμβάνηταί τις ὀρθὴ τροφὴ παιδεύσεως, ὁλόκληρος ὑγιής τε παντελῶς, τὴν μεγίστην ἀποφυγὼν νόσον γίγνεται. καταμελήσας δὲ, χωλὴν τοῦ βίου, διαπορευθεὶς ζωὴν, ἀτελὴς καὶ ἀνόητος εἰς ᾅδου πάλιν ἔρχεται. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερά ποτε γίγνεται. περὶ δὲ τῶν νῦν προτεθέντων δεῖ διελθεῖν ἀκριβέστερον. τὰ δὲ πρὸ τούτων περὶ σωμάτων κατὰ μέρη τῆς γενέσεως, καὶ περὶ ψυχῆς, δι' ἅς τε αἰτίας καὶ προνοίας γέγονε θεῶν, τοῦ μάλιστα εἰκότος ἀντεχομένοις, οὕτω καὶ κατὰ ταῦτα πορευομένοις διεξιτέον. τὰς μὲν οὖν θείας περιόδους δύο οὔσας, τὸ τοῦ παντὸς σχῆμα ἀπομιμησάμενοι, περιφερὲς ὂν, εἰς σφαιροειδὲς σῶμα ἐνέδησαν. τοῦτο ὃ δὴ νῦν κεφα-

λὴν ἐπονομάζομεν, ὃ θειότατόν τε ἐστὶ, καὶ τῶν ἐν ἡμῖν πάντων δεσποτοῦν. ᾧ καὶ πᾶν τὸ σῶμα παρέδοσαν ὑπηρεσίαν αὐτῷ, ξυναθροίσαντες θεοὶ, κατανοήσαντες ὅτι πασῶν ὅσαι κινήσεις ἔσοιντο μετέχοι. ἵν' οὖν μὴ κυλινδούμενον ἐπὶ γῆς, ὕψη τε καὶ βάθη παντοδαπὰ ἐχούσης, ἀποροῖ, τὰ μὲν ὑπερβαίνειν, ἔνθεν δὲ ἐκβαίνειν, ὄχημ' αὐτῷ τοῦτο καὶ εὐπορίαν ἔδοσαν, ὅθεν δὴ μῆκος τὸ σῶμα ἔσχεν. ἐκτατά τε κῶλα καὶ καμπτὰ ἔφυσε τέσσαρα, θεοῦ μηχανησαμένου πορείαν. οἷς ἀντιλαμβανόμενον καὶ ἀπερειδόμενον, διὰ πάντων τόπων πορεύεσθαι δυνατὸν γέγονε. τὴν θειοτάτου καὶ ἱερωτάτου φέρον οἴκησιν ἐπάνωθεν ἡμῶν. σκέλη μὲν οὖν χεῖρές τε ταύτῃ καὶ διὰ ταῦτα πᾶσι προσέφυ. τοῦ δ' ὄπισθεν τὸ πρόσθεν τιμιώτερον καὶ ἀρχικώτερον νομίζοντες θεοὶ, ταύτῃ τὸ πολὺ τῆς πορείας ἡμῖν ἔδοσαν. ἔδει δὴ διωρισμένον ἔχειν καὶ ἀνόμοιον τὸ πρόσθεν τοῦ σώματος ἀνθρώπου. διὸ πρῶτον μὲν περὶ τὸ τῆς κεφαλῆς κύτος ὑποθέντες αὐτοῦ τὸ πρόσωπον, ὄργανα ἐνέδησαν τούτῳ πάσῃ τῇ τῆς ψυχῆς προνοίᾳ, καὶ διέταξαν τὸ μέτοχον ἡγεμονίας τοῦτ' εἶναι τὸ κατὰ φύσιν πρόσθεν, τῶν δὲ ὀργάνων πρῶτον μὲν φωσφόρα συνετεκτήναντο ὄμματα, τοιᾷδε ἐνδήσαντες αἰτίᾳ. τοῦ πυρὸς ὅσον τὸ μὲν καίειν οὐκ ἔσχε, τὸ δὲ παρέχειν φῶς ἥμερον, οἰκεῖον ἑκάστης ἡμέρας σῶμα ἐμηχανήσατο γίγνεσθαι. τὸ γὰρ ἐντὸς ἡμῶν ἀδελφὸν ὂν, τούτου πῦρ ἐποίησαν διὰ τῶν ὀμμάτων ῥεῖν, λεῖον καὶ πυκνόν. ὅλον μὲν, μάλιστα δὲ τὸ μέσον ξυμπιλήσαντες τῶν ὀμμάτων. ὥστε τὸ μὲν ἄλλο, ὅσον παχύτερον στέγειν πᾶν. τὸ τοιοῦτο δὲ μόνον αὐτὸ καθαρὸν διηθεῖν. ὅταν οὖν μεθημερινὸν ᾖ φῶς περὶ τὸ τῆς ὄψεως ῥεῦμα, τότε ἐκπῖπτον ὅμοιον πρὸς ὅμοιον ξυμπαγὲς γενόμενον, ἓν σῶμα οἰκειωθὲν ξυνέστη κατὰ τὴν τῶν ὀμμάτων εὐθυωρίαν, ὅπῃπερ ἂν ἀντερείδῃ τὸ προσπῖπτον ἔνδοθεν, πρὸς ὃ τὸ ἔξω ξυνέπεσεν. ὁμοιοπαθὲς δὴ δι' ὁμοιότητα πᾶν γενόμενον, ὅτου τε ἂν αὐτό ποτε ἐφάπτηται, καὶ ὃ ἂν ἄλλο ἐκείνου, τούτων τὰς κινήσεις διαδιδὸν, εἰς ἅπαν τὸ σῶμα μέχρι τῆς ψυχῆς αἴσθησιν παρέσχετο ταύτην, ᾗ δὴ ὁρᾶν φαμέν. ἀπελθόντος δὲ εἰς νύκτα τοῦ συγγενοῦς πυρὸς, ἀποτέτμηται. πρὸς γὰρ ἀνόμοιον ἐξιὸν ἀλλοιοῦταί τε αὐτὸ καὶ κατασβέννυται. συμφυὲς οὐκ ἔστι τῷ πλησίον ἀέρι γιγνόμενον. ἅτε πῦρ οὐκ ἔχοντι. παύεταί τε οὖν ὁρῶν, ἔτι τε ἐπαγωγὸν γίγνεται ὕπνου. σωτηρίαν γὰρ ἣν οἱ θεοὶ ἕνεκα τῆς ὄψεως ἐμηχανήσαντο τὴν τῶν βλεφάρων φύσιν, ὅταν ταῦτα ξυμμύσῃ, καθείργνυσι τὴν τοῦ πυρὸς ἔνδον δύναμιν. ἡ δὲ διαχεῖ τε καὶ ὁμαλύνει τὰς ἐντὸς κινήσεις, ὁμαλυνθεισῶν δὲ ἡσυχία γίγνεται. γενομένης δὲ πολλῆς μὲν ἡσυχίας, βραχυόνειρος ὕπνος ἐμπίπτει. καταλειφθεισῶν δέ τινων κινήσεων μειζόνων, οἷαι καὶ ἐν οἵοις ἂν τό-

ποις λείπωνται, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα παρέχεται ἀφομοιωθέντα ἐντὸς, ἔξω τε ἐγερθεῖσιν ἀπομνημονευόμενα φαντάσματα. τὸ δὲ περὶ τὴν τῶν κατόπτρων εἰδωλοποιΐαν, καὶ πάντα ὅσα ἐμφανῆ καὶ λεῖα, κατιδεῖν οὐδὲν ἔτι χαλεπόν. ἐκ γὰρ τοῦ ἐντὸς ἐκτός τε τοῦ πυρὸς, ἑκατέρου κοινωνίας ἀλλήλοις, ἑνός τε περὶ τὴν λειότητα ἑκάστοτε γενομένου, καὶ πολλαχῇ μεταρρυθμισθέντος, πάντα τὰ τοιαῦτα ἐξ ἀνάγκης ἐμφαίνεται, τοῦ περὶ τὸ πρόσωπον πυρὸς, τῷ περὶ τὴν ὄψιν πυρὶ, περὶ τὸ λεῖον καὶ λαμπρὸν, συμπαγοῦς γιγνομένου. δεξιὰ δὲ φαντάζεται τὰ ἀριστερὰ, ὅτι τοῖς ἐναντίοις μέρεσι τῆς ὄψεως περὶ τὰ ἐναντία μέρη γίγνεται ἐπαφὴ παρὰ τὸ καθεστὼς ἔθος τῆς προσβολῆς. δεξιὰ δὲ τὰ δεξιὰ, καὶ τὰ ἀριστερὰ ἀριστερὰ τοὐναντίον, ὅταν μεταπέσῃ συμπηγνύμενον, ᾧ συμπήγνυται φῶς. τοῦτο δὲ, ὅταν ἡ τῶν κατόπτρων λειότης, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ὕψη λαβοῦσα, τὸ δεξιὸν εἰς τὸ ἀριστερὸν μέρος ἀπώσῃ τῆς ὄψεως, καὶ θάτερον ἐπὶ θάτερον. κατὰ δὲ τὸ μῆκος στραφὲν τοῦ προσώπου, ταὐτὸν τοῦτο ὕπτιον ἐποίησε πᾶν φαίνεσθαι, τὸ κάτω πρὸς τὸ ἄνω τῆς αὐγῆς, τό τ' ἄνω πρὸς τὸ κάτω πάλιν ἀπῶσαν. ταῦτ' οὖν πάντ' ἐστὶ τῶν συναιτίων, οἷς θεὸς ὑπηρετοῦσι χρῆται, τὴν τοῦ ἀρίστου κατὰ τὸ δυνατὸν ἰδέαν ἀποτελῶν, δοξάζεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων, οὐ συναίτια, ἀλλ' αἴτια εἶναι τῶν πάντων, ψύχοντα καὶ θερμαίνοντα, πηγνύντα τε καὶ διαχέοντα, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀπεργαζόμενα. λόγον δὲ οὐδένα, οὐδὲ νοῦν εἰς οὐδὲν δυνατά ἔχειν ἐστί. τῶν γὰρ ὄντων ᾧ νοῦν μόνῳ κτᾶσθαι προσήκει, λεκτέον ψυχήν. τοῦτο δὲ ἀόρατον, πῦρ δὲ καὶ ὕδωρ καὶ ἀὴρ καὶ γῆ, σώματα πάντα ὁρατὰ γέγονε, τὸν δὲ νοῦ καὶ ἐπιστήμης ἐραστὴν, ἀνάγκη τὰς τῆς ἔμφρονος φύσεως αἰτίας πρώτας μεταδιώκειν. ὅσαι δ' ὑπ' ἄλλων μὲν κινουμένων, ἕτερα δ' ἐξ ἀνάγκης κινούντων γίγνονται, δευτέρας. ποιητέον δὴ κατὰ ταῦτα καὶ ἡμῖν. λεκτέα μὲν ἀμφότερα τὰ τῶν αἰτιῶν γένη. χωρὶς δὲ ὅσαι μετὰ νοῦ καλῶν καὶ ἀγαθῶν δημιουργοὶ, καὶ ὅσαι μονωθεῖσαι φρονήσεως τὸ τυχὸν ἄτακτον ἑκάστοτε ἐξεργάζονται. τὰ μὲν οὖν τῶν ὀμμάτων συμμεταίτια, πρὸς τὸ σχεῖν τὴν δύναμιν, ἣν νῦν εἴληχεν, εἰρήσθω. τὸ δὲ μέγιστον αὐτῶν εἰς ὠφέλειαν ἔργον, δι' ὃ θεὸς αὔθ' ἡμῖν δεδώρηται, μετὰ τοῦτο ῥητέον. ὄψις δὴ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν. ὅτι τῶν νῦν λόγων περὶ τοῦ παντὸς λεγομένων, οὐδεὶς ἄν ποτε ἐρρήθη, μήτε ἄστρα, μήτε ἥλιον, μήτ' οὐρανὸν ἰδόντων. νῦν δ' ἡμέρα τε καὶ νὺξ ὀφθεῖσαι, μῆνές τε καὶ ἐνιαυτῶν περίοδοι, μεμηχάνηνται μὲν ἀριθμὸν, χρόνου δ' ἔννοιαν περί τε τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ζήτησιν ἔδοσαν, ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν οὔτ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν.

Sed si in splẽdore cõsedit, tũ vel eadẽ species, vel interdũ immutata redditur, quũ ignis oculorũ cũ eo igne qui est ob os offusus, se confudit & contulit. Dextra autẽ videntur, quæ læua sunt, quia cõtrariis partibus oculorũ, cõtrarias partes attingũt. Respõdent autẽ dextra dextris, læua læuis cõuersione luminũ, quũ ea inter se nõ cohærescũt. Id fit quũ speculorũ leuitas, hinc illincq; altitudinẽ assumpsit. & ita dextra detrusit in læuã partẽ oculorum, læuaq; in dextrã. Supina etiã ora cernũtur depulsione luminũ, quæ cõuertẽs inferiora reddit quæ sunt superiora. Atqui hæc omnia ex eo genere sunt, quæ rerũ adiuuãt caussas, quib⁹ vtitur ministris deus, quum optimi speciẽ quoad fieri potest efficit. Sed æstimãt pleriq; nõ hæc adiuuãtia caussarũ sed has ipsas esse omniũ caussas, quæ vim habeãt frigoris & caloris, cõcretiõis & liquoris: careãt autẽ omni intelligẽtia atq; ratione, quæ nisi in animo nulla alia in natura reperiãtur. Animus aũt sensum omnẽ effugit oculorũ. At ignis, & aqua, & terra, & aer corpora sunt, eáq; cernũtur. Illũ autẽ qui intelligẽtiæ sapiẽtiæq; se amatorẽ profitetur, necesse est intelligẽtis sapiẽtisq; naturæ primas caussas cõquirere: deinde secundas caussas rerum earũ, quæ necessario mouẽt alias, ipsæ ab aliis mouẽtur. Quocirca nobis sic cerno esse faciendũ, vt de vtroq; nos quidẽ dicam⁹ genere causarũ separatim, tam de his quæ cũ intelligẽtia sunt efficiẽtes pulcherrimarũ rerum atq; optimarũ, quã de his quæ vacãtes prudẽtia, incõstãtia, perturbata, quæq; efficiũt. Ac de oculorũ quidẽ caussis, vt haberẽt eã vim quã nũc habẽt, satis ferme esse dictũ puto. Maxima autẽ eorũ vtilitas donata humano generi deorũ munere deinceps explicetur. Rerũ enim optimarũ cognitiões nobis oculi attulerũt. Nã hæc q̃ est habita de Vniuersitate oratio à nobis, haud vnq̃ esset inuẽta, si neq; sidera, neq; sol, neq; cœlũ sub oculorũ aspectũ cadere potuissẽt. Nũc vero dies noctésq; oculis cognitæ, tũ mensiũ annorũq; cõuersiones numerum machinatæ sunt, & spatiũ tẽporis dimẽsæ sunt, & ad quæstionem totius naturæ impulerũt. quibus ex rebus philosophiã adepti sumus: quo bono nullum optabilius, nullum præstãtius, neq; datum est mortalium generi deorum cõcessu atq; munere, neq; dabitur.

Ioachimi Perionii

BENEDICTINI OBSERVATIONES.

CVM locos quosdam corruptos apud Ciceronem, his duobus libris coniungendis, restituissem, quorum partim in ipso libro adhibui, partim notare tantum malui: duósq; etiam locos, qui, nescio quo casu, certe magno damno studiosorum cõuersi à Cicerone interciderunt, conuertissem: eósq; inter Ciceronianam interpretationem nollem interijcere, ne tandem aliquãdo pro Ciceronianis haberẽtur: hæc omnia mihi separatim tradenda putaui, quo facilius facti mei constaret ratio, & studiosis aliquid prodesse possem. Nam cum omnes ex ijs quæ trado, quid quantumq; desit in hoc libro intelligent, librúmq; ipsum multis locis correctum uidebunt: tum eos fructum aliquem laboris nostri percepturos, & factum meũ probaturos esse confido. Sed ut ad rem ueniam, hic primus locus occurrit,

Ac primum quidem tempus salutationibus, reliquum percunctatione cõsumpsimus) In alijs libris corruptè positum est, At quod omnes mihi concessuros spero, qui quidem hoc genus dicendi Ciceronem intellexerint mutuatum esse à Græcis. Illi enim dicunt, μὲν οὖν, Cicero, Ac quidem, Atque quidem, particula interiecta. Itaq; hoc græcè dici potest, πρῶτον μὲν οὖν χρόνον &c. Quæ autem sit percunctatio qua ait reliquum tempus à se cõsumptum esse, si quæramus, nõnulli quidem qui proximè opera Ciceronis uniuersa ediderunt, de sententia alterius, quæ sequitur, Quid est quod semper sit &c. eam non esse primam sentiunt. Itaque multa deesse confirmant. Ego autem, & hanc omnium primam esse tractatam quæstionem, & nihil hoc loco deesse puto. Quod uel hinc intelligi facillimè potest, quia cum Cicero suum de Vniuersitate librum ex Timæo Platonis transtulerit, uerisimile est inde eum quærendi & disputandi initium fecisse, unde Plato fecerit. Is autem ab eodem loco, quemadmodum intelligi ex libro potest, instituit disputare. Ac forte deest pronomẽ hac, ut dicat, Reliquum hac percũctatione cõsumpsimus, ut respõdeat illi loco Platonis quem primũ posuimus, Ἔστιν οὖν δὴ κατ᾽ ἐμὴν δόξαν, πρῶτον διαιρητέον τάδε, τί τὸ ὂν μὲν ἀεὶ &c.

De ijs igitur quæ diximus, hæc sit prima distinctio, in omni oratione cum ijs rebus de quibus uidetur explicata cognatio) in alijs omnibus emendandus est hic locus. cognatio enim, non cognitio dicendum est. quod uel Platonis locus declarat maximè. Est enim scriptum apud eum συγγενεῖς ὄντας λόγους, quod Cicero

adiectiuum ad ſubſtantiui tranſtulit ſignificationem. ſenſus autem eſt, Verba rebus eſſe accommodanda: nec uerba ſolum, ſed rationem tractandæ orationis, ut tantũ dicamus & quæramus quoad rerum de quibus agitur natura patiatur.

Cum rationem igitur habuiſſet, reperiebat, nihil eſſe eorum quæ natura cernerentur, nõ intelligens intelligente in toto genere præſtantius) Non intelligens eſſe dicẽdum, cum ſententia indicat, tum Platonis locus. ἀνόητον enim legitur. Emendandi ſunt ergo alij libri, in quibus eſt, intelligens ſolum, pro non intelligens. Et profecto ſi ſic legatur, falſum eſt quod Plato ponit.

Quòd ſi uniuerſitatis corpus planũ & æquabile explicaretur. Neq; in eo quicquam eſſet requiſitum &c.) Requiſitũ nec Cicero dixit, nec recte cohærere poſſe puto, eſt enim apud Platonem, βάθος ἔχον, quod dimenſionem corporis ſignificat, quaſi nihil habeat & contineat altitudinis, & profunditatis.

Sed cum ſoliditas mundo quæreretur; ſolida autem omnia uno medio nunquã, duobus ſemper copulentur, ita contigit ut inter ignem & terram, aquam aëremq; poneret) Quotieſcunque poſitum eſt aëris uocabulum in quouis caſu, cum in ueteribus libris, in curſu orationis idem nomen, in margine autem pro uaria lectione, nomen animæ notatum eſſet, tamen quidam, qui proxime hunc librum cum cæteris edidit, neſcio quo conſilio, aut temeritate potius ductus, illo uero ſublato falſum hoc addidit. Idq; eo minus ferendum eſt, quód uerum nullo loco dignum exiſtimauit. Quod idem fecit multis alijs locis. Mihi quidem certe ante etiam quàm hunc Ciceronis librum cum Platonis coniunxiſſem, non erat dubium, quin aëris nomen eſſet legendum. Enumerat enim quatuor prima rerum initia, & quaſi elemẽta, in quibus aërem haberi quis ignorat? Poſtea uero quàm coniunxi hos libros, nõ ſolum hæc mea confirmata opinio eſt, ſed etiam uulgo enuncianda uiſa fuit. præſertim cum apud Platonem ſemper his locis, ἀήρ, ἀέρα &c. legantur.

Idq; ita tornauit, ut nihil effici poſſit rotundius, nihil ut aſperitatis haberet, nihil offenſionis, nihil incluſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum, omnesq; partes ſimillimæ omniũ, quoad eius præſtabat iudicio, ſimilitudini diſſimilitudo) His tot uerbis Cicero tranſtulit hanc Platonis breuiſſimam orationem, κυκλοτερὲς αὐτὸ ἐτορνεύσατο πάντων τελεώτατον ὁμοιότατόν τε αὐτὸ ἑαυτῷ σχῆμα. νομίσας μυρίῳ κάλλιον ὅμοιον ἀνομοίου. Nam κυκλοτερὲς σχῆμα, ut intelligi poteſt, non ſolum interpretatus eſt, uerũ etiam ſuo ſplẽdore quaſi illuſtrauit. In quo mihi quidem interpretis officio functus non uidetur. τελεώτατον in accuſatiuo lego, non τελεωτάτων in genitiuo plurali, ut duo ei figuræ attribuat, & ſummam rotunditatis perfectionem, & maximam partium omnium inter ſe ſimilitudinem. Id ut putarem me admonuit illud τε adiectum ſuperlatiuo ὁμοιότατον. ualet enim & uel que, ut eo loco, ſic apud Platonem ſæpiſſime. Itaque Cicero illa duo membra tractauit alijs duobus. Illud Ciceronis,

Omnesque partes simillimæ, nisi uerbum, sunt, intelligamus, recte non stabit. Ego malim in accusatiuo simillimas, ut ad uerbũ haberet pertineat. Illud uero, quod sequitur, Quo ad eius præstabat iudicio similitudini dißimilitudo, omnino corruptum est. Neque enim similitudini dißimilitudo, sed contra similitudo præstat dissimilitudini. in quo illud præstat pro pulchrius est, dixit. Est enim apud Platonẽ κάλλιον. Ita autem non esse legendum, Platonis uerba declarant. Nam ita est scriptum κάλλιον ὅμοιον ἀνομόιου, id est, præstat similitudo dißimilitudini. Cicero enim sæpe ab adiectiuo, quod uocant Grammatici ad substantiuum rei transfert dicendi genus. Ergo pro quo ad, dicendum est quòd. Cuius consilij & facti mei rationem exponendam putaui. Cicero participijs perquam raro utitur, libentiusque pluribus dicit, quod participij uis efficit. Itaque νομίσας dixit quod eius iudicio nõ existimans aut iudicans. Sic enim solet dicere, Quòd existimaret, quòd putaret, quòd iudicaret, raro, existimans. In illo enim νομίσας, inclusa est causa & ratio facti. Mea igitur sententia, hic locus restituẽdus est hoc modo, Quod eius præstabat iudicio, dißimilitudini similitudo, Hic error traiectione syllabæ natus est.

Et cum tria sumpsisset, unam in speciem temperauit, naturamque illam, quam alterius diximus, ui cum eadem coniunxit) ui dicendum est, non uel, ut in cæteris positum est. Est enim apud Platonem scriptum βίᾳ.

Eius autem particulæ interuallo relicto, habebat numerus ad numerum eandẽ proportionẽ comparationẽq; in extremis quam habent CCLVI, cũ CCXLIII. atque ita permixtũ illud ex equo hæc secuerat, etiam omne cõsumpserat) in cæteris falso scriptum est, sequi pro secuerat, uel certe secabat. Est enim apud Platonem κατέτεμνεν.

Ratio autem uera, quæ uersatur in ijs, quæ mutantur) in alijs utraque legitur, pro uera. Sunt enim hæc uerba eius, superioribus Ciceronis respondentia, λόγος δὲ ὁ κατὰ ταυτὸν ἀληθὴς γινόμενος.

Cum autem in illis rebus uertitur, quæ manentes semper eædem, non sensu, sed intelligentia cõtinentur.) Hic locus in ijs libris quos ediderunt librarij ante annos duodecim, ita cum sequenti coniunctus erat, quasi perpetua ea esset & continuata oratio. Primus Badius paucis annis quàm excessisset è uita, & hunc eundem à reliquis separauit locis, & multa deesse animaduertit, & notauit. Quid autem & quantum deesset, nemo adhuc, quod quidem sciam, nec intellexit, nec exposuit. Ego qui utrumque coniungendis græcis cum latinis assecutus essem, me de studiosis discendi bene mereri posse speraui, si id scriptum reliquissem. Nec uero locum eum totum, qui deest, inter ea quæ à Cicerone conuersa sunt interijciendum suo loco putaui, quòd uererer ne quãdo illa mea pro Ciceronis haberẽtur atq; legerentur. Ac illa quidẽ uerba, Ita uim suã natura cõuertit, quæ in superioribus libris cõiũcta sunt cũ loco superiore, & illa, ius natura cõuerteret, quæ in posterioribus

ad locũ, qui sequitur, uoluerũt librarij pertinere, falso utrique posuerunt: utrorumque autem error hinc manauit, quòd priores ita consentire & quasi conspirare secum omnia posse putauerunt: posteri solum cum proximo loco illa uerba uoluerunt.

Sic legendum est, Isq; orbis, qui eiusdem naturæ est, apte se torquens & uersans, eadem denunciat: tum denique necessario intelligentia & scientia absoluitur. In quo autem hæc innata sint, id si quis alio nomine quã animi appellauerit, uehementer errabit. Cumq; hoc effectum à se exemplar, moueri ac uiuere, æternorum deorum effector & parens intelligeret, maxima est uoluptate affectus, ut magis æternitatis similitudinem imitari cogitaret. Itaque ut sempiternus ipse animãs est, & hæc ipsa uniuersitas, sic talem animum quoad fieri potuit absoluit. ita animantium quidem natura sempiterna effecta est, quod quoniã naturæ, quæ generata est omnino accommodari non potest, idcirco imaginem æternitatis mobilem condere statuit, & quod cœlũ ornari uoluit, fecit permanẽtis in eodem statu æternitatis, in numero fluens, æternum exemplum, quod tempus dicimus. dies porro & noctes, & menses & annos, cũ ante cõditum cœlũ non essent, simul atq; illa composita fuerunt, ijs dedit ortum & orignem. Sed cum hæc ipsa temporis sint particulæ, illa etiam fuit & erit generati temporis species, profecto inscite ea ad eam rem quæ semper manet, eadem accommodamus. Nam & fuisse eam & esse & fore dicimus, cum si uerum fateri uelimus, ipsam esse tantũmodo prædicare debeamus, & illa fuisse, & fore, quoniam in motu sunt, in ijs rebus, uersari deceat, quæ generatæ in tempore labuntur & fluunt. At uero res quæ semper in eodem statu manet, omnisq; motionis expers est, nec se antiquiorem, nec iuniorem unquã effici, nec extitisse adhuc, aut fore in posterũ cõuenit. Nec quicq̃ recipit eorũ. quæ ijs naturis ortus affixit & attulit, quæ sensibus sunt præditæ, quæ eadẽ temporis, cui ad imitandum proposita est æternitas, quodq; numero uertitur, genera extiterunt. Præterea hoc sæpe dicimus fuisse quod fuit, & quod est esse, & fore quod sit futurum, quorum nihil præclare dicimus. Ac de his quidem si accurate in præsentia disserere uelim, nullum tempus satis esse posit. Ergo unà cum cœlo tempus ortum est, ut quoniam unà genita sunt, simul etiam intereant, si modo unquam eorum futura est diremptio. idque ad exemplum æternæ naturæ effectum est, ut quàm maxime posit, ipsum imitetur. Nam mundus ille huius exemplum sempiternum solus per omne tempus, & fuit, & est, & futurus est. Cum hanc igitur deus habuisset in generando tempore rationem, sol, luna, aliæque sunt quinque quas errantes appellamus, stellæ generatæ, quasi termini, custodesque numerorũ. Quæ parens & ædificator septem corpora cum effecisset, in orbibus septem per quos alterius naturæ conuersiò iret, sic collocauit.

Hęc interpretatio est prioris loci uacui.

Itaq; cõuersatione quã inter se habent, Lucifer, Mercurius, Sol, alij alios uincũt,

uicißimq; uincuntur) In libris qui annis superioribus editi sunt legitur, eaq; conuersione &c. In ijs qui proxime excusi sunt, scriptum est, eaq; concursatione, inter se habẽt &c. Ego pro eáque, itaq; legendum puto, quoniã apud Platonem est ὅθεν quod itaque efficit. Nullum uerbum est apud Platonem, quod illis duobus respõdeat. Sed tamẽ mihi concursationis magis probatur nomen, quàm conuersionis. Est enim communis quædam illis stellis non conuersio, sed concursatio, quippe cum sententia Platonis cursum habeant solis celeritati parem.

Omnes orbeis eorũ quasi helicis inflexione uertebat, quia bifariam contrarie simul procedentia efficiebant, ut quod esset tardißimum, id proximum fieret celerrimo) legendum est quasi helicis inflexione, nõ quasi facilitatis, ut in plerisque. Est enim apud Platonem στρέφουσα ἕλικα. Proclus explicat hanc helicis inflexionem, ponit enim medium tenere inter rectam motionem & circũuectionem, quasi dicas participem utriusque generis. uerba eius adhibui, quo hic locus facilius intelligi posset, καὶ τὸ σχῆμα τῆς ἕλικος οὐκ ἔστι σύμπτωμα κενόν ἀλλὰ τὴν μεσότητα συμπληροῖ τῶν τε εὐθυπορουμένων, καὶ τῶν κυκλοφορουμένων σωμάτων, κύκλος μὲν γάρ, ὥσπερ εἴρηται μόνον ἐστὶ τῶν ἀπλανοῦς, εὐθεῖα δὲ ἐστὶ τῆς γενέσεως, ἡ δὲ ἕλιξ ἐστὶ τῶν πλανωμένων, σύμμιξιν ἔχουσα περιφερείας τε καὶ εὐθείας. id est, Nec uero species motus helicis frustra comparata est, sed medium locum explet eorum quæ recta linea feruntur, quæque circumuehuntur. Circuitus enim, ijs solum, ut dixi, datus est, quæ inerrantes uocantur, recta progreßio ortui. Helix autem ijs stellis quæ errare dicuntur, cum ex circunuectione sit & recta motione conflata. Hoc loco lego, Quia bifariam, non ut alij, quam bifariam, quoniam apud Platonem est, διὰ τὸ διχῇ &c.

Quinque autem reliquis motibus orbem eum esse uoluit immobilem & stantem) in alijs uitiose positum est expertem, immobilem & stantem. Nam & Cicero expertis uocabulo nunquam dat ablatiuum, & apud Platonem est solum, ἀκίνητον καὶ ἑστώς.

Fusiones autem deorum) ijs qui proxime impreßi sunt, flexiones. Apud Platonem est χορείας.

Vos qui deorum satu orti estis attendite, Quorum operum ego parens effectorque sum, hæc sunt indissoluta me inuito) Sic in omnibus quos quidem legerim, scriptum reperi: illud quidem, me inuito, non potest consistere. Nam contra potius legendum est, Me nõ inuito, siquidem apud Platonẽ est ἄλυτα ἐμοῦ γε θέλοντος. Apud diuum Augustinum in lib. 13. de ciuitate c. 16. melius est, nutu meo, ἐμοῦ γε θέλοντος, & tamen hæc ipsa uerba dum profert Cic interpretationẽ nominat. Illud indissoluta, non probo. ἄλυτον enim non indissolutum dicitur, sed indissolubile. Et sic D. Augustinus legit.

Cum autem animos corporibus inseuisset) in alijs uitiose positum est contra:

Cũq; animis corpora inseuisset. Qui error adeo planus est & perspicuus, ut mirer eum à nemine esse animaduersum. Nam quis corpora animis inseri dicat? Platonis hic locus facile indicat, ὁπότε δὴ σώμασιν ἐμφυτευθεῖεν.

Necesse erat sensum existere unum, communemque omniũ, uehementiore motu concitatũ, coniunctũq; naturæ) In alijs pro cõcitatũ & coniunctum posita sunt hæc in ablatiuo, concitato & cõiuncto. Sed Platonis lectione facile intelligi potest ita ut posui legendum esse. Apud eũ enim hi sunt duo accusatiui αἴσθησιν σύμφυτον.

Deinde ut huic animanti, principem se ducémque præberet, uitámque eius pulcherrime regeret, & gubernaret, nisi quatenus ipse sua culpa sibi aliquid miseriæ quæreret) In exẽplaribus fere omnibus, interiectum fuit nescio quo modo beneficijs. Ita enim scriptum est, Nisi quatenus ipse beneficijs sua culpa &c. Quod cum intelligeret quidam qui proxime hunc librum cum cæteris Ciceronis edidit, hunc errorem ut corrigeret enixus est, & similem induxit. Ita enim in libro quem impreßit legitur, Quatenus non ipse benefactus, sua culpa sibi aliquid miseriæ quæreret. Sic & illud nisi, sustulit; & pro beneficijs, benefactus posuit. Ego si Platonis uerba subijciam, spero me omnibus consilium factumque meum facile probaturum, τὴν δὲ μετὰ τὸν σπόρον τοῖς νέοις παρέδωκε θεοῖς σώματα πλάττειν θνητά. τό, τε ἐπίλοιπον ὅσον ἔτι ψυχῆς ἀνθρωπίνης δέον προσγενέσθαι, τοῦτο καὶ πάνθ' ὅσα ἀκόλουθα ἐκείνοις ἀπεργασαμένοις, ἄρχειν καὶ κατὰ δύναμιν ὅτι κάλλιστα καὶ ἄριστα τὸ θνητὸν διακυβερνᾶν ζῷον, ὅτι μὴ κακῶν αὐτὸ ἑαυτῷ γίγνοιτο αἴτιον. Paulò altius uerba Platonis repetiui, quàm Ciceronis interpretationem. Itaque superiora non erit alienum repetere, quo facilius res intelligatur. Post autem sationem eam, dijs, ut ita dicam, iunioribus permisit, ut corpora mortalia effingerent, quantumque esset reliquum, ex humano animo quod debet accedere, id omne & quæ sequentia essent, perpolirent & absoluerent. Illud ἄρχειν παρέδωκε, uertit permisit, ut ducem se principémque præberet. Equidem fateor quò pertineant uerba hæc omnia numeri singularis ignorare me, nisi ad deos, quos uocat iuniores. Quod si ita est, uitiose pro plurali singulare positum est. Non posse autem ad illud pertinere, quod ait reliquum ex humano animo, hinc intelligi potest, quòd cum totus animans non potest esse in uitio nisi sit animans, tamen hoc modo permisisse deus animo diceretur, ut animantis uitam regeret optime, nisi si quis sua culpa ipse sibi aliquid miseriæ quæreret. Quasi uero animus ipse sibi & toti animanti miseriam & malum minime quærat. Iam uero cum apud Platonem illud παρέδωκε iunctum sit cum datiuis, τοῖς νέοις θεοῖς, & ad infinitiuos πλάττειν, ἄρχειν & διακυβερνᾶν pertineat, cui dubium est quin actio eorum infinitiuorum ad illos deos iuniores referri debeat? His igitur rationibus adductus in plurali legendum arbitror, principes se ducésque præberent, regerent, & gubernarent. Sed uenien-

dum est tandem aliquando ad id, quod disputationi huius loci initium causamque dedit. In his Platonis uerbis nulla fit beneficioru nec benefacti mentio. Itaque tolli utrunque debet. Nam utrum illud nisi, dicēdum nec ne sit, interest ad sententiam. Et certe si dicamus quatenus, id tenendum est necessario, sin dicamus pro quatenus, qui, cui apud Plat. ὅτι respondet, delendum erit omnino. Est igitur uel ita legendum ut posui, Nisi quatenus ipse sua culpa, sibi aliquid miseriæ quæreret. uel certe hoc modo, qui non ipse sua culpa, &c. Hoc autem posterius ferri non potest. Neque enim hæc latina sit oratio, uitamque eius pulcherrime regerent, & gubernarent, qui non ipse sua culpa sibi aliquid miseriæ quæreret. Relinquitur ergo, ut illud nisi quatenus &c. retinendum sit.

Quod tum denique eueniet, cum illa quæ ex igne, aëre, aqua, atque terra turbulēta & rationis expertia insederint, ratione depulerit) Illud denique traiectū erat in illum locum, denique ratione depulerit. Alio autem loco docui hanc propriam esse Cic. locutionem tum denique, cum.

Itēq; in eo influente atque effluente animi diuini ambitus illigabant) In exemplari quod proxime cum cæteris editum est pro animi diuini, quod in omnibus quæ superioribus temporibus emissa sunt, scriptum erat, animo diuino, nescio quis corrector adhibuit. si is corrector nō corruptor appellādus est. Nec uero eum reprehendens, eodem crimine damnari iure possum. Plato enim & illum arguit temeritatis, & me à crimine liberat. Sic enim apud eum scriptū est, τὰς τῆς ἀθανάτου ψυχῆς περιόδους ἐνέδουν εἰς ἐπίῤῥυτον σῶμα καὶ ἀπόῤῥυτον.

Ita totum animal mouebatur illud quidē, sed immoderate, & fortuitu, ut sex motibus ueheretur. nam & ante & pone ad læuam & ad dexteram, & sursum & deorsum, modo huc modo illuc) Omnibus in libris, quos adhuc legi hic locus coniunctus est cum illo qui sequitur, Sed si in splendore consedit &c. Nemoque adhuc, quòd sciā, nec deesse hic aliqua, nec quanta deessent obseruauit ac notauit. Hoc ne quis post hac in errore uersetur, prouidebo. Quæ igitur desunt sequūtur.

hæc est īterpretatio secūdi loci vacui

Cumque magna aquarum copia & influeret & efflueret, unde uictus cultúsque præberetur, multo etiam maiores perturbationes afferebant morbi, qui omnes tum opprimunt, cum corpus cuiuspiam extrinsecus ignem uehemētiorem sensit: aut à terræ soliditate, aut ab aquæ humore, uel etiam aëris flatu occupatur & offenditur. Ita ab his omnibus, usque ad animum per totum corpus appulsus hi uehementiores pertinent. Ob eamque causam omnes sensus appellati sunt, hiq; tum in eo quod adest, quodq; præsens est, maximos & plurimos ciēt motus, adiutoreq; riuo, qui continenter fluit. uehementi pulsu animi orbes ambitusque concitant. Ac ambitū quidē, qui eiusdē est similisq; naturæ, contrariū adepti cursum, & initio & in cursu impediunt: eam autem quæ est alterius dißipant: ut ipsi tria interualla, quæ interiecta sunt inter dupla ac tripla, itemque media, ac uincula sesqui



altera, & sequitertia, & sequioctaua (nam ipsi animi dissolui non possunt) nisi ab eo qui colligauit) omni genere mouendi uersent, & torqueant, omnesq; animi orbes dißipent, & dißidijs agitent, quibuscunq; possunt. Ita orbes uix inter se cõnexi & colligati mouẽtur illi quidẽ, sed temere ac fortuitu, alias contra, alias oblique, interdũ supini: ut cũ quis supinus caput humi defigit, pedes uero sursum ad aliquẽ tollit: tũ & in eo qui sic affectus est, & in ijs qui spectãt, dextra læua & læua quæ dextra sunt uidentur. Hæc igitur omnia & alia eiusdẽ generis, cũ in orbib⁹ cõtingũt, si quid uel eiusdẽ gñis uel diuersi in eos incurrerit, tum quod eiusdẽ naturæ, quodq; alterius cõtra, q̃ uera ratio patiatur, appellãt, mendacésq; & amẽtes sunt, neq; tũ uel unus inter eos orbis obtinet principatũ. Quod si extrà sensus aliqui moueantur, totúmque animum unà secum traxerint, tum uidentur qui parent regere ac imperare. Ob easque omnes uehementiores motus, cum initio mortalis corporis uinculis animus includitur, amens primum, & expers rationis existit. Cum uero paulũ firmitatis leni flatu accesserit, animique orbes rursum tranquillitate, secundóq; uẽto usi suũ cursum conficiũt, progredientibusque ætatibus cõfirmantur, tum denique figuram naturæ suæ accommodatam adepti, omniumque orbium circunuectiones optabili cursu usæ, quid à quoque differat, quæ quanque rẽ res cõsequatur rite discernũt, eúmque in quo ipsi sunt sapientẽ efficiunt. Quod si quis cum recta educatione disciplinam & doctrinam coniunxerit, is grauißimo morbo declinato, sanus & sapiens omnino futur us est. Sin uitæ cultũ neglexerit, confecto cursu ætatis, imperfectus & imprudens uiam ad inferos ferentem rursum ingreditur. Sed hæc ipsa posterius oriuntur. Nunc de ijs quæ nobis hoc tempore propositasunt, disserendum est. Ac prima quidem corporum animorúmque origo & institutio, quas ob causas, quaque dei prouidentia extiterit, probabili oratione disputabimus. Duos quidem diuinos ambitus, cum uniuersitatis huius figuram, quæ rotũda erat, deus recordãdo spectaret, in globoso corpore colligauit, eo quod caput dicimus. quo nihil est in nobis diuinius. quódque in nobis principatũ tenet, Huic cum dij parere totum corpus uellent, orbes etiam uniuersos attribuerunt, quòd intelligerent fore, ut omnibus motibus ueheretur, At ne si uolueretur supra terram, quæ partim accliuis partim decliuis esset, errores ascensus, & descensus, uitare non posset, hanc corporis magnitudinem, quasi currum quendam ei dederunt. Hinc proceritatem corpus adeptum est. Quatuor etiam membra in longitudinẽ porrecta, cum deus uiam esset fabricatus, corpori natura tribuit, quibus fultum & nixum, facile omnes locos adire, uiarumque asperitates & molestias superare posset, idq; eò fecit quod eius domicilium ferret, quo nihil in nobis diuinius est, nihil sanctius. Crura præterea & manus, ob has causas datæ sunt omnibus. Motu uero eo quo pone mouẽtur homines, cũ præstãtiorẽ & ad imperij rationẽ aptiore m eum dij intelligerent, quo ante progrediũtur, eo magna ex parte in-

grediendi membra habuerunt. Sed quia finitam oportuit & dißimilem hominem habere priorē partem corporis, idcirco primum in capite os collocarunt, cui opor tunitates totius animi prouidentiæ accommodatas attexuerunt, in eaque priore parte instituerūt naturæ principatum. Opportunitatem autem primam fabricati sunt oculorum luciferorum, quos hac de causa colligarunt. Quicquid ignis minime incendit, lumenque suaue affert, suum cuique diei & proprium esse uoluerunt. Nam qui in corporibus nostris insitus est ignis huius germanus, eum deus liquidum & purum, ab oculis fluere ac labi uoluit: cum id omne quod in oculis leue ac crebrum est, ac multo magis quod medium est expleuisset. Ita quod in illis est craßius, omne cohibitū: quod rarius ac purius solum euolauit. Cum igitur lumen diurnum in oculorum radios diffunditur, tum par ac similis ignis, cum simili fusus & cōcretus, unum corpus, aptum ac familiare cum illo efficit, oculorum acie in eum locum recte intenta, quo loco ignis interioris, & ignis externi fit concursio. Ita totum lumen consensione quadam mutuáque conuenientia cum adeptum est propter similitudinem, quicquid arripuerit, aut quicquid ipsum, id cum pulsu agitauit in omni corpore usque ad animum, sensum eum quo cernimus, excitat. Cum uero noctu cognatus ignis abscesit, dißipatur. Nam ad ignem alterius generis erumpens ipse commutatur & extinguitur, quòd cum proximo aëre, qui lucis expers est, nullum habeant commercium. Itaque & cernere desinit, & somni inducit exordium. Nam palpebræ, quas dij oculorum causa machinati sunt, cum hæc commixta sunt, uim ignis intrinsecus cohibent. hæc autem per totum corpus fusa, motus interiores demulcent: quibus mitigatis quies & somnus obrepit. Ac quies quidem si diuturna sit, exigua insomnia contingunt: Sin reliquiæ maiorum quarundam perturbationum inhæreant, quales qualibusque ex locis perceptæ sunt, tales & tantæ somniorum species in animo extrinsecus solent existere. Nam earum imaginum ac simulacrorum, quæ in speculis effinguntur, eorūq; quæ ex perspicuitate & læuitate oriūtur, facilis est explicatio. Adhuc ea quæ cōmemoraui, nescio quo casu interciderūt. Nunc reliqua uideamus. Illud quidem quod sequitur cōuersum à Cicerone, aliqua ex parte non cohæret. Nā longæ Platonis respondet illius perbreuis hæc oratio, Sed si in splendore consedit, tum uel eadem species, uel interdum immutata redditur, cum ignis oculorum cum eo igne qui est ob os offusus, se confudit & cōtulit. Sed melius est Platonis, cui hæc respondet, subijcere orationem. Erit enim planius, ἐκ γὰρ τῆς ἐντὸς, ἐκτός τε τοῦ πυρὸς ἑκατέρου κοινωνίας ἀλλήλοις, ἑνός τε αὖ περὶ τὴν λειότητα ἑκάστοτε γιγνομένου, καὶ πολλαχῇ μεταριθμηθέντος πάντα τὰ τοιαῦτα ἐξ ἀνάγκης ἐμφαίνεται τοῦ περὶ τὸ πρόσωπον πυρὸς τῷ περὶ τὴν ὄψιν πυρὶ, περὶ δὲ λεῖον καὶ λαμπρὸν ξυμπαγεῖ γιγνομένῳ. Multa hic sunt, quæ Cicero non conuertit, nisi forte hic locus corruptus fuit, ut plerique alij, quod facile intelligi hinc potest. Nam &

apud Platonem est scriptum γὰρ, quod affert rationem superioris orationis, & apud Ciceronem, Sed, quod ab illo γὰρ longe diuersum omnes intelligunt. Quocirca malim ego, Nam, legere. Illud etiam intelligendum est, cum apud Platonem hæc duo sint scripta, περὶ τὸ λεῖον καὶ λαμπρὸν, apud Ciceronem autem tantũmodo alterum. si in splendore, illud alterum in leuitate addendum esse. Sed aliquis forte quærat, quæ apud Platonem his Ciceronianis uerbis paria sint, uel eadem species, uel interdum immutata redditur. Nec mihi illud sine causa quærere uideatur. Adeo enim hæc Ciceronis uerba dissimilia uidentur ijs quæ apud Platonem idem efficiunt, ut uix intelligi possit. Sunt autem hæc ἓν ὅς τε αὖ περὶ τὴν λειότητα ἑκάστοτε γιγνομένου, καὶ πολλαχῇ μεταρρυθμισθέντος. Vnam enim speciem dixit ἓν, & μεταρρυθμισθέντος, uertit species immutata, & γιγνομένου redditur. quod in secundo de diuinatione dixit, existit, Existunt species somniorũ. μεταρρυθμίζεσθαι ergo dixit pro μεταβαλεῖν, uel ἀλλοιοῦσθαι. Lego ego confudit in præterito non in præsenti confundit, propter uerbum adiectum, contulit.

Atqui hæc omnia ex eo genere sunt, quæ rerum adiuuant causas, quibus utitur ministris Deus) Ministris hic legendum est, non ministerijs, quod uerbum in cæteris est omnibus. Est enim apud Platonem, οἷς θεὸς ὑπηρετοῦσι χρῆται.

Nunc uero dies noctesque oculis cognitæ, tum mensium annorúmque conuersiones numerum machinatæ sunt, & spatium temporis dimensæ sunt, & ad quæstionem totius naturæ impulerunt, quibus ex rebus philosophiam adepti sumus: quo bono nullum optabilius, nullum præstãtius neque datum est mortalium generi deorum concessu atque munere, neque dabitur) Vitiose legebatur ad numerum machinatæ sunt. Tollenda est enim ad præpositio, ut numerum sit accusatiuus illius machinatæ sunt, quod uerbum est non passiuæ, sed actiuæ significationis. Hoc autem facile intelligi ex Platone ipso potest, apud quẽ scriptum est hoc modo. μηνῶν τε καὶ ἐνιαυτῶν περίοδοι μεμηχάνηνται μὲν ἀριθμὸν, χρόνου δὲ ἔννοιαν, περί τε τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ζήτησιν ἔδοσαν. In hac autem oratione habet finem & terminum quicquid à Cicerone conuersum reperi. Ita fit, ut quousque interpretando progressus sit, ignorem. illud certe cõfirmare possum, multa deesse, nec solum ea quæ ille transtulerit, sed ea etiam quibus in dialogis sermonem solitus sit claudere. Quinetiam si Nonium Marcellum audiamus, reliqua omnia transtulit. Cum enim aliquid ex libro Ciceronis de Vniuersitate profert, eum ita inscribit, Cicero in Timæo. Velut in dictione exordium. Cicero in Timæo, Difficillimum autem est in omni conquisitione rationis exordium. Vitiose enim legitur facillimũ. Est enim scriptum apud Platonem hoc modo, μέγιστον δὴ παντὸς ἄρξασθαι κατὰ φύσιν ἀρχήν. Quod sane argumenti satis est, totum librum ab eo esse cõuersum, & hunc librum inscriptum Timæum fuisse, non de Vniuersitate. Quo autem pacto inscriptus sit de Vniuersitate, si quis requirat, equidẽ id uere mihi uideor posse

dicere, cum paulo ante finem eorum quæ hodie sunt in manibus, aliquis hæc legisset, Nam hæc quæ est habita de Vniuersitate oratio à nobis, haud unquam esset inuenta, &c. is libri huius propriam inscriptionem existimans, curauit sic inscribendum. Nam si hanc quæ hodie extat, tantum particulam conuertisset, quid Nonio Marcello uenisset in mentem Ciceronis in Timæo testimonium producere? Huc accedit, quòd idem auctor quoties aliquid affert ex œconomico Xenophontis quem Cicero conuertit, Ciceronem in œconomico Xenophontis nominat. Quapropter hunc ego librum de Platonis Timæo sic conuersum arbitror, ut totus toti respondeat. Quem si totũ haberemus, diui boni, quàm splendide, quàm ornate, quàm copiose de Græcorum disciplinis, præsertim de philosophia disputaremus? Quanta uero inde copia & ubertate dicẽdi instructi ad Græcorũ libros & tractandos & conuertendos ueniremus? Sed tamen hæ reliquiæ magnum nobis ad id ipsum adiumentum afferent, si omnes locutiones, omnia dicendi genera, quibus hic unus liber abundat, & plurimis & splendidißimis, omni studio persequamur. Quapropter omnes hortor qui studiosi sunt græcarum literarum, ut cum primùm aliquid scire græce cœperint, hos duos libros Platonis & Ciceronis sibi proponant ad legendum, ad meditandum, ad imitandum: in his duobus coniungendis omnem operam diligentiam, studiúmque consumant. Quod si fecerint, mirificos certè studiorum suorum fructus percipient. Neque enim genera modo dicendi splendida prope infinita, illustrémque orationem, quæ apud Ciceronem perpetua est, discent & cognoscẽt, sed quæ græca etiã eiusdem generis idem declarent, uidebunt. Ita siue contenti suo studio, nihil cæteris uolent tradere, sibique ipsi solis cõsulent, siue sua studia ad aliorum commoda referenda ducent, hoc consequentur illi, ut & facilius græca intelligant, & disertius explicẽt: hi etiam ad omnes artes & disciplinas Græcorum tractandas interpretandásque ueniant instructiores.

FINIS.

PARISIIS.

EXCVDEBAT IO. LODOICVS TILETANVS.

M. D. X L.

fiere. 389 ff.

ETHICA


ARISTOTELIS ETHIC



colorchecker CLASSIC
calibrite
mm